Alphorabius in libro de ortu scientiaꝝ. Nihil est nisi substātia ꝛ accidens ꝛ creator vtriusqꝫ. Quicq̄d. n. est creatū. Aut ē ꝑ se existens: ꝛ hoc est substātia. Aut nō est ꝑ se: hoc est qđ vocamus accidens. Hec diuisio ꝑ cōtradictorias fit: inter quas mediū nec cogitari nec intelligi pōt. Accidentia q̄dē cōprehēdunt̄ sensu nullo mediāte: substātia vero rōne mediāte accidēte. Cr. au rē vtriusqꝫ creator ꝓter illa fit ꝛ largius esse habeat: ex signis euidē tibus ꝛ miraculis cōuenientibꝰ apud peritissimos est manifestum. Ex his igit̄ ortū habent oēs scientie. Nā qꝛ substātia multiplicē re cipit diuisionē, multāqꝫ partiū diuersitatē: hinc ortus est numerus qui est multitudo cōposita ex vnitatibꝰ. Et qꝛ substantia nāliter hꝫ diuidi in infinitū potētia: numeꝝ quoqꝫ oportuit in infinitū eē po tentia. Hinc igit̄ orta est scientia de numeris que dicit̄ arithmeti ca: ꝛ est substantia multiplicādi substātie partes ꝛ diuidendi ꝛ ag gregandi ꝛ muniendi ꝛ proportionādi ad inuicē. Ex quo autē sub stantia diuidi cepit in multas partes: accidit vnicuiqꝫ illarū partiū aliqua figura disponi: ꝛ ex his quedā est figura rotunda: quedā tri angula: quedā quadrangula: quedā vero pentagona ꝛ sic ꝑ ordinē. Opus igit̄ fuit scientia ꝑ quā accederemus ad figuras: que conti nent partes illas substātie: ꝛ hec est scientia mensurādi que dicitur geometria. Per hanc enī scimus mēsuras ꝛ cōpositionē: ꝛ lineas in superficiebꝰ ꝛ corporibꝰ ꝛ cōpositionē illaꝝ inter se: quomodo fi gura proportionalis fit alij figure ꝛ figura in figura vel sup figurā. Preterea substātia naturaliter mota est: ꝛ eius motus in tres spe cies diuisus est in velocē ꝛ tardū ꝛ mediū. Unde opus fuit arte ꝑ quā sciremus illoꝝ motuū mensuras ꝛ cōparationes adinuicē: ꝛ hec est sciētia de motu que dicit̄ astronomia: ꝑ hanc. n. cognoscimus cursus planetarum ꝛ compositionē eorū in locis proprijs: directio nē: retrogradationē: stationē: adequationē: nec tn̄ ad aliq̄d hoꝝ va lemus ꝑtingere nisi ꝑ duas precedentes. s. arithmeticā ꝛ geometriā Porro ex quo substātia mota fuerit accidit ei sonus: qui ī tres par tes diuisus fuit. s. acutū ꝛ graue ꝛ mediū. Unde ꝛ opus fuit arte ꝑ quā veniremus ad hoꝝ scientiā ꝛ eorundē inter se compositionē: ꝛ hec est scientia de sonis q̄ musica dicit̄: huius vtilitas est ad repa randū mores animaliū qui equalitatē excedunt: ꝛ perficiēdos de les. Est etiā eius vtilitas ad salutē corporis: qꝛ quādoqꝫ languente anima corpus etiā q̄nqꝫ infirmat̄ ꝛ comedit̄: ꝛ curatio fit corporis per curationē anime. Huius aūt scientie radices sunt tres: metrum melos: gestus. Metrū q̄dē inuentū est ad proportionē intellectus rationalis in dictionibꝰ. Melos autē ad proportionandas partes acuitatis ꝛ grauitatis. Et he due radices subiecte sunt sensui audi tus. Gestus autē institutus est ad cōfirmādū se metro ꝛ sono mo tibus cōsimilibꝰ ꝛ cōparationibꝰ cōpetentibus: ꝛ est subiectus sen sui visus. Hec igit̄ ars duobus ꝑcipuis sensibus subiecta est qui sunt visus ꝛ auditus. Et in hac complentur discipline quattuor que dicuntur doctrinales: qꝛ speculatorem suum docent ac subti liorem reddunt.

¶ De Origine phisice ꝛ methaphisice. C. XX.

Item substātia ꝑmutat̄ simplr̄. Nā alia rubet. alia pallet: alia auget̄. alia diminuit̄: alia generat̄: alia corrūpit̄: ꝛ aliq̄n infirmat̄: aliq̄n sanatur Ideo opus fuit sciētia que hoc totū ostēderet. s. qualr̄ fiāt substātie ꝑmutationes: ꝛ que sunt eiꝰ actiōes nocētes ꝛ eas ꝑ volūtate nrā repellere vel augere: Hec est scīa nālis que ē de actio ne ꝛ passione que ex quattuor q̄litatibꝰ. s. caliditate frigiditate hu miditate siccitate adueniūt substātie q̄ttuor elementoꝝ: ꝛ hec siqui dem in se latissima est ꝛ largior ceteris sciētijs. In hac enī ꝑficit̄ co gnitio omniū accidentiū substātie absolute que ꝯtinet̄ sub circulo lune totiusqꝫ masse illiꝰ substātie cui accidit mutatio forme sm̄ au gmētū ꝛ decremētū. Sciētia quoqꝫ substātie supioris. i. sphere cir cumuolubilis ꝛ motu nāli mobilis deseruiētis ꝯstitutioni: mūdi sm̄ potētiā ꝛ sapientiā ꝛ volūtatē dei benedicti ꝛ excelsi. Igit̄ substā tie cuiꝰ cognitio ꝑtinet ad sciaꝫ nālē masse sunt quinqꝫ. s. ignis. aer aqua terra celū. Nam celū quidē sua nā mouet̄ ꝛ mouet alia quat tuor ac ꝑmiscet ꝛ cōplexionat̄ ac ꝑmutat: ipm̄ aūt nec calidū nec frigidū nec leue nec ponderosum nec multipliciter format̄ vel figu ratur: nec nisi in loco ꝑmutat̄. vnde massa eiꝰ ꝑter illa q̄ttuor esse ꝑ bat̄. Cōsiderata aūt eiꝰ essentia induxit hoīes ad inquirēdū de illa ꝛ eius massa. Itaqꝫ de substātia celi emersit cognitio de substātijs que in ipso sunt. s. de stellis sm̄ equalitatē mēsuraꝝ ac diuersitatē dispositionū eaꝝ: ꝛ hoc totū est scīa de nā: qua adepta ꝯsiderane rūt hoīes an hēret fortiorē: ꝛ an esset aliqua essentia nō hn̄s prius nec posteriꝰ nec ꝑncipiū nec finē. Hec igit̄ inquisitio fuit cā cogno scendi deū creatorē substātie ꝛ accidētis. ꝛ hec est sciētia diuina q̄ est finis scientiaꝝ ꝛ ꝑfectio eaꝝ nec restat post eam vlla inquisitio q̄n ipse est finis ad quē oīs speculatio tendit ꝛ in ipso quiescit.

¶ De Ordine scientiaꝝ. C. XXI.

Hoc aūt totū qđ diximꝰ adinuentū est aīo speculā do: lingua loquēdo: narrādo: iterrogādo: rn̄ dendo. Itaqꝫ principiū omniū sciaꝝ est scīa de lingua i. de īpositiōe nominū rebꝰ. s. substātie ꝛ accidētis. Se cūda aūt est grāmatica que est scīa ordinādi ipsa noīa dereħꝰ ꝑpo sita: ꝛ cōponēdi orōnes. Tertia logica. que est scīa ordinādi ꝑpositiones enūciatiuas sꝫ figuras logicas ad eliciēdas ꝯclusiōes. Qui bus ꝑuenit̄ ad cognitionē dictoꝝ: ꝛ ad indicādū de illis vtꝝ va vł falsa sint. Quarta vō poetica: que est scīa ornādi metra sꝫ ꝓportio nē dictionū ꝛ tpa pedū ac numeꝝ eoꝝ. Eius igit̄ ordinatio sciarūqꝫ precedētiū ꝑtinet ad sciam arithmetice que postea ꝯtinuat̄ ei: cete raqꝫ sicut ꝓordinate sunt. Quintilianꝰ de oratoria institutōe li. j. Non sunt aūt ferendi qui artē grāmaticā vt tenuē atqꝫ ieiunā ca uillant̄. q̄ nisi fundamēta fidelr̄ iecerit: q̄cq̄d supstruxeris corruet necessaria pueris: iocūda senibꝰ: dulcis secretoꝝ comes: ꝛ que vł so la omniū studioꝝ genere plus hꝫ opis. minꝰ ostētationis. Plurimi aūt ambitiosa festinatiōe a posterioribꝰ incipiūt dū ostētare disci pulos circa sponsam malunt. Richardus vbi supra. In artibus ergo talis ordo seruādus est: pma omniū cōparāda est eloquētia: ꝛ ideo expectāda est logica. Deinde per ethicā purificādus est ocu lus mentis. ꝛ sic ad theoricā transeundum.

¶ De Uia cognoscēdi in qualibet arte. C. XXII.

Aristoteles in veteri methaphisica lib. j. Sensum aūt qui per oculos est: iccirco pre alijs diligimꝰ: q̄m eo nos maxime cogno scere ꝯtingit: ꝛ multas drīas ostēdit. Fit aūt ex multis memorijs vna experiētia: ꝛ ex multis expimētis fit ars: ꝛ vna vlis de similibꝰ acceptio: exptos nāqꝫ magis ꝑficere videmꝰ sine expien tia rōnē hn̄tibꝰ. Expientia enī singulariū est. ars vō vniuersalium. Actꝰ aūt ꝛ oēs generatōes circa singularia sunt. nō enī medicans hoīeꝫ sanat nisi sꝫ accidēs: sꝫ platonē aut socratē ꝛc̄. Deniqꝫ si quis sine experimēto rōnē habeat: ꝛ vle quidem cognoscat: ignorat āt singulare: multotiens peccabit in curatiōe. Scire tn̄ ꝛ obuiare ma gis experimento q̄ arte arbitramur. Experti enī. i. practici sciunt ipm̄ qꝛ: sed ꝓpter q̄d nesciūt. Artifices aūt. i. theorici ꝓpter q̄d id ē cām cognoscūt: ꝛ oīno sciētis est posse docere: ob hoc theoricā ma gis sciam esse ꝯcipimꝰ: qꝛ theorici docere possunt: practici vō non nec oportet ordinari sapiētē sed ordinare: nec huic ab altero suade ri sed ab hoc minꝰ sapiēti. Difficillimū aūt est hoībꝰ vlia cognosce re. a sensibilibus enim longissime sunt: maxime vō scibilia priora ꝛ cause sunt: ꝓpter hoc enī ꝛ ex his alia cognoscunt̄. Itē in lib. ij. Sicut aūt noctuaꝝ visus ad lucē diei se hꝫ: sic intellectꝰ noster ad oīa nature manifesta. Idē in noua li. j. Illud quidē ad qđ assueti fui mus: magis aīo applicabile: qđ aūt extra illud est icōueniēs: imo

inopinabile. In hoc quoqꝫ scire potes quātū facit cōsuetudo. Inuenies enim apologos ꝛ fabulas propter consuetudinē magis applicabiles animo ꝙ̄ sint sue veritates: verū in sensibus nō est aliqd fixū: nec est possibile vt sensibilia habeant aliquē terminū cōmunē cū semper sint in transmutatione. Impossibile autē est vt aliquis addiscat aliquid: nisi sciat eius principia. Et omnis doctrina fit ex prioribus aut omnibus aut quibusdā. Idē in .ij. li. Prima actio eorū qui scientias rerū cōprehēdere volunt: est perscrutari de difficilibus questionibus. Nō .n. cōprehenduntᷣ ea que sunt post: nisi ꝑ dissolutionē questionū difficiliū que sunt ante. Ignorans .n. vinculi nodū nec dissoluere pōt: nec ligatus ire: propositiones quidē vniuersales sunt principia omniū scientiarū. Item si quis voluerit scire naturas rerꝫ perscrutari debet ex quibus componuntur.

¶ Qualiter anima humana per philosophie studium ꝛ doctrinam ab ignorantia reparatur. C. .XXIII.

HUgo in libro de anima ꝛ spu. Anima a creatore suo hꝫ principia ex quo est in genere suo ꝑfecta. Vñ ex quo est: sciret omnia que ab homine sciri possunt: nisi grauitas carnis esset. Qḋ per primū hominē qui ante corruptionē humanitatis ex quo fuit perfecte scientiā habuit humanā probari pōt: sꝫ modo corrupta humanitate ex quo cōiungitᷣ corrumpitᷣ: nec proprietates suas pōt exercere donec vsu ꝛ experiētia ꝛ alicuius doctrina excitata incipit discernere: veluti si quis cū subtili acie oculorꝫ in tenebrosa detrudatᷣ: videre tamen nō pōt ibi: nisi prius assuescat tenebris ꝛ lumē accendatᷣ. Idē in libro didascolon .j. Anima siue per sensus ad sensibilia exeat: siue ꝑ intelligentiā ad inuisibilia ascendat: ad seipsam rerū similitudines trahēs regyrat sectaqꝫ in orbes geminos motus glomerat. Pythagoricū nāqꝫ dogma erat: similia similibus cōprehēdi. Itaqꝫ omniū capax ꝛ rerꝫ omniū similitudine insignita anima esse dicitᷣ: ꝛ ex oībus compositionē suscipere nō integraliter sed virtualiter ac potētialiter cōtinere: hanc nature nostre dignitatē oēs habent: sed non oēs eque nouerunt. Animus enim passionibus corporis cōsopitus ꝛ per sensibiles formas extra semetipsum abductus oblitus est quid fuerit: ꝛ qꝛ nihil aliud fuisse se meminit: nil ꝑterꝙ̄ qḋ videtᷣ esse credit. Reparatᷣ autē ꝑ doctrinā: vt nostrā agnoscamꝰ naturā. Summū igitᷣ in vita solatiū est sapiētie studiū: qḋ phiam primus oīum nuncupauit pythagoras. Ipsamqꝫ phiam earꝫ rerꝫ que vere essent: suiqꝫ immutabilē substantiā sortirentᷣ disciplinā esse cōstituit. Est autē philosophia disciplina omniū rerꝫ humanarꝫ atqꝫ diuinarum rationes plene inuestigans.

¶ De studio ꝛ animo studendi. C. .XXIIII.

ARistoteles in veteri primo libro. Omnes quidē homines natura scire desiderant. Signū autē sensuum dilectio ꝛ illius maxime qui per oculos est. Hunc enim prealijs diligimus: qꝛ eo maxime nos cognoscere cōtingit ꝛ multas rerꝫ differentias ostēdit Tullius in rhetorica .j. Est nāqꝫ studiū assidua ꝛ vehemens animi ad aliquā rem applicata magna cū voluntate occupatio. Augustinus de trinitate .x. lib. Quia vero prorsus ignotā rem nullus amare pōt: cōsiderandū est cuiusmodi sit amor studētiū: id est: nōdum scientiū: sed adhuc scire cupientiū quāqꝫ doctrinā. Et in his quippe rebus in quibus nō vsitare dicitᷣ studiū: solēt existere amores ex auditu: dū cuiuslibet pulchritudinis fama ad vidēdū ꝛ fruēdū animus accenditᷣ: qꝛ generaliter nouit corporꝫ pulchritudines ex eo ꝙ plurimas vidit ꝛ inest intrinsecus. Vñ approbetᷣ cui forinsecus inhiatᷣ. Qḋ cū fit nō rei penitus icognite amor excitatᷣ: cuius genus ita notū est: cū aūt virꝫ bonum amamus cuius faciē nō vidimus: ex noticia virtutū amamus: quas nouimus in ipsa veritate. Ad doctrinas aūt aliquas cognoscendas plerūqꝫ nos laudantium atqꝫ predicantiū accendit auctoritas ꝛ tamē nisi breuiter impressā cuiusqꝫ doctrine haberemꝰ in animo notionē nullo ad eā discendā studio flagraremus quo ad eas ꝑuenire possemus. Seneca ad lucilᷣ. epla. xlviij. Dociles itaqꝫ natura nos edidit: ꝛ rationē imperfectā dedit: sed que perfici possit.

¶ Qꝫ doctrine cuiuslibet animo studioso aliquatenus impressa sit eiusdem notio. C. .XXV.

AUgustinus vbi supra. Iam si quisqꝫ nescienti lrās dicat esse quandā doctrinā: qua quisqꝫ valeat ꝙ̄uis longe absenti verba mittere manu facta in silentio: nōne dū cōcupiscit nosse qḋ id possit: omni studio circa illū finē mouetᷣ quē iā notū tenet. Sic accenduntᷣ studia discentiū qḋ .n. prorsus quisqꝫ ignorat: amare nō pōt. Ita etiā si ꝙ̄s ignotū vocabulū audiat: velut cū dicitᷣ cemētū ꝛ ignorās qd sit reqrat: cū .n. oēs lr̄e oīaqꝫ soni spacia nota sint ei: qd amplius ī eo requirit: nisi cū qꝛ audiuit vocabulū simul innotuit signū esse: mouitqꝫ sciendi cupiditate: cuius rei signū sit. Quo igitᷣ ampliꝰ notū est sꝫ nō plene notū est: eo cupit aīus de isto nosse qḋ reliquū est. Nullū enim signū ꝑfecte cognoscitᷣ: nisi cuius rei signū sit cognoscatᷣ. Hoc ergo qꝛ ardēti cura querit vt nouerit studioqꝫ accēsus īsistit nō pōt dici esse sine amore: neqꝫ amare nisi nota nō pōt: neqꝫ istas tres syllabas amat ꝙ̄s iam notas hꝫ. Quid ergo amat: nisi: qꝛ nouit atqꝫ intuetᷣ in rōnibꝰ rerꝫ que sit pulchritudo doctrine qua ꝯtinentᷣ noticie signorꝫ omniū: ꝛ que sit vtilitas in ea peritia qua intᷣ se humana societas sensa cōicat ne sibi hominū cetus deteriores sint quauis solitudine si cogitationes suas colloqndo nō misceāt. Hanc ergo speciē decorā ꝛ vtilē cernit aīa ꝛ nouit ꝛ amat: eāqꝫ in se ꝑfici studet: quisqꝫ vocū significantium quecūqꝫ ignorat inquirit. Aliud est enim qḋ eam in luce veritatis cōspicit. Aliud qḋ in sua facultate ꝯcōcupiscit. Concupiscit nāqꝫ in luce veritatis ꝙ̄ magnū ꝛ ꝙ̄ bonū sit omnes gentiū linguas ītelligere ac loqui nullāqꝫ vt alienigena audire: ꝛ a nullo ita audiri cuius noticie decore motꝰ animus etiā vsu amplectitᷣ quod ratione ꝑnoscit: eiqꝫ ībiet in omni oꝑa quā impendit ꝯsequēde tali facultati. quo circa cum ꝙ̄s audito v̄bo incognito vult nosse quid sit ꝛ querit: vtiqꝫ in studio discēdi est: videtᷣ qꝫ amare rem incognitā. qḋ nō ita est: spēs nāqꝫ istā tangit animꝰ quā nouit ꝛ cogitat: in qua elucet decus cōsociandorꝫ animorꝫ in vocibꝰ notis audiēdis atqꝫ reddendis eaqꝫ accēdit studio querentē. qd est qḋ ignorat ſm notā formā quo id ꝑtineat intuentē ꝛ amantē. Quāobrē oīs amor studentis animi .i. volentis scire qḋ nescit nō est amor eius rei quā nescit: sed eiꝰ quā scit ꝑpter quam vult scire quod nescit.

¶ Qꝫ curiosus a studiosi noīe discernēdus sit. C. XXV.

HAt si quis tam curiosus est. vt nō ꝑpter aliquā causam notā: sed solo amore rapiatᷣ incognita sciēdi: discernēdus quidē est a studiosi noīe iste curiosus: Sed nec ipse amat incognita: imo congruētius dicitᷣ odit incognita que nulla esse vult: dū vult oīa cognita. Seneca ad lucilᷣ. Multi aperta trāseunt: condita ꝛ obstrusa rimantᷣ: furem signata sollicitāt: vile videtᷣ quicquid patꝫ aperta effractarius ꝑterit. hos mores hꝫ imperitissimus quisqꝫ in secreta irrumpe cupit: iactātie genus est nimis latere. ꝛ a conspectu hominū secedere: ꝯuocat turbā quisquis ocio suo aliquā fabulam imposuit: Bern. sup cant. in homel. Scio vbi legerim sciētia inflat. Et iterꝫ qui addit scientiā addit ꝛ laborē. vides qꝛ sciētiarum differētia est. Alia est inflans: alia ꝯtristans: nec dubito quin dolens tumēti ꝑferenda sit. qꝛ sanitatē quā tumor simulat: dolor postulat. Qui aūt postulat saluti ꝑpīquat: qm̄ qui petit accipit. nō qui se putat aliquid scire. Quid aūt est modus sciendi nisi vt scias quo ordine quo studio quo fine queqꝫ nosse oporteat. Quo ordine vt prius quod maturius ad salutē. Quo studio: vt id ardentius quod ad amorē vehemētius. Quo fine: vt nō ad inanē gl'iam aut curiositatē aut aliquid simile: sed tm̄ ad edificationē tuā ꝛ proximi Sunt enim qui scire volūt eo tm̄ fine vt sciant ꝛ est turpis curiositas. Alij vt sciantᷣ ipsi: quos irridet fatuitas dicens. Scire tuū nihil est nisi te. s. h. s. a. ꝛ est turpis vanitas. Alij vt sciētiā vendant pecunia vel honoribus: ꝛ turpis questus est. Alij vt edificēt: ꝛ charitas est. Alij vt edificentᷣ: ꝛ prudentia est. Cibus indigestus malos humores generat. ꝛ corpus corrūpit nō nutrit. Ita ꝛ multa sciētia īgesta stomacho anime que est memoria: si decocta igne charitatis nō fuerit: ꝛ sic per quosdā artꝰ aīe mores. s. ꝛ actus transfusa. in me reputabitur huiusmodi scientia in peccatū tanꝙ̄ cibus in prauos humores noxiosqꝫ conuersus: an non inflationes ꝛ torsiones in ꝯsciētia sustinebit huiusmodi sciens bonum ꝛ nō faciens.

¶ Qꝫ tria studentibus necessarie sunt. .C. .XXVI.

HUgo didascalis qrto libro. Tria studentibus necessaria sunt. s. natura exercitiū disciplina. In natura ꝯsideratur vt audita facile ꝑcipiat: ꝛ ꝑcepta firmiter custodiat. In exercitio vt labore ꝛ sedulitate naturalē sensum excolat. In disciplina vt laudabiliter viuens mores cum scientia componat. Ad naturam itaqꝫ pertinēt ingeniū ꝛ memoria. Que duo ita sibi in omni studio ꝛ disciplina coherēt. vt vnū nō ꝓsit si alterꝫ desit: sicut nulla ꝓsunt lucra vbi deest custodia. ꝛ incassum receptacula munit qui quod recondat non habuerit. Ingeniū quippe sapientiā inuenit: memoria custodit. Est aūt memoria vis retentiua eorꝫ que sensibꝰ supposita fuerint per se vel etiam in imaginibus. Ingeniū est vis ꝙ̄dā naturaliter animo vnita per se valens. Ingeniū a natura ꝑfici

tur: vsu iuuatur immoderato labore retunditur ⁊ exercitio temperato acuitur. Ingenium exercent duo: scilicet lectio ⁊ meditatio. Lectionis genus triplex est: scilicet docentis: discentis per se inspicientis. Dicimus enim lego librum illi: ⁊ lego librum ab illo: ⁊ lego librum. In lectione cōsideranda sunt maxime ordo ⁊ modus. Ordo attenditur in disciplinis s'm naturam: vt grāmatica antiquior est dyalectica. In libris s'm personā actoris vel subiectaȝ materiā. In narratione s'm dispositionē que duplex est. Naturalis: scilicet quando res eo fertur ordine quo gesta est. Et artificialis quando id quod postea gestū est prius narratur: ⁊ quod prius postmoduȝ. In expositione s'm inquisitionē. Expositio tria continet: scilicet litteram id est cōstructionem: sensum: idest apertā significationē: sententiam: id est profundiorem intelligentiā. Modus legendi in diuidendo constat. Omnis autē diuisio incipit a finitis ⁊ vsq; ad infinita progreditur. Omne autē finitum magis notum est ⁊ scientia comprehēnsibile. Doctrina autem ab his que magis nota incipit: vt cum ab vniuersalibus ad particularia descenditur. Sicq; paulatim descendendo eorum que cōtinentur natura inuestigatur.

Meditatio est frequens cogitatio cum consilio: que causaȝ ⁊ originem modū ⁊ vtilitatem cuiusq; rei prudēter inuestigat. Hec principium sumit a lectione: nullis tamē restringitur regulis aut preceptis lectionis. Principium ergo doctrine est in lectione: cōsummatio in meditatione. Quam si quis familiarius amare didicerit: iocundam valde reddit vitam: ⁊ maximā in tribulatione prestat consolationem. Oportet autem vt que in discendo diuisimus: commēdanda memorie colligamus: habet nāq; omnis tractatio aliquod principium cui tota rei veritas ⁊ vis sententie innititur: ⁊ ad ipsum cuncta alia referunt': hoc querere ⁊ considerare colligere est. Unus fons est ⁊ riuuli multi: qui anfractus fluminū sequeris: tene fontem ⁊ totū habes. Hoc iccirco dico: quia memoria hominis hebes est ⁊ breuitate gaudet: ⁊ si in multa diuiditur fit in singulis minor. Rogo ergo te o lector: ne nimiū leteris si multa legeris: sed si multa intellexeris: immo si retinere potueris. Cōstantinus in panteigni prima parte. Sex autem sunt que scientie conueniunt introducenda: scilicet libri intentionem: eiusdem vtilitatem: titulū: et ad quam tendit doctrine partē: nomen auctoris: ⁊ libri diuisionem.

De studij iuuamētis: ⁊ primo de humilitate. C. .XXVIII.

Hugo vbi supra. Sapiens quidaȝ cum de modo et forma discendi interrogaretur: mens inquit humilis studium querendi: vita quieta: scrutinium tacitū: paupertas: terra aliena: hec reserare solent nonnulla obscura legenti. Illaudabilis quippe est scientia quam vita maculat impudica: ideo preceptis legendi precepta quoq; vite adiunxit. Principium discipline humilitas est: cuius tria precipue ad lectionē pertinent documenta: scilicet vt nullam scripturam vel scientiam vilem habeat: vt a nemine discere erubescat. Tertium vt cum scientiam adeptus fuerit ceteros non contemnat. Multos hoc decipit q' ante tempus sapientes videri volunt: vnde ⁊ simulant quod non sunt ⁊ quod sunt erubescunt: eoq; longius a sapientia vera recedunt: quo non esse sapientes sed putari cupiunt. Eiusmodi multos noui qui cum primis adhuc elemētis indigeant: non nisi summis interesse dignantur. Et ex hoc solum se magnos fieri putant: si magnorum vel sapientum scripta est legerint vel audierint verba: vel ab eis cogniti fuerint. Sed vtinam me nemo agnoscat: et ego cuncta nouerim. Platonem audisti audias et Chrysippum. In prouerbio dicitur. Quod tu non nosti fortassis nouit osellus. Nemini omnia scire datum est: ne quisq; rursum cui aliquid speciale a natura recepisse non contigerit. Prudens igitur lector omnes libenter audit: omnia legit: indifferenter ab omnibus quod sibi deesse videt querit: nec quantū sciat sed quantum ignoret considerat. Hinc istud platonicum aiunt malo aliena verecunde discere q' mea impudenter ingerere. Cur enim discere erubescis: ⁊ nescire non verecundaris: pudor iste maior est illo. Sapientior omnibus eris si ab omnibus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt omnibus ditiores fiunt. Si omnia legere non potes: ea que sunt vtiliora lege. Etiam si omnia legere potueris: non tamen idem labor omnibus impendendus est. Sed quedam ita legenda sunt ne sint incognita. Quedam vero ne sint inaudita: quoniam aliquādo pluris esse credimus quod non audiuimus: ⁊ facilius estimatur res cuius fructus agnoscitur. Expedit etiam tibi vt cum aliquid sapere ceperis: ceteros non contemnas. Bonus enim lector humilis esse debet ⁊ mansuetus. ⁊ a curis inanibus ⁊ voluptatuȝ illecebris prorsus alienus diligens ⁊ sedulus: vt ab omnibus libenter discat: nunquam de scientia presumat: Peruersi dogmatis actores quasi venena fugiat: diu rem pertractet antequaȝ iudicet. dicta sapientuȝ intellecta diligat: ⁊ si qua forte obscuriora repperit non statim in vituperium prorumpat. vt nihil bonum esse credat nisi quod ipse intelligere potuerit. Hec est humilitas discipline legentiū. Ex decretis Gratiani distinctiōe xxxviij. Augustinus in libro de cathetizandis rudibus. Sedulo monendi sunt scholastici. vt humanitate induti christiana discant non contemnere quos cognouerint magis morum vitia q' verborum deuitare: sed cordi quidem casto linguam exercitatam nec cōferre audeant quam etiam preferre consueuerant ⁊c̄. Item Clemens papa. Nullus episcopus propter obprobrium senectutis vel nobilitatem generis a paruulis vel minimis eruditis: si quid forte est vtilitatis ⁊ salutis inquirere negligat. Seneca ad Luciliuȝ in epistolis. Quid enim stultius est quā quia non didiceris non discere. Quādiu viuas tamdiu discendum est quemadmodum viuas.

De quattuor ceteris. .C. .XXIX.

Hugo vbi supra. Studium querendi ad exercitiuȝ pertinet. Antiqui propter amorem sapientie. Alij calcabant honores. Alij proijciebant diuitias. Alij acceptis iniurijs gaudebant. Alij deserta petebāt vt contemplationi liberius vacarent. Permenides philosophus quindecim annis in rupe egyptiaca consedisse legitur. ⁊ Prometheus ob immodicaȝ meditandi curam in monte caucaso vulturi expositus memoratur. Quidaȝ cuidam philosopho ait. Nonne vides quia te derident homines. Et ille ipsi me inquit derident ⁊ eos asini. Hanc igitur diligentiam in nostris doctoribus esse vellem vt nunquam in eis senesceret sapientia. Omnes pene virtutes corporis decrescunt in senibus crescente sola sapiētia. Unde sapiēs ille vir grecie themistodes cum expletis. cvij. annis se mori cerneret dixisse fertur se dolere q' egrederetur e vita quādo sapere cepisset. Uite quoq; quies siue interior vt mens per illicita desideria non discurrat: siue exterior vt ocium ⁊ oportunitas honestis ⁊ vtilibus studijs suppetat. vtraq; ad disciplinam pertinet. Scrutinium autem idest meditatio ad exercitium spectat. Et studium quideȝ querendi instantiam significat operis. Scrutinium vero diligentiam meditationis. Opus peragunt labor ⁊ amor. Consilium pariunt cura ⁊ vigilia. In labore est vt agas. In amore vt perficias. In cura vt prouideas. In vigilia vt attendas. Isti sunt quattuor pedisseque portantes lecticam philologie. idest sedem sapientie. His enim suppositis gestari dicitur. quia in his se exercendo promouetur. Unde pulchre iuuenes propter robur a fronte lecticam tenere dicuntur videlicet philos ⁊ cophos. id est amor ⁊ labor: quia foris opus peragunt. A posteriori puelle. scilicet philemia ⁊ agrimina: quod interpretatur cura ⁊ vigilia: quia intus in secreto consilium pariūt.

Parcitatem quoq; scilicet superfluam non sectari maxime ad disciplinam spectat. Pinguis enim venter vt dicitur sensum tenuem non gignit. Postremo terra aliena posita est: que ⁊ ipsa quoq; hominem exercet. Omnis mundus philosophantibus exilium est. Quoniam vt ait quidam: nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit ⁊ immemores non sinit esse sui ⁊c̄. Magne virtutis principium est vt discat paulatim exercitatus animus visibilia hec ⁊ transitoria commutare vt post modum possit etiam derelinquere. Delicatus ille adhuc est cui patria dulcis est: fortis autē est cui iam omne solum patria dulcis est: perfectus vero cui mundus totus exilium est. Ille mundo amorem fixit. Iste sparsit: hic extinxit. Ego a puero exulaui: ⁊ scio quo merore animus artū aliquādo pauperis tugurij funduȝ deserat: qua libertate postea marmoreos lares ⁊ tecta liqueata despiciat.

De his que studentes impediunt. v. li. .C. .XXX.

Tria sunt que precipue legentium studijs obesse solent. Negligentia scilicet studij. Imprudentia. scilicet ordinis ⁊ modi. Fortuna vt paupertatis infirmitatis doctorum raritatis. De primo lector admonendus est. De secundo instruendus. De tertio adimendus. Boetius in libro de scholastica disciplina. Non sit

ergo scholaris dyscholus.id est a schola distitus:per vicos et plateas tabernasq; discurrens ac meretricum cellulas:per publica quoq; spectacula:per pompas et choreas :per comesationes et publicas cenas:oculis vagis et effrena lingua:sed a luxurie feruore se studeat alienare quam triplici membro diuidunt satyrici: vnam consistere dicentes ornatu:alteram in coitu:tertiam gulositatis assistricem. Cuiuslibet feculentie rabie:nouimus contumelioso coitus appetitu subiectos laborare. Est enim meretrix iniquitatis:via inferni ianua: percussio scorpionis:viscarium sceleris:puteus interitus. Huic comesationis et ebrietatis species permutatim est annexa tanquã causatum cum causa. Propter coitum enim fit ebrietas relatiue necnõ et cetera vitiorum genera. Vinum autem modice quidem sumptum intellectui videtur acumen inferre:non modice vero potatum rationem perturbat:intellectum ebetat:memoriam eneruat:errorem infundit: et in furorem deijcit. Tertia porro luxurie species que ornatibus inhiat:gaudet vestium frequenti variatione:eorumq; membratim sigillatione.pectinis beneficio cesariem polire. et calamistri tortuositate florumq; diuersitate sertatim lasciuire:gulã fuco perfundere:castigationi nouaculorum frequenti inhiare. sinus aromatibus implere:gemmatis colla monilibus parthoriũq; cingulis ventrem castigatum plebi ostendere:rostratis calceis et tabulatis incedere.collo elato.gutture inflato.supercilio mutilato.oculo impudico . incessuq; fastuoso se incircularis procedere . appositis quoq; cibarijs omnia fastidire: et vltimo raroq; scholis interesse.lotricis vetulariũq; remotio sũmopere captanda est.nedum venerit aliquid suggerat inquinatum vel a mãcipio extrahat permolitum:quia mancipiorum rara reperitur clementia:rariorq; in agone constantia. Ve autem seducenti mancipio in quo plenaria confidit dominantis dilectio. Seruus bilinguis procul expellatur: et ipsius eminẽte nequitia statim deponatur licet consanguinitate proximus existat. Seruorum quippe crudelitate multos sociorum vidimus iacturam incurrere. Creditoribus adhibeatur summa commendatio:dieq; prefixa semper pro posse debiti solutio. Cauendum est autem ne deliciosus mentem appetitus exercet.ne lucrum eneruet:raroq; fidelis adulatio . Defraudet familiaris vt sinistra visu et auditu ebibat: quod scribentis dextera premolliat. Sit paupertatis facultas munda:portio contenta viriliter incursus perferens:ad summa semper anhelans:omnibus obediens:famulatu prompta:ad obloquendum tarda:fidelis obsequio:dulcis integraq; colloquio:cordis tumorositate carens.

De his qui studijs inutilibus se occupant. .C. XXXI.

Hugo vbi supra. Scholares nostri aut nesciũt: aut nolunt modũ congruum in discendo seruare. et iccirco.multos studentes paucos sapientes inuenimus. Mihi antẽ videtur nõn minus curandum esse lectori:ne in studijs inutilibus operam suam impendat:q̃ ne in bono et vtili proposito tepidus remaneat. Malum est bonum negligenter agere. Peius in vacuum multos labores expendere. Duo sunt genera scripturarum. Vnum scilicet artium que philosophie supponuntur:vt est grammatica.dyalectica etc. Aliud eorum que appendicia sunt artium: et in aliqua extra philosophiam materia versantur.vt sunt carmina poetarum comedie et tragedie:fabule quoq; et historie. Quisquis igitur ad scientiam pertingere cupit:si relicta veritate artium reliquis se implicare voluerit:materiam laboris plurimam vel infinitam inueniet et fructum exiguum. Quapropter mihi videtur primum operam esse dandam artibus maxime septem liberalibus.que sunt fundamentum omnis doctrine. et ita sibi coherent:alternisq; vicissim rationibus indigent:vt si vel vna defuerit.cetere philosophum facere non possunt. Deinde cetera si vacant legantur quia plus aliquando delectare solent serijs admixta ludicra. Seneca ad lucillium epistola. lxxxviij. Potest et sine liberalibus studijs venire ad sapientiam.quandocunq; partem rerum humanarum diuinarumq; comprehenderis:ingenti copia querendorum ac discendorum fatigaberis Hec tã multa tam magna vt habere possint liberũ hospitiũ: superuacua ex animo tollenda sunt.laxum spacium res magna desiderat. et plus scire velle q̃ satis est intẽperantie genus. Quid q; ista liberaliũ artium consecratio molestos verbosos intempestiuos sibi placentes facit. et ideo non discentes necessaria.quia didicerunt superuacua. Quattuor milia librorum didimus grãmaticus scripsit:miser esset si tam multa etiã superflua etiã legisset. In his libris de patria homerum queritur.de enee matre vera et alia que erant dediscenda si scires. Idem in.xlviij. Nisi interrogationes vaferrimas struxero. et conclusione falsa a vero nascens mendacium astrinxero:non potero et a fugiendis petenda se cernere.pudet me. In re tam seria senes ludimus. Mus syllaba est. Mus autem caseum rodit.syllaba ergo caseum rodit.puta me istud soluere nõ posse:quod mihi ex ista scientia periculum imminet:quod incomodum sine dubio verendum est. O pueriles ineptias:quid mihi lusoria ista componis:non est iocandi locus aperta decent et simplicia bonitatem . etiam si multum super esset etatis:parce dispensandum erat vt sufficeret necessarijs. Nũc vero que dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate. Idem in.xlix. Quod inquit non perdidisti habes:cornua non perdidisti ergo cornua habes. Non vaco ad istas ineptias ingens negocium in manibus est. Quid agam mors me sequitur:vita fugit. aduersus hoc doce me aliquid. Varro ad attenensem auditorem Sunt quedam que eradenda essent ab animo scientis: quia:inserendi veri locum occupant.

De illis qui artem confundunt. C. XXXII.

Hugo vbi supra. Est et aliquis error sũmopere vitandus. Quidam enim licet ex his que legenda sunt nihil pretermittant.nulli tamen arti quod suum est tribuere norunt:sed in singulis omnes legunt. In grãmatica de syllogismorum ratione disputant. In dyalectica casuales inflexiones inquirunt. Et quod magis irrisione dignum est:in titulo pene totum librum legunt : et inceptum tertia vix lectione expediunt. huiusmodi non alios docent:sed suam scientiam ostentant. Sed vtinam quales mihi tales omnibus apparerent. In qualibet autem arte:aliud est agere de arte : aliud per artem. Agere de grammatica quibusdam tantum conuenit:vt prisciano.donato seruio. Agere vero grãmatice omnibus . Cum ergo de qualibet arte agimus:maxime in docendo vbi omnia ad cõpendium restringenda sunt: et ad facilem intelligentiam euocanda. Nõ oia dicẽda sunt que dicere possumus:ne min⁹ vtiliter dicant̃ ea q̃ dicere debemus. Id tandem in vnaquaq; arte queras qđ ad eam specialiter pertinere constiterit. Deniq; cum artes legeris et quid sit vniuscuiusq; proprium cognoueris:tunc demum rationes singularum conferre licebit. Noli diuerticula multiplicare quoadusq; semitas didiceris. Securus discurres cum errare non timueris. Hieronymus ad paulinum. Qđ medicorum est promittunt medici:tractant fabrilia fabri . Sola scripturarum ars est quam sibi. passim omnes vendicant. Scribim⁹ indocti doctiq; poemata passim. Hãc garrula anus.hanc delirus senex.hanc sophista verbosus.hanc vniuersi presumunt:lacerant:docẽt anteq̃ discant. Taceo de mei similibus qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint: et sermone cõposito aures populi mulserint:quicquid dixerint hi legem dei putant:nec scire dignant̃ quid prophete: quid apostoli senserint:sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit et non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias et ad voluntatem suã sacram scripturam trahere repugnantem: quasi non legerimus homerocentonas et virgiliocentonas : ac vero sicut etiã maronem sine christo possimus dicere christianum:quia scripserit. Iam redit et virgo etc. Idem ad pãmachium. Felices inquit fabius essent artes si de illis artifices soli iudicarent.

De illis qui omnia legere volunt. C. XXXIII.

Hugo vbi supra. Sunt qui omnia legere volunt : sed infinitus est librorũ numerus.tu noli sequi ĩfinita vbi finis nõ est nec requies. et ideo nec pax:vbi vero pax nulla est deus habitare non potest:quia in pace factus est locus eius. Seneca in epistola secunda. Primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari. Illud autem vide ne lectio multorũ auctorum et diuersi generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile.certis ingenijs ĩmorari et innutriri oportet si velis aliquid trahere qđ in animo sedeat fideliter. Nusq̃ est qui vbiq; est. Non prodest cibus nec corpori accedit:qui statim sumpt⁹ emittitur. Nihilq; tam vtile est qđ in trãsitu prosit.nihil eque sanitatẽ impedit.vt remediorũ crebra mutatio. Itaq; distrahit librorum multitudo: et cũ legere nõ possis q̃tum habueris:satis est habere q̃tũ legas.fastidiẽtis stomachi ẽ multa degustare. Idẽ in.xlv. Nõ refert q̃ multos libros sed q̃ bonos:lectio certa prodest varia delectat. Varro ad therẽ. Sic multi libros degustãt vt cõuiue delicias: sed cito transcursa citius

labunt: renuit philosophia fastidiente stomachu3. ad simplice cena hylarem inuitat conuiuam: multum interest vtrum rem ipsa3 an li bros inspicias. libri nō nisi scientiaꝝ paupercula monimenta sunt: principia inquirendoꝝ continent vt ab his negociandi principia su mat animus. Eo vero tantū studia intermittant. Gaudet natura va rietate. omnia quidem nosse est impossibile. pauca vero non lauda bile. Bernardus clareuallensis. Multitudo rerum ⁊ tēporis bre uitas non patiuntur omnia comprehendi.

¶ De his qui legunt vel audiunt ea que statui suo non con gruunt. .C. XXXIIII.

Hugo vbi supra. Ceterum liber non est a culpa qui alienu3 vsurpat officiu3: si monachus es quid facis in turba: si amas silentiū cur clamantibus assidue interesse delectat. tu semp ieiuniis ⁊ fletibus insi stere debes ⁊ philosophari queris. Simplicitas monachi philoso phia est. Sed docere inquit alios volo: non est tuum docere s3 plan gere. Si tamen doctor esse desideras: audi quid facias. vilitas habi tus tui ⁊ simplicitas vultus ⁊ innocentie vite ⁊ sanctitas conuersa tionis tue docere debent homines melius fugiendo mundū doces ꝙ sequendo. In extrauagantibus. iij. libro vltimo titulo. Alexan der quartus. Nullus omnino post votū religionis: post factā in ali quo loco professionē ad phisicam leges ue mundanas legendas per mittatur exire. Si vero exierint: ⁊ ad claustrū infra duoru3 mensiu3 spaciū nō redierint sicut excōmunicati ab omnibus habeant ⁊ eui tentur: ⁊ in causa nulla si patrociniū voluerint prestari audiant. Re uersi autē in choro capitulo mensa ⁊ ceteris vltimi fratrum existāt. ⁊ nisi forte ex licentia se. appositus spe3 promotionis amittāt. Itē honorius tertius. Contra religiosas personas exeuntes ad audien das leges vel phisicam: nos volentes vt decetero ipso facto senten tiam excommunicationis incurrant: dist. pre. mandamus qua. tam a diocesanis ⁊ episcopis ipsorum ꝙ a ceteris episcopis in quorum dyocesibus student. monachi tales excommunicati publice nunciē tur. Quia vero theologie studium cupimus ampliari: ad archidya conos: decanos. plebanos. prepositos. precentores ⁊ alios clericos personatus habentes: necnon presbyteros nisi ab his infra spaciu3 prescriptum destiterint hic exercendi: volumus ⁊ ap. post firmiter obseruari. Beda super parabolas li. primo. Soli quoq3 concedi tur hereticorum libros legere qui adeo solidatus est in fide catholi ca: vt nequeat separari labiorum dulcedine vel astutia. Gratia nus in decretis. j. parte dist. xxxvj. legitur in consilio carthagi. iiij. Episcopus libros gentilium non legat. hereticorum aute3 legat: aut pro necessitate: aut pro tempore. Item hieronymus ad damasu3 papam de prodigo filio. Sacerdotes dei videmus omissis euange lijs ⁊ prophetis comedias legere: amatoria bucolicorum versuum verba cantare: tenere virgilium. ⁊ id quod in pueris est causa neces sitatis crimen in se facere voluptatis. nonne nobis videtur in vani tate sensus ⁊ obscuritate mentis ingredi: qui diebus ac noctib⁹ in dyalectica arte torquetur. qui phisicus perscrutator oculos trās ce lu3 eleuat. ⁊ vltra profundum terrarum ⁊ abyssi in quoddam mare demergitur. Item Rabanus de ecclesiasticis presturis: legimus de bono hieronymo. Q, cu3 legeret libros ciceronis ab angelo cor rectus est.

¶ De secularibus litteris ad eruditionem non ad voluptatem legendis. .C. XXXV.

Sed econtra legitur etia3 ꝙ moyses ⁊ daniel omni scientia egyptiorum ⁊ chaldeorum eruditi fue rint. Legitur etia3 ꝙ precepit dominus filijs israel vt ex plorarent egyptios auro ⁊ argento moraliter instruens vt siue aurum sapientie siue argentum eloquentie apud poetas in uenerimus in vsus salutifere eruditionis vertamus. In leuitico eti am primitias mellis. id est. dulcedinem humane eloquentie domi no iubemur offerre. Hinc etiam beda in libro regu3 ait. Turbat acu men legentium. ⁊ deficere cogit: qui eos a legendis secularibus li bris omni modo existimat prohibēdos. In quibus simul siqua in ueniūtur vtilia quasi sua sumere licet. alioquin moyses ⁊ daniel sa pientia ⁊ litteris egyptiorum ⁊ chaldeorum non paterentur erudiri quorum tamen superstitiones ⁊ delicias alias delitationes horre bant: nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis vel scriptis indidisset vel dictis. Cur ergo legi prohibentur que tam ra tionabiliter legenda probantur. Sed seculares litteras quidam le gunt ad voluptatem. poetarum figmentis ⁊ ornatu verborum dele ctari. Quidam vero eas ad eruditionem addiscunt: vt errores gen tilium legendo detestentur: ⁊ vtilia que in eis inuenerint ad vsum sacre eruditionis deuoti mutant: tales laudabiliter seculares lit teras addiscunt. Unde beatus Gregori. quendam episcopum non reprehendit: quia eas didicerat. Sed quia contra episcopale offici um pro lectione euangelica grāmaticā populo exponebat. Hinc etiam ambrosius scribit super lucam. Legimus aliqua ne ignore mus: legimus non vt teneamus sed vt repudiemus. Item hiero nymus super epistolam ad titum. Si quis grammatica3 artem no uit vel dyalectica3 vt recte loquendi rationem habeat: ⁊ vera ⁊ fal sa diiudicet: non improbamus. geometria autem ⁊ arithmetica ha bent in sua scientia veritate3: sed illa non est scientia pietatis. Scien tia autem pietatis est nosse legem ⁊ sacras scripturas ⁊ intelligere prophetias. In euangelio credere: apostolos non ignorare. Gram maticorum autem doctrina potest etiam proficere ad vitam dum fuerit in melioresvsus assumpta. Idem. Qui de mensa ⁊ vino re gis nolunt comedere ne polluantur. vtiq3 si sapientiam atq3 doctri nam babyloniorum scirent esset peccatum nunꝙ acquiescerent di scere quod non licebat: discunt autem non vt sequantur sed vt iudi cent atq3 conuincant. Quoniam si quispiam aduersum mathemati cos velit scribere imperitus matheseos: risui patebit. ⁊ similiter ad uersus philosophos disputans: si ignorat dogmata philosophoru3 discat ergo ea mente doctrinam chaldaicam qua moyses omnem sapientiam egyptiorū didicerat. Item siquando cogimur seculariū litterarū recordari. ⁊ aliqua ex his discere que olim omisimus. non est nostre voluntatis. sed vt ita dicam grauissime necessitatis. vt p bemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt tam grecorum ꝙ latinorum ⁊ aliarum gentium litteris contineri.

Item Augustinus contra manicheos. si quid veri de deo sybil la vel orpheus alijue gentium vates aut philosophi predixisse per hibentur. Ualet quidem aliquid ad paganorum vanitate3 reuincen dam. non tamen ad istorum auctoritatem complectendam quantū enim distat de christi aduentu inter predicationem angeloru3 ⁊ cō fessionem demonum. tantum inter curiositatem sacrilegarum scri pturarum ⁊ auctoritatem prophetarū. Item Clemens papa. Cū enim de diuinis scripturis integram quisq3 ⁊ firmam regulam ve ritatis susceperit. absurdum non erit si aliquid ⁊ ex eruditione com muni ac liberalibus studijs que forte a pueritia attigit ad assertio nem veri dogmatis conferat. itaq3 tamen vbi vera didicerit: falsa ⁊ simulata declinet. Item Isidorus in libro sententiarum. Ideo prohibet christianis poetarū figmēta legere: qꝛ per oblectamēta fa bularū nimiū mentē excitant ad incentiua libidinū. Nō enim solū tura offerēdo demonib⁹ imolant: s3 etiā eoꝝ dicta libenti⁹ capiēdo.

¶ De diuersoꝝ doctoꝝ floribus excerpendis. .C. XXXVI.

Seneca epistola. lxxxiiij. Alit lectio ingenium ⁊ studio fatigatu3: non tamen sine studio reficit. nec scribere tantum nec tantum legere debemus altera res contristabit vires ⁊ exhauriet. de stilo dico. Altera soluet ⁊ diluet. inuicem hoc ⁊ illo commeandum est: ⁊ alte rum altero temperandum: vt quicquid lectione collectu3 est: stilus redigat in corpus. Apes enim imitari debemus que vagantur ⁊ flo res ad mel faciendū idoneos carpunt. Deinde quicquid attulerint disponunt ac per fauos digerunt. sic ⁊ nos debemus quecunq3 ex diuersa lectione congessimus separare. Deinde adhibita ingenij no stri facultate in vnu3 sapore varia illa libamenta confundere. talem animum nostru3 esse volo: vt multe in illo arte multa precepta mul tarum etatum exempla sint in vnu3 conspirata. Hieronymus cō tra vigilantium. Operis mei ⁊ studij est multos legere vt ex pluri mis diuersos flores carpam. Idem ad pāmachium. Qui obijcit mihi Origenem: obijciat etiam cur hominem iudeu3 habuerim pre ceptorem. cum ego miro odio ⁊ auersim circūcisionem. libros quidē Origenis congregaui. ⁊ ideo errores eius non sequor: qꝛ scio omnia que dixit atq3 vtinam omnium tractatorum haberem volu mina: vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia compensarem.

¶ De magistris audiendis ⁊ reuerendis. C. XXXVII.

Hieronymus ad paulinum. Habet autem nescio quid latentis energie viue vocis actus. ⁊ in aures discipuli de actoris ore trāsfusa fortius sonat. In actibus apostoloꝝ sanctus eunuchus. imo vir (sic enim eū sancta scriptura cognominat) cū legeret Isayā. pphā3 interrogat a philippo: putasne intelligis q̄ legis. Rn̄dit quō possū nisi aliqs me docuerit. Ad minores artes veniā. ⁊ q̄tā lingua ꝙ manu administrā tur agricole: cemētarij: fabri metalloꝝ lignoꝝq3 cesores. lanarij quo ꝙ ⁊ fullones ⁊ ceteri q̄ variā supellectilē ⁊ vilia opuscula fabricant absq3 doctore eē nō pnt qd cupiūt. Boeti⁹ vbi supra. Qui nō no uit subijci nō nosset magistrari. Miserum ē fieri magistrū q̄ nunꝙ nouit se esse discipulū. Debz aūt discipuli subiectio in trib⁹ cōsistere

scilicet vt sit attentus ad audiendū. docilis ad intelligendum beniuolus ad retinendum. malo quidem balbutientis magistri lꝫ tedioso fructu deliniri. ꝙ̄ seducentis cecitatis dulcore gloriari. Sit ergo discipuli summa magistratui subiectio. sit exercitij attentio. beniuolentia animi. docilitas ingenij luxur. e quoqꝫ specierū euitatio. ⁊ felicis constantie debita professio. Magistro subijci gaudeat eumqꝫ metuēdo diligat. ⁊ eius māsioni si fieri pōt cohabitando se inserat vt cū locus fuerit ad euꝫ inquirendo recurrat. Uarro vbi supra. Illū autē elige eruditoreꝫ: quē magis mireris in suis ꝙ̄ in alienis. Nō tā laudabile ē meminisse ꝙ̄ inuenisse. hoc enī alienuꝫ est. illud proprij muneris est. nil magnificū docebit qui a se nil didicit. Falsoqꝫ magistri nūcupant̄ auditoꝝ narratores. sic igit̄ audiendi sunt vt q̄ rumores recēsent. Elucētissimū aūt est edocēdi genus exēploꝝ subditio. Quintilianus. ij. li. Nō aūt id q̄dē estimandū est cuius q̄sqꝫ etatis sit: sed quātū in studijs iā effecerit. Ut ꝓceptoꝝ officiū ē docere. sic discipuloꝝ ꝑbere se dociles. alioq̄n neutrū sine altero sufficiet. sicut frustra ꝓgunt̄ semina: nisi ea ꝑmollit⁹ fuerit sulcus. ita sciētia coalescere neq̄t: nisi sociata tradētis accipiētisqꝫ ꝯcordia.

De his q̄ ad magisteriū accedūt. .C. XXXVIII.

Boetius vbi supra. Iā vero discipulus cuꝫ ad ꝑfectionē tēdere teneat̄ ꝑfectiōis effectiuāqꝫ cāꝫ. vtpote ꝯtinuitatꝫ ꝯstātiā, ꝓut facultas suppetit menti studeat īprimere. Quid enī ꝯstātia lucidius quid incōstātia nequius. prima parit. secūda destruit. prima procedit. secūda retrocedit. prima colligit. secūda vero collecta dissoluit. Prudēs scholaris semꝑ aliquo ꝯsorte gaudeat. cui propriā cōsciētiā detegere valeat. qui nubila fortuna diligenter subueniat. morboqꝫ ingruente sedulū se exhibeat. ⁊ si terra caligo mortis affuerit. superstes facultates disponat. Si vero viuus euadat. possit ab eo pasci. sustentari. procurari. consolari. Uigente quoqꝫ valitudine libellis gaudeant permutatim. questiūculis. certatim. ⁊ cōmendabili recordatione gradatim. castigationis felicitate conuersiꝫ. Et sic inter eos mutue dilectionis ītegritas permaneat. vt primeui tēporis ros instillans. in medio inundans. in fine vero inebrians existat. Deniqꝫ bone indolis iuuenis qui ad magistratus honorē accedere cupit Primo quidē oportet vt que a tanti nominis reuerentiā pertineāt sciat. scitaqꝫ exprimere noscat. nec scriptoꝝ cōmissioni totaliter se cōmittat. Secūdo vt libroꝝ copiā exercitationi sue cōqu rat: quatenus cū opus fuerit eos cōsulat. nec ei oīno credat. sicut nigrius: qui montani magistri sui sententijs intantū confusus est. ꝙ omne verbū ab ipsius ore progressuꝫ quaternulis exarabat. ⁊ tāquā sacrū existimans nihil aliud magisterij vicē obtinens in scholis predicabat. Unde multotiens pudore confusus conclusus abibat. Miserrimi quippe ingenij est semꝑ inuentis vti ⁊ nūquā inueniēdis. stultius autem omnino magistri confidere sententijs. Sed primo quidē fidendū est donec videat̄ quid sentiat. Deinde fingendū ipsum errasse docēdo si forte inueniat̄ qd̄ cōmisse obijciat sedulitati. Tertio vt aliquos habeat secreto quos doceat. eisqꝫ libros legat. alijsqꝫ eos rudimentis informet. vt sic intellecta sciat. ⁊ scita exprimere noscat. expressione vsum cōparet. vsuqꝫ magisteriū propinet. alios nāqꝫ docere est proprie facultas industrie. Quarto vt hos aliosqꝫ sibi alliciat. quatenus cū magistrandi oportunitas fuerit. eoruꝫ intrinseco aspectu gaudeat. Quid enī turpius ꝙ̄ inceptiōis primo tēpore solus destitui. Quinto vt quorū gratia ⁊ fauore coronandus est illorū peripatetice scholas obambulet. ⁊ curialiter opponat, proteruienteꝫ acriter remordeat. diligentiusqꝫ pro tēpore respondeat. ne si muta fuerit volūtas īputet̄ cecitati vel arrogantie temeritati.

De his q̄ hoc officiū assecuti iā exeq̄ volūt. .C. XXXIX.

Quicūqꝫ aūt officiū illud proseq̄ desiderat. vniuersa morū honestate oportet vt polleat. in sermone verax. in iudicio iustus. in consilio prouidus. in cōmisso fidelis. constans in vultu. pius in affatu. virtutibus insignis. bonitate laudabilis existat. Preter hec etiā esse tenet̄ eruditus: mā suetus: rigidus. antiquus. q̄a prius oportet vt addiscat ꝙ̄ doceat. Mansuetus autē vt quādo necesse est discipuloꝝ elationē pati sciat. Rigidus vt erroris vindictā imponat. sophistaꝝ lites dissoluat oblatrātes remordeat. obloquētes reprimat ꝓteruientes corripiat. Antiquus vero non annis sꝫ ꝑpetua sciētia. Q꞉ si vtrūqꝫ fuerit ꝯditio sanior erit. Ualde autē absurdū est ⁊ iniquū: vt imperiti peritis: nouelli antquis: rudes preferantur emeritis. Non sit autem negligens quia sicut in vnoquoqꝫ opere mater inuenitur constantia. sic vniuerse doctrine ⁊ discipline nouerca est negligentia. Melius esset mechanice deseruire ꝙ̄ onerari iugo negligentis. Neqꝫ vero sit arrogās q̄m ⁊ viuax pauꝑꝝ scintillula magistrātis extinguitur arrogātia. ⁊ diuitibus auferꝫ discēdi volūtas quia nunq̄ fideliter instruxit arrogantis sedulitas. Nam ⁊ in fastigio simplices despiciunt. ⁊ quod sciunt humiliter docere contemnunt. nec in datorē scientie causam referunt. sed in se propriaꝫ excellentiam respiciunt. Cum autem legendi causa scholas intrauerit extrinsecus assumpto rigore considerandum est. vt aurore tempore continue submissa voce incipiat. ore rotundo mediocriter ascēdendo. neminem vero (nisi maxima necessitas vrgeat) expectando: quia si quos vltra debitum expectauerit. hos quidem tepore pigricie confundet. ireqꝫ rancore se comminuet. Si vero primo tempore discentium copiam non habuerit. non ideo tepescat nec spe deposita euanescat. Sed tanto studijs acrius insistat. seqꝫ in conflictu strennue probet. vt sic licet cum paucis honoreꝫ contingat. paucorum enim consortio multos destitutos profunditatis studio vigente frequenter strennue vidimus intitulari. Pietatis autem ambitu scholaruꝫ rector delinitus. discipulorum corda paupertate degentium studiosqꝫ discentium mulcere tenetur. videlicet cibarijs. calceis. vestibus saltem tritis (si facultas suppetat) ceterisqꝫ donatiuis. Quintilianus. li. j. Optimus quisqꝫ preceptor frequētia gaudet. ⁊ maiore se theatro dignum putat.

De interiori magisterio veritatis. C. XL.

habere iste terminus hō in hac ꝓpositiōe hō currit. Itē personaliū
alia ꝯfusa.alia determinata. Determinata est illa quā hȝ terminus
cōis reddens locutionē verā ꝓ aliquo supposito:vt cū dicit̄. hō est
albus. Cōfusa dicit̄ suppositio q̄n virtute locutiōis exigit̄ ꝙ ter
minus teneat̄ ꝓ oīb⁹ vl' ꝓ plurib⁹ suoꝝ īferioꝝ. Cōfusarū alia mobi
lis siue distributiua.alia īmobilis. Mobilis ē illa quā hȝ terminus
ī quo pōt fieri descēsus ꝓ quolibet suoꝝ īferioꝝ. Immobilis d̄r il
la quā hȝ terminus supponēs ꝓ plurib⁹ ꝓ qb⁹ nō lȝ descendē. Et h̄
pȝ ī hac ꝓpositiōe:ōis hō ē aīal. Iste.n.terminus hō ꝯfusā ⁊ mobi
lem habet suppositionē.quia licet sub eo descendere ad quodlibet
inferiorū hominis. Ille aūt terminus animal hȝ suppositionē cōfu
sam īmobilē q̄ nō pōt fieri descēsus pro quolibet supposito. Ex iā
dictis patet ꝙ nō valet argumentatio ista.homo est spēs.ergo ali
quis homo est spēs.imo f̄m fallaciam figure dictionis arguit̄:q̄ a
simplici ad determinatā. Et si obiciat ꝙ pticularis ⁊ indefinita cō
uertunt̄. Dicimus ꝙ verū est:sed hec ꝓpositio:homo est spēs. non
est indefinita.imo singularis:q̄ homo nomē ꝓpriū ē ipsius speciei
vñ respectu huius p̄dicati nō est terminus cōis: sȝ tanq̄ terminus
discretus. Silr̄ ōis hō est aīal. ergo aīal est ōis homo:q̄ in prima
ꝓpositiōe ly animal cōfundit̄ a signo.in cōclusione v̊o nō:cū signū
subsequit̄:imo determinate supponit ꝓ aliquo ꝓ quo nō cōtingit
recipe v̄itatē. Et sciendū ꝙ dicit̄ ꝓ regula in suppositionib⁹:signū
vniuersale affirmatiū terminū sibi īmediate adiūctū ꝯfundit mobi
liter.tñ post mediāte ꝯpositione adiūctū cōfundit īmobiliter:qđ pȝ
hic:ōis homo videt aīal. Itē signū vniuersale negatiū terminū sibi
adiūctū siue mediate siue īmediate ꝯfundit mobiliter.vñ sequitur
nullus hō est asinus.ergo sortes nō est hic asin⁹. Per hec que iam
dicta sunt pōt solui hoc sophisma:omnis homo est omnis homo.

¶ De Appellationibus. C. XXXVII.

APpellatio vero dicitur quedam ꝓprietas
que inest termino:eo ꝙ ille pōt
accipi pro aliquo supposito actu existēti. vnde differt a
suppositiōe:eo ꝙ suppositio est indifferēs respectu enti
um ⁊ nō entiū. Appellatio v̊o respectu entiū tñ.vñ si dicat̄ ōis hō.
ly homo supponit ꝓ omni eo cui pōt inesse sua forma:vel potuit.ta
men in ꝓpositiōe restringit̄ suppositio.sicut cū dicit̄.omnis homo
currit.ly homo nō pōt appellare hominē q̄ nō est:sed hoīes existen
tes solū.vñ suppositio cōior est q̄ appellatio. Et sciendū ꝙ sup
positio termini m̄ltipliciter restringit̄.q̄nq̄ per qualitatē nominis
adiectiui.q̄nq̄ per actū pticipij.q̄nq̄ per actū v̄bi circa terminū im
plicitū. Alio mō per differētias tp̄is. Et sciendū ꝙ restrictio siue co
artatio nihil aliud est q̄ cōis suppositiōis ad min⁹ cōem restrictio.
De restrictiōe que fit per tp̄is differentias talis dat̄ regula. Termi
nus cōis nō restrictus ab alio supponēs v̄bo de p̄nti non hñti vim
ampliandi supponit tñ pro eis q̄ sunt.vt si dicat̄: ōis homo currit.
sensus est: ōis homo ens currit. Et dicit̄ nō restrict⁹:q̄ tal' termin⁹
pōt restringi.ita ꝙ nō supponit ꝓ eis que sunt.vt si dicat̄:hō q̄ fuit
nō est vel homo q̄ nō est legit. Nō hñti vim ampliādi.dicim⁹ ꝙ q̄
dam sunt v̄ba ampliātia.vt hec.s.pōt laudat̄.opinat̄ q̄libet in p̄nti
tp̄e terminus supponēs tali v̄bo nō restringit̄ ad puros entes. vt si
dicat̄:pōt currere.hō solet legere.pōt eni iste terminus hō suppone
re ꝓ hoīe q̄ non est. Silr̄ si dicat̄ hō laudat̄.hō opinat̄.vnde hm̄oi
v̄ba dicunt̄ ampliare suppositionē terminoꝝ:q̄ cū insunt v̄bis īdif
ferēter possunt supponere ꝓ enti ⁊ nō enti. ⁊ hoc forte est: q̄ res si
gnificata saluabilis est tam in nō ente q̄ in ente.qđ nō videt̄ ī alijs
v̄bis. Notādū tñ ꝙ dicta regula solet assignari de termino hñti suf
ficientiā appellatiōis cuiusmodi termin⁹ d̄r hr̄e tria appellata. Uñ
solet dici ꝙ terminus cōis nō hñs sufficiētiā appellationū:retrahi
tur ad nō entia ꝓ illis supponēdo. Uñ si diceret̄:ōis fenix est vl' ōis
homo est.vnico hoīe existente:falsū dicit̄.cū hm̄oi termini suppo
nant ꝓ nō existente:cui nō ꝯuenit esse. Et hoc dicebāt ponētes ꝙ si
gnū vniuersale termino cui adiūgit̄ exigit de necessitate tria appel
lata.qđ tñ nō dicimus:q̄ signū vniuersale nihil aliud significat cir
ca terminū:nisi q̄m vniuersaliter ꝯsignificat. Uñ si habeat plura ap
pellata ꝓ trib⁹ v̄tute signi actu subijcit̄.si plura nō habeat ꝓ tp̄e so
lū ad qđ restringit̄.nec v̄tute signi vniuersalis ꝓ alijs nō existib⁹ su
biceret̄. cū hm̄oi signū vniuersale circa t̄minū cui adiūgit̄ nihil aliđ
exigit nisi formā vniuersalē natā eē in plurib⁹ siue actu siue potētia
sicut hec forma vniuersalis hō:siue nō sint actu sed ꝑ tp̄is successio
nē:sicut h̄ vniuersale fenix. ⁊ valet silr̄ si habeat eē in plurib⁹. ⁊ hoc
exigēte nō forma:sȝ materia circa quā. Sed mā circa quā attendit̄
hm̄oi forma.vt hm̄oi vniuersalia:sol.luna. Uñ dicim⁹ ꝙ iste sūt ve
re.ōis hō est:vnico hoīe exnte.ōis fenix ē.ōis sol.ōis luna. ⁊ ꝯsiles.
Itē terminus supponēs v̄bo de p̄terito:supponit indifferēter ꝓ eis
q̄ sunt vel que fuerūt. Apponēs v̊o tñ supponit ꝓ eis que fuerunt.
Uñ nō sequit̄ posito ꝙ mō sortes sit albus ⁊ nunq̄ fuerit albū:fu
it sortes.ergo sortes fuit albus.q̄m in prima ly albū indifferent' sup
ponit siue copulat ꝓ albedine que est vel q̄ fuit. In ꝯclusiōe v̊o ꝓ al
bedine q̄ fuit tñ. Itē terminus cōis supponēs v̄bo de futuro īdiffe
renter supponit ꝓ eo qđ est vl' erit tñ. Uñ nō sequit̄. albū erit sor
tes:ergo sortes erit alb⁹.posito ꝙ sortes sit mō alb⁹ nec ampli⁹ erit.
Itē termin⁹ cōis īmediate ꝯiūctus ad terminū designātē sp̄ale ac
cidēs restringit̄ f̄m exigētiā qualitatis illius adiūcti.vñ si dicim⁹:
homo albus currit.ly hō restringit̄ ad albos. ⁊ sic de consimilibus.

De Cōmunicātia ꝓpositionū in terminis. .C. XXXVIII.

Propositionū q̄dā pticipāt vtroq̧ termino.vt ois homo currit.nullus hō currit.q̄dā altero tm̄ ⁊ quedā neutro. Itē participantiū vtroq̧ termino:q̄dā pticipāt ad eundē ordinē.q̄dā ad ordinis ↄuersionē.q̄ñ de p̄dicato fit subiectū ⁊ ecōuerso.vt ois hō ē aial.quoddā aial ē hō. Itē pticipantiū vtroq̧ termino ad eūdē ordinē q̄dā sūt ↄtrarie:vt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua.de eodē subiecto ⁊ de eodē p̄dicato ſm vocē ⁊ rē vt ois hō currit.nullus hō currit. Quedā subcōtrarie.vt pticularis affirmatiua ⁊ pticularis negatiua.Quedā subalterne: vt vniuersalis affirmatiua ⁊ pticularis affirmatiua.vel vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua.Quedā ↄtradictorie.vt vniuersalis affirmatiua.⁊ pticularis negatiua.vt ois hō currit.quidā hō non currit. Uel vniuersalis negatiua:⁊ pticularis affirmatiua. vt nullus hō currit: q̄dā hō currit. Lex ↄtrariaꝝ talis ē ꝙ ſi vna ē vera reliqua erit falsa ⁊ nō ecōuerso.q̄ nūq̄ p̄nt simul esse vere.ſ3 false in ↄtingēti materia.Lex subcōtrariarū ē ꝙ ſi vna ē falsa reliqua erit vera.ſ3 nō ↄuertit.p̄nt eni simul eē vere in mā ↄtingēti.ſ3 nūq̄ simul false.Et dicūtur subcōtrarie.q̄ sub ↄtrariis ponunt.Lex ↄtradictoriaꝝ est: ꝙ ſi vna ē va.reliq̄ erit falsa.Lex subalternaꝝ ē: ꝙ ſi vniuersalis est va: sua pticularis erit vera.⁊ nō ↄuertit.Et dicūt subalterne:eo ꝙ vna alij supponit.Et sciēdū ꝙ triplex ē mā.s.nālis.in q̄ p̄dicatū nāliter inheret suo subiecto.vt hō ē aial.Cōtingēs:in qua ↄtingēter.vt hō est albus.Remota est illa in qua predicatū nullo modo inheret suo subiecto.vt homo est asinus.

De Cōuersiōib⁹ ⁊ eq̄pollētijs. .C. XXXIX.

Item ꝓpositionū pticipātiū ad ordinis cōuersionē.q̄dā ↄuertunt simpliciter.q̄dā p accidens q̄dā p ↄtrapositionē ↄuersim.Simplr ē q̄ñ de subiecto fit p̄dicatū de p̄dicato subiectū.manente eadē q̄litate ⁊ q̄ntitate vt nullus hō ē lapis.nullus lapis ē hō.q̄dā hō ē aial. quoddā aial ē hō.Et simplex dicit q̄ſi sine plica.Cōuersio p accidēs ē q̄ñ fit de subiecto p̄dicatū ⁊ ecōuerso.manente eadē q̄litate: ſ3 mutata q̄ntitate.vt ois hō ē aial.quoddā aial ē hō.Cōuersio q̄ fit ↄtrapositionē ē q̄ñ fit de p̄dicato subiectū ⁊ ecōuerso.manēte eadē q̄litate ⁊ q̄ntitate.⁊ terminis finitis mutatis in infinitos.vt ois hō ē aial.g̃ omne nō aial ē nō hō.Uel sic.quoddā aial est hō.g̃ quoddā nō homo nō est nō aial.Itē negatio p̄posita signo vniuersali affirmatiuo vel pticulari sp eq̄pollet sue ↄtradictorie.vt nō ois:q̄dā nō eq̄pollēt nō nullus q̄dā nō aliquis nullus.Itē negatio postposita signo vniuersali affirmatiuo vel negatiuo.eq̄pollet sue ↄtrarie.vt ois nōnullus:nullus nō ois.Particulari vo postposita eq̄pollet sue subcōtrarie.vt q̄dā ñ ⁊ q̄dā nō:eq̄pollēt q̄dā nō nō.⁊ q̄dā sic.Itē negatio p̄posita ⁊ postposita eq̄pollet sue subalterne.vt nō ois nō:q̄dā nōnullus nō.q̄dā nō.nō aliq̄s.nō ois.Itē negatio p̄posita remouet q̄litatē ⁊ q̄ntitatē.postposita vo remouet q̄litatē tm̄.Uñ vsus. Pre ↄdi. post sit ↄtraria circū.Pone subalternā faciet q̄ negatio signū.

De Propositiōib⁹ modalib⁹. .C. XL.

Propositio large sumpta diuidi h3 p has differentias.de inesse ⁊ modales.De inesse ē illa q̄ aliq̄d de aliquo:vl' aliq̄d ab aliquo enūciat sine mō cōpositiōis.vt socrates currit. Modalis ē illa q̄ cū modis cōpositiōis aliq̄d de aliquo:vl' aliq̄d ab aliquo enūciat.vt sortes currit necessario. Modi āt sūt sex.s.vo. falso.ↄtingēter.possibilit̄.ipossibilit̄.necessario. Silr̄ noīa a q̄b⁹ descēdūt modi dicūt.s.veꝝ.falsum.⁊c̄.Uñ Aristoteles nō determinauit de illis modalib⁹ q̄ fiūt p modos aduerbiales.vt sortes currit necessario.q̄ hmōi modales sꝫ ex noīe ⁊ vbo simplr̄.⁊ ī hmōi subiicit res ⁊ p̄dicat eē vl' nō eē.sic̄ ī ꝓpositiōib⁹ de iesse.⁊ pp h̄ sꝫ enūciatiōes simplr̄.Ille āt q̄ fiūt p modos noīales sꝫ enūciatiōes h3 q̄d ex noībus ⁊ vbis obliq̄s.⁊ ī hmōi modalib⁹ eē vl' nō eē sꝫ subiecta.modi vo appositiōes.i.p̄dicata.vt sortē currere ē necessariū.⁊ de hmōi modalib⁹ determinat Aristoteles ī li.pihermenias.Et sciēdū ꝙ ois modalis noīalis ē singularis.q̄ñ ī hmōi modalib⁹ subiicit h̄ dictū.q̄ñ is ē sensus.Sortē currere ē veꝝ.i.h̄ dictū vl' h̄ enūciabile sortē currere ē veꝝ ⁊ sic de alijs.Itē ois modalis affirmatiua ē a cōpositiōe modi.negatiua a negatiōe modi.Itē sex sꝫ modi noīales de q̄ttuor vltimis modis dicendū ē:⁊ nō de istis.s.veꝝ falsū.q̄ñ ꝓpositiōes q̄ fiūt p hmōi modos ↄuertūt cū ꝓpositiōib⁹ de iesse.Uñ bene seq̄t. sortē currere ē veꝝ.g̃ sortes currit.⁊ ecōuerso.sortē currere ē falsū g̃ sortes nō currit.⁊ ecōuerso.Alia dr̄ia ē:q̄re ñ determiat de hmōi q̄ñ nō p̄nt ↄuerti cū modalib⁹ q̄ fiūt p alios quattuor modos. Nō eni seq̄t.sortē currere ē falsū.g̃ sortē currere est impossibile.Similiter:sortem currere est veꝝ.ergo sortem currere est necesse.

De Lineis eaꝝ ſm distinctionē quattuor modoꝝ. C. XLI.

Et sciēdū ꝙ ſm illos q̄ttuor modos quattuor sunt linee.Una de possibili.alia de cōtingenti.⁊ sic deinceps.⁊ ad formandū p̄mā lineam talis dat regula.Cuicūq̧ dicto affirmato dat possibile:eidē attribuit ↄtingens:ab eodē remouet impossibile:⁊ ab ei⁹ cōtradictorie opposito remouet necesse.Ad formandā secundā datur talis regula.Cuicūq̧ dicto negato attribuit possibile eidē attribuit contingens:ab eodē remouet impossibile.⁊ ab eius ↄdictorie opposito remouet necesse.Ad tertiā talis.A quocūq̧ dicto affirmato remouet possibile:ab eodē remouet cōtingens:eidē attribuitur impossibile.⁊ ei⁹ ↄdictorie opposito attribuit necesse. Ad q̄rtā talis.A quocunq̧ dicto negato remouet possibile:ab eodē remouet cōtingens.eidē attribuit impossibile.⁊ eius ↄdictorie opposito attribuit necesse.Exēplū oīuꝫ p̄ns figura demonstrat. Possibile ē eē. cōtingēs est esse.nō impossibile est esse.nō necesse est nō esse. Possibile est nō esse.ↄtingēs est nō esse.nō impossibile est nō esse.non necesse est esse. Nō possibile ē eē.nō ↄtingēs ē eē. impossibile ē eē. necesse ē nō eē. Nō possibile est nō eē.nō ↄtingēs est nō esse. impossibile est nō esse.necesse est eē. Prima ⁊ scđa subcōtrariant.s.ita ꝙ reddent singula singulis.⁊ q̄ſi pticulares sūt.Tertia ⁊ q̄rta ↄriant. ⁊ q̄ſi vniuersales sunt.Prima ⁊ q̄rta subalterne sunt.scđa vicē pticularis supplet.secūda ⁊ q̄rta ↄdictorie.Prima ⁊ tertia similiter.

De Equiuocatione singuloꝝ modoꝝ. C. XLII.

Preterea sciendū ꝙ est possibile quoddā cū re ⁊ cū actu.vt scribentē scribē.q̄dā cū re ⁊ añ actū.vt nō scribētē scribē. Quoddā añ rē ⁊ añ actū.vt antichristū currere. Itē ē potentia ꝓpinq̄.vt hoiē ridere.⁊ potētia remota.vt hūc hoiē eē epm Impossibile q̄dā ē p se.s.ꝙ nō potuit nec pōt nec poterit eē veꝝ.vt deū nō esse. q̄dā p accñs q̄.s.nō pōt.nec poterit esse veꝝ.potuit tm̄.vt me nō fuisse. Itē est ipossibile absolute.vt deū nō eē.Et est ipossibile respectiue.vt te nō sedere dū sedes.Cōtingēs quoq̧ duplex est.est enim cōtingēs natū q̄.s.magis se h3 ad vnā p̄tē ↄtradictiōis q̄ ad reliquā.vt hoiē canescere in senectute.⁊ est cōtingēs ad vtrūlibet siue vagū siue erroneū.q̄ñ eq̄liter se h3 ad vtrāq̧. vt te sedē ⁊ te nō sedē Necessariū vo multiplr̄ dr̄.Uno mō idē q̄ vtile. vt necessariū est deo seruire.Alio mō ineuitabile.vt necessariū est hoiem mori.Alio mō familiare.vt iste hō est mihi necessari⁹.Alio mō nō cessans ab esse.Et h̄ duplex est.s.necessariū p se.q̄ nō pōt nec potuit nec poterit esse falsū.vt deū esse.Et necessariū p accñs.q̄.s.nec pōt nec poterit eē falsum.potuit tm̄.vt cesarē fuisse. Itē est necessariū quoddā absolute.vt deū esse.quoddam respectiue.vt te sedere dum sedes.

De Questionibus. C. XLIII.

Boetius vbi supra.Questio est dubitabilis ꝓpositio in q̄ necesse est oia fere ↄsiderari q̄ de ꝓpositiōe dicta sunt.Et in predicatiua q̄dē q̄ne dubitat.an subiecto p̄dicatū ihereat. In hipothetica vero q̄rit an illud q̄ ancedit comitet ↄñs.Questiōis due sunt sp̄es. Una.s.thesis.q̄ de re ceteris circūstātijs nuda q̄rit ac disserit. vt voluptas ne summū bonū sit.hec a nobis ꝓpositio vl' ꝓpositū dr̄.⁊ tales marie a dialecticis ad disputationē sumunt.Altera vo hipothesis.q̄.s.psonis tpib⁹ factis ceterisq̧ circūstantijs iplicita est. vt iure ne cicero in exiliū dubio rei publice tpe detrudat:q̄ in iussu ppl'i ciues romanos iteremit.h̄ a nobis dr̄ cā.Questio theseos:in q̄ttuor sp̄es diuidit.aut eni est de genē.aut de accñte.aut de ꝓprio.aut de diffinitiōe.Pōt aūt fieri ⁊ de differētia. ſ3 tm̄ est de differētia q̄rere q̄ntū ſi de genere nō dubitet.q̄stio vo de eodē diffinitiōi aggregan da ē.Questio aūt in ↄpationē aliq̄d adducēs ī accidētꝫ dubitatiōe ponēda.Ois aūt q̄ vl' ex rōne disserēdi.vl' ex nāli.vl' ex morali trahit speculationē.

De Argumentis. C. XLIIII.

Argumētū est rō rei dubie faciēs fidē. Iō hāc eē notiorē q̄ne necesse est q̄ nota ignota ꝓbant.Argumētoꝝ alia sꝫ ꝓbabilia ⁊ necessaria.alia ꝓbabilia q̄dē ſ3 nō necessaria. alia ecōuerso.alia vo neutꝝ.Probabile ē q̄ vr̄ oib⁹ vl' plib⁹ vl' sapiētibus.⁊ his vl' oib⁹ vl' plib⁹ vl' marie notꝫ atq̧ pcipuis.vl' q̄ vnicuiq̧ artifici h3 ꝓpriā facultatē.vt de medicina medico. Necessariū ē q̄ vt ita ē:⁊ alit̄ eē nō pōt. Probabile igit ⁊ necessariū ē.vt h̄.Si q̄d cuilibꝫ rei addat:h̄ totū magl' efficit. Neq̧ eni q̄ſq̄ ab hac ꝓpositiōe dissentiet.⁊ ita se hr̄e necesse ē. Probabile ⁊ nō necessariū ē cui facile q̄dē aīus accedit:sed vitatꝫ nō tenet firmitatē.vt ſi mat ē: diligit filium. Necessariū ⁊ nō ꝓbabile.vt obiectu lunaris corpis euenire

solis defectum. Necessarium neq3 nec probabile. vt dyogenē habere que nō pdidit cornua: qm̄ id h3 q̄sq3 qd̄ nō pdidit. Et talia q̄dem nec argumēta dici pn̄t. qm̄ his nulla fides ē. q̄ nec in opiniōe nec in veritate ↄstituta sunt. S3 nec illa vident̄ esse argumēta q̄ cū sint necessaria nō tn̄ auditorib⁹ approbant̄. q2 si ipse q̄ iudicat h̄ nō pbat: nec illud q̄dē pbabit qd̄ ex hmōi rōne ↄficit̄. qm̄ g̊ rei dubie fides nō sit. argumētū esse nō videt̄. s3 nō ē ita. hmōi eni alijs argumētis pbabilib⁹ ac necessarijs demōstrant̄. sicq3 cognita ꝛ credita ad alterius rei de qua dubitat̄ fidē trahunt̄. His g̊ quib⁹ nōdū demōstrata sunt: ad aliq̄d aliud pbādū argumētū esse nō pn̄t. Qui aūt prioribus rationib⁹ eorū fidē ceperūt. ea siq̄d ambigūt argumēta vocare pn̄t. Qm̄ igit̄ oīs ratio disserēdi quattuor facultatib⁹ earū velut opificib⁹ subiecta ē. id est dialectico. oratori. pho. sophiste. Sciēdū q᷑ dialectico ꝛ oratori due spēs argumēti famulant̄. s. probabile ꝛ necessariū. pbabile ꝛ nō necessariū. Ambo eni in cōi argumētoru3 materia versant̄. ꝛ pbabilia siue sint necessaria siue nō. pbabilia tn̄ sequent̄. Pho aūt demonstratori sūt due. s. pbabile ac necessariū: necessariū ac nō pbabile. Hic eni de sola veritate ptractat ꝛ ideo siue sint pbabilia siue nō: nō refert. dūmō nō sint necessaria. Quarta vero species quā nec argumentū recte dici posse monstrauimus. solis sophisticis est attributa.

¶ De Argumētationibus. .C. XLV.

Boetius vbi supra libro scdo. Argumētatio est argumēti p orōnē explicatio. Hui⁹ due sūt spēs. s. syllogismus ꝛ īductio. Syllogismus ē oratio in qua q̄busdā positis aliud quoddā p ea q̄ ↄcessa sunt euenire necesse est. Inductio ē orō p quā a pticularib⁹ ad vniuersalia fit pgressio. Sepe etiā multoꝝ collecta pticularitas aliud quoddā pticulare demōstrat. vt si neq3 nauib⁹ nec currib⁹ nec agris sorte p̄ponunt̄. nec reb⁹ q̄dē publicis rectores sorte ducēdi st̄. s3 arte. qd̄ q̄dē īductiōis genus maxie solet esse pbabile. ꝛ tn̄ nō equā syllogismo hēat firmitatē. Syllogismus eni ab vniuersalibus ī pticularia descēdit. ꝛ ē in eo firma veritas. si veris p̄positionib⁹ ↄtexat̄. Inductio vero īterdū a veritate deficit. vt cū dicit̄. q̄ scit luctari luctator ē q̄ canere cātor. q̄ edificare edificator: ergo q̄ scit malū malus ē. Mali siq̄dē noticia bono deesse nō pōt. virtus eni sese diligit. a spnatur q᷑ ↄ̄riū. nec vitari pōt vitiū nisi cognitū. Sūt ꝛ alij duo argumentatiōis modi. quoꝝ vnus a syllogismo. alter ab īductiōe ducit exordiū. s. enthymema ꝛ exēplū. Enthymema q̄ppe ē īpfect⁹ syllogism⁹ cū. s. altera ppositionū p̄termissa festinata īfert̄ ↄclusio. vt hō ē aīal ergo est substātia. Exēplū quoq3 nō ex plurib⁹ vt īductio sed ex pte ptē approbat. vt oportet a tullio ↄsule necari catilinā. cū a scipione gracchus fuerit īterēpt⁹. Siue aūt enthymema siue īductio siue etiam exemplum: omnes ex syllogismo ducunt̄. ꝛ ex eo fide3 capiunt sicut in prioribus analecticis ostenditur.

¶ De Locis dialecticis. .C. XLVI.

Isidorus in lib. etymologiarum scdo. Topica ē inueniēdoꝝ argumentoꝝ disciplina. Boetius in topycis. Topycoꝝ aute3 intentio est verisimiliū argumētoꝝ copiā demonstrare. qd̄ vtiq3 fiet de signatis: e q̄b⁹ argumēta pbabilia ducunt̄. Idē in li. ij. Locus ē argumēti sedes. Sedes aūt argumēti ptim ē maxima ppositio: ptim differētia maxie. Maxia ē vniuersalis ac principalis īdemōstrabilis ac per se nota ppositio. Que iō locus dr̄. q2 sic locus naālis ↄtinet corpis q̄ntitatē. sic ꝛ ista ītra se tenet ↄclusiōis ↄsequētiā. Et aliq̄n q̄dē in ipso argumēto sumpta. vt cū dicit̄ qd̄ diuturnius bonū ē: meli⁹ ē eo qd̄ pui tpis ē. regnū diuturni⁹ ē q̄3 ↄsulat⁹. g̊ melius. h̄ pma p̄positio maxia ē. ita. n. nota ē vt extrinsec⁹ pbatiōe nō egeat. ꝛ ipa alijs esse pbatio valeat. Aliq̄n vo extra posita. vt cū dicitur. inuidus ē q̄ alienis bonis affligit̄. sapiēs alienis bonis nō affligit̄: ergo nō ē inuidus. hic maxia nō videt̄ inclusa. s3 tn̄ vires argumētationi subministrat. hec. s. quoꝝ diuersa ē diffinitio: ipa quoq3 diuersa sunt. Qm̄ igit̄ argumentū o3 rei dubie facere fidē. id quoq3 notius ac pbabilius esse q̄3 illud qd̄ pbat̄. necesse ē vt argumētis oīb⁹ illa maximā fidē tribuāt. q̄ ita p se nota sūt. vt aliena pbatiōe nō egeāt. Differētia maxie ē q̄ differt vna maxia ab alia. vt ē hois differētia. nō eni in eo q᷑ maxie sunt differūt. s3 in hoc q᷑ hec a genere: ꝛ illa a diffinitione ꝛc̄. Actor. Hic igit̄ locus sumit̄ a terminis siue differentijs maxime propositionis. ꝛ est habitudo inferentis ad illatū. Verbigratia. locus a diffinitione nihil aliud est q̄3 habitudo diffinitionis ad diffinitum. Boetius vbi supra. Huiusmodi aute3 loci vniuersaliores sunt ipsis maximis ppositionib⁹. sicut rationalitas hoīe. ideoq3 pauciores. Semp eni q̄ vniuersaliora sunt pauciora sunt. ꝛ ideo facile sub scientia cadunt. q2 non tanti numeri sūt vt cito a memoria dicētis elabant̄. In p̄dicatiuis inq3 q̄stionib⁹ nihil aliud querit̄ nisi an subiecto p̄dicatū inhereat. Quod si sic: querit̄ an insit ei vt gen⁹: an vt accidēs: an vt ppriū: an vt diffinitio. tantū vo inesse accidens maxime ptinet. Qd̄ eni nec vt genus: nec vt prium nec vt diffinitio inest ꝛ tn̄ inest: vt accidens inesse necesse est.

¶ De Locis extrinsecis ꝛ ītrinsecis fm̄ themistiū. C. XLVII.

Locorum igit̄ quos in maximaꝝ differētia cōstituimus: sic facienda est diuisio. Hoꝝ alij sunt intrinseci: qui. s. in terminis in questione positis. i. p̄dicato ꝛ subiecto ducunt̄. Alij extrinsecus assumunt̄. Alij vo sunt eoꝝ medij: q̄ inter vtrosq3 versant̄: q2. s. a terminis ptim in questiōe positis. ptim extra sumunt̄. Locus ītrinsecus duplex est. s. a substantia ꝛ cōcomitantib⁹ substantiā. A substātia pprie locus est a diffinitione. que substātiā integre demōstrat. Huic autē adiungit̄ locus a descriptiōe: q2 descriptio sepe ponit̄ vere diffinitiōis vice. Diffinitio quidē genus ꝛ differentias sumit. descriptio vo subiecti intelligentiā claudit q̄busdā accn̄tibus ꝛ vnam pprietatē efficientib⁹. vel etiam substātialib⁹ p̄ter genus cōueniēs aggregatis. His etiam tertius adiungit̄. s. a nominis interpretatione. que est quasi nominis ipsius diffinitio. vt phia est amor sapientie. Locus a cōcomitātib⁹ substantiā multiplex est. s. a toto. a pte. a cā. ab effectu. siue generatiōe. a corruptiōe ab vsib⁹. a cōiter accn̄tibus. Totū aūt dupliciter dici solet. s. totū vniuersale vt genus ꝛ totū integrale. Licet autē nō solū in substantijs: verūetiā in quātita. in tpe. in loco. ꝛ in modo. totū ptes quoq3 respicere. Cā vo quadruplex est. s. efficiens. materia. forma. finis. Locus etia3 extrinsecus multiplex ē. s. a rei iudicio. i. ab auctoritate. a simili. a maiori a minori. a pportione. ab oppositis. a trāsumptione. Horum singuli pprias hn̄t maximas. vbigratia. De rei iudicio talis datur maxia. Qd̄ omnib⁹ vel plurib⁹ vel doctis videt̄ hoībus: ei cōtradici nō o3. De pportione vo talis. Qd̄ in vnaquaq3 re euenit. id in eius proportionali euenire necesse est. Oppositoꝝ genera sunt quattuor. de quib⁹ supra. Locus medius triplex est. s. a casib⁹. a ↄiugatis. a diuisiōe. Casus est alicui⁹ noīs principalis inflexio in aduerbiū: vt a iusticia iuste. Coniugata dicunt̄ que ab eodē diuerso mō deducta fluxerūt vt a iusticia iustus. a. um. Ex quib⁹ omnib⁹ in pmptu argumenta sunt. Diuisio aūt omnis aut negatiōe fit. vt omne animal aut h3 pedes aut nō h3. aut ptitione. vt oīs homo aut est sanus aut eger. ꝛ ex vtroq3 genere fiūt argumētatiōes. Fit aūt vniuersaliter diuisio vl generis in spēs vl toti⁹ ī ptes ꝛc̄. Et greci q̄dē themistij diligētissimi scriptoris ad ītelligētie facultatē oīa reuocantis talis ē locoꝝ diuisio.

¶ De Alio modo diuidendi locos fm̄ alios. C. XLVIII.

Actor. Est alia diuisio locoꝝ iuxta Marcu3 tulliū qua3. Boetius ponit ꝛ Isidorus in lib. ethymo. in hūc modū. Isidorus vbi supra. Diuisio topicoꝝ siue locoꝝ ex quib⁹ argumēta ducunt̄ triplex ē. Nā alia est in eoipso de quo agit̄ herent: alia q̄ dicunt̄ effecta: que quodāmō ex rebus alijs tracta noscunt̄. alia q̄ assumunt̄ extrinsecus. Argumenta que in eoipso de quo agit̄ herēt. in trib⁹ diuisa sūt: prima a toto. secūda a pte. tertia a nota. Effecta argumēta sunt q̄ quodāmō ex reb⁹ alijs tracta noscunt̄. Sunt aūt nūero q̄ttuordecim. i. a genere. a specie. a simili. a differētia. a ↄtrarijs. s. a ↄsequentibus. ab accidētib⁹. a repugnātib⁹. a ↄiugatis. a causis. ab effectis. a ↄparatione. Que triplex est. s. maioꝝ. minoꝝ. pariū. Itē argumēta que dicunt̄ extrinsecus. que greci tegnos. i. artis expertes vocāt. vt est testimoniū. Testimoniū vero cōstat ex re: ac diuidit̄ quinq3 modis. primo ex psona. secūdo ex nature auctoritate. tertio ex tpib⁹ auctoritatū. quarto ex dictis factisq3 maioꝝ. quinto ex tormentis. Testimoniū omne est qd̄ ab aliq̄ externa re sumit̄ ad faciendā fidē. Persona vo q̄liscūq3 est q̄ testimonij pōdus h3 ad faciendā fidē: s3 morū pbitate debet esse laudabilis. Nature auctoritas est q̄ maxima v̄tute ↄsistit. Testimonia multa sunt. q̄ afferunt auctoritatē. i. ingēniū. opes. etas. fortuna. ars. vsus. necessitas. ꝛ ↄcursio reꝝ fortuitaꝝ. A dictis factisq3 maioꝝ petit̄ fides. cū priscoꝝ facta dictaq3 cōmemorant̄. A tormētis fides p̄bet̄. post que nemo credit̄ velle mētiri.

¶ De Oppositis. C. XLIX.

Contrariorū genera quattuor sunt. q̄ aristoteles anticimena. i. opposita vocat. Primū genus est ↄtrarioꝝ. qd̄ iuxta Ciceronem diuersu3 vocat̄. p eo q᷑ tn̄ ↄtraria sibi opponunt̄. vt nō eoꝝ sint quib⁹ opponunt̄. vt sapiētia. stulticia. Qd̄ genus in tres spēs diuidit̄. Nā sūt quedā eius q̄ mediū habēt. ꝛ sunt q̄ sine medio sunt. ꝛ quedā sunt q̄ mediū hn̄t: ꝛ tn̄ sine noīe sunt. nisi vtrūq3 vocabulū ei creet. Candidū ꝛ nigrū mediū hn̄t: q2 inter eos sepe

colo2 pallidus vel fuscus inuenit. Sine medio sunt quotiens vnū de duob⁹ accidit: vt sanitas vel infirmitas: ho2 nihil est mediū: ea autē quo2 media sine nomine sunt: vt felix infelix: mediū habēt nō felix. Secundū genus est relatiuo2 q̄ ita sibi opponunt: vt ad se cōferant: sicut duplū simplū. Tertiū genus est opposito2 habitus vel o2batio qd̄ genus Cicero priuationē vocat: qua ōndit aliq̄d quēpiā habuisse vnde priuatus est: cui⁹ species sunt tres. Qua2 prima est in re. secūda in loco: tertia in tpe cōgruo. In re. vt cecitas ⁊ visio in oculis. In loco: vt cecitatis ⁊ visionis in oculis locus est. In tpe cōgruo: vt infantē nō dicere: sine dentib⁹ eū: cui dentes adhuc etas parua negauit: nō est. n. priuatus dentib⁹ quos nōdū habuit. Quartum vero genus ex cōfirmatione ⁊ negatione opponit̄ vt sortes disputat: sortes nō disputat qd̄ genus quartū multū hʒ apud dialecticos cōflictū: ⁊ appellat̄ ab eis valde oppositū: siquidē ⁊ tertiū nō recipit. Nā ex illis quedā hr̄e tertiū possunt: vt in cōtrarijs candidū ⁊ nigrū. Tertiū est nec candidū nec nigrū sʒ fuscū vel pallidū. In relatiuis quoqʒ vt multa ⁊ pauca: tertiū ei⁹ nec multa nec pauca sʒ mediocria. In habitu vel o2batione: vt visio ⁊ cecitas: tertiū est nec cecitas nec visio: vt lippitudo: hʼ ergo legit nō legit: tertiū nihil habet.

¶ De Syllogismis ⁊ eo2 figuris. C. .L.

SEquuntur dialectici syllogismi: vbi totius artis eius vtilitas ⁊ virtus ostēditur: quo2 cōclusio plurimū lecto2ē adiuuat ad veritatem inuestigandū tantū vt absit illi erro2 decipiendi aduersariū p sophismata falsa2 conclusionū. Boetius vbi supra. Syllogismus est o2atio in qua quibusdā positis ⁊ concessis aliud quiddā p eaipsa que cōcessa sunt necesse est euenire. Syllogismo2 alij sunt cathego2ici. i. qui. s. omnib⁹ p̄dicatiuis ppositionib⁹ texuntur. Alij vero hipothetici: quo2. s. ppositiones cōditione p̄missa nectunt̄. Acto2. Omnis syllogismus fit ex duabus propositionib⁹ ante conclusionē: ex tribus terminis: quo2 primus vocat̄ maio2 extremitas: alius medius: alius mino2. Medius est qui bis sumitur ante cōclusionē. Tres sunt figure syllogismo2. Prima est quando id qd̄ subicit̄ in prima: p̄dicat̄ in secunda: vt omnis hō est animal: sortes est homo: ergo sortes est animal. Secūda est: quādo id qd̄ p̄dicat̄ in prima p̄dicat̄ in secunda: vt nullus hō ē lapis omnis margarita est lapis: ergo nulla margarita est hō. Tertia est qn̄ id quod subicit̄ in prima: subicit̄ in secunda: vt omnis hō est animal ois hō est risibilis: ergo quoddā risibile est animal. Pria cōtinet. ix. modos: quo2 quattuo2 cōcludunt̄ directe: qnqʒ indirecte. Directa cōclusio est quādo maio2 cōcludit̄ de mino2i. Indirecta quando mino2 de maio2i. Secūda cōtinet quattuo2 ⁊ cōcludunt̄ directe. Tertia cōtinet sex qui similiter directe cōcludunt̄. De q̄b⁹ sunt hi vsus. Barbara celarent darij ferio baralypton. Celantes dabitis fapesmo frisesmo2. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. Et sciendū q̄ oēs alij modi q̄ttuo2 primis reducunt̄ in hos quattuo2 ductu possibili: excepto quarto secūde ⁊ quinto tertie: q̄ reducunt̄ p impossibile. Et sciendū est q̄ ois modus designatus p dictionē incipientē a b. debet reduci ad barbara. a c. ad celarent. a d. ad darij ⁊c̄. qd̄ patet p hos versus. In sibi cōsimilē vult littera queqʒ reduci. Ductu possibili: baroco bocardo remotis. Itē sciēdū est q̄ a denotat vniuersalē affirmatiuā ⁊ e. vniuersalē negatiuā. i. particularē affirmatiuā. o particularē negatiuā. s. simplicē cōuersionē. p. cōuersionē p accidēs: m ordinis trāsmutationē c. reductionē p impossibile. Itē sciēdū est q̄ ex puris pticularib⁹ vel indefinitis nō cōtingit syllogizare: similiter nec ex puris negatiuis. Isido2us vbi supra. Itaqʒ fo2mule cathego2ico2: id est p̄dicatiuo2 syllogismo2 sunt tres. Modi vō syllogismo2 hipotheticor qui sunt cū aliqua cōclusione sunt septē. Primus modus est: si dies est lucet: est autē dies: lucet igit̄. Secūdus modus ē si dies est lucet: nō lucet: nō est ergo dies. Tertius modus est ita nō ⁊ dies est ⁊ nō lucet: at q2 dies est. lucet igit̄. Quartus modus ita ē aut dies est aut nox: at q2 dies est: nox igit̄ nō ē. Quintus modus est ita: aut dies est aut nox: at q2 nox non est: dies igit̄ est. Sextus modus est ita nō ⁊ dies est ⁊ nō lucet: dies aūt ē: nox igit̄ nō ē. Septim⁹ modus est ita: nō ⁊ dies est ⁊ nox: at q2 nox nō ē: dies igit̄ ē.

¶ De Quattuo2 speciebus syllogismi. C. .LI.

ARistotiles in topicis. Syllogism⁹ ē orō in qua q̄busdā positis aliq̄d aliud p hec q̄ posita sunt ex necessitate accidit. Cui⁹ species sunt q̄ttuo2. Prima est demonstratio. s. syllogism⁹ ex primis ⁊ veris: aut ex talibus que p aliqua prima ⁊ vera q̄ circa ipsa est cognitionis principiū sumpserunt. Sunt autē prima ⁊ vera que nō p alia sed p seipsa fidē habēt. Nō enim opoztet in disciplinalib⁹ principijs inquirere pp q̄d: sʒ vnūquodqʒ principio2 ipsum eē fidē. Secūdus est dialecticus syllogism⁹ q̄. s. ex pbabilib⁹ ē syllogizatus. Probabilia vero sunt que vident̄ omnibus vel plurib⁹ vel sapiētib⁹. ⁊ his vel oibus vel plib⁹: vel maxie notis vl' p̄cipuis. Tertius est litigiosus: qui. s. ex his que vident̄ pbabilia nō sūt aūt ⁊ qui ex pbabilib⁹: aut ex his que vident̄ pbabilia est apparēs. Et ho2 quidē p̄mus litigiosus ⁊ syllogismus dicat̄. Reliquus vō litigiosus est syllogismus. Syllogism⁹ aūt nō. q2 videt̄ quidē syllogizari nō aūt syllogizat̄. Quart⁹ falsigraphus. qui. s. nec ex p̄mis veris nec ex pbabilib⁹: sed ex his que ꝯueniunt alicui discipline. non tm̄ ex veris paralogismū facit. vt in geometria: ⁊ in ceteris.

¶ De Syllogismo demonstratiuo ⁊ eius materia. C. .LII.

IDem in libro posterio2. Demonstratiōe voco syllogismū faciētē scire. Scire aūt opinamur vnūquodqʒ simplr̄ ⁊ nō sophistico mō (qd̄ est ſm accidēs) cum cām arbitramur cognoscere pp̄ter quam res est. ⁊ qm̄ illius est cā. ⁊ q2 nō est ꝯtingēs aliter se hēre. Necē ē igit̄ demonstratiuā ex veris quidē esse ⁊ primis ⁊ imediatis ⁊ notio2ibus ⁊ p̄o2ib⁹ ⁊ causis ꝯclusionis. hmōi enim p̄ncipia ppria sūt ei qd̄ si demonstrat̄: ⁊ sine his nō erit demonstratio. Ex veris igit̄ oʒ esse. q2 qd̄ nō est: nō est scire. Ex p̄mis autē ⁊ ex indemōstrabilibus. q2 nō sciet nō hn̄s ipso2 demonstrationē. Cās quoqʒ ⁊ notiores ⁊ p2io2es oʒ esse. cās quidē: q2 tūc scim⁹ cū cās cognoscimus: ⁊ si vere cause sunt p̄o2es ⁊ notio2es existūt. p̄o2a aūt ⁊ notio2a dupliciter sunt quo ad nos que sensui p2ima sunt. s. singularia. hec vō q̄ longius. s. vniuersalia. Ex p̄mis q̄dē est qd̄ ex p̄ncipijs pp2ijs ē. idē enī p̄mū dico ⁊ p̄ncipiū. Est aūt p̄ncipiū demōstratōis ppositio immediata. Immediata vō est qua nō est altera p̄o2. Idē in li. p̄o2. Differt aūt demōstratiua ppositio a dialectica: q2 demōstratiua q̄dem sumptio est alterius ptis ꝯdictōis. nō enī iterrogat: sʒ sumit q̄ demōstrat. Dialectica vō iterrogatio ꝯdictiōis est. Nihilqʒ distat vt fiat vtriusqʒ syllogismus. nā ⁊ qui demōstrat ⁊ interrogat syllogizat. sumēs aliq̄d de aliquo esse vel nō esse. q̄re syllogistica quidē erit ppositio simplr̄ affirmatio vel negatio alicui⁹ de alio. Demonstratiua vō si vera sit ⁊ per p̄mas ppōnes sūpta. Dialectica aūt p̄cūtanti quidē iterrogatio ꝯdictōis. syllogizāti vō sumptio apparētis ⁊ pbabilis. Itē in lib. posterio2. Demōstratiua igit̄ det̄minate alte2 sumit: qm̄ ve2 est. Enūciatio vō quālibet ꝯdictōis ptē. Cōtradictio aūt est oppositio cui⁹ nō est mediū ſm se. Immediati aūt p2incipij syllogistici. sup̄. alterā partē quā nō est monstrare: nec necesse est habere ad docendū aliq̄d positionē dico. Quā vō necesse est ad q̄dlibet discendū habere. dignitatē vel maximā ppositionē voco. Positionū aūt illa quidē que quālibet partiū enūciatiōis accipit. vt cū dr̄ aliq̄d esse vel nō esse suppositio est. Que vō sine hoc diffinitio. Diffinitio nāqʒ positio est. ponit enī arithmetic⁹ vnitatē esse hoc indiuisibile ſm quantitatē. Suppositio aūt nō est. id enī quod q̄d est vnitas: ⁊ esse vnitatē nō est idem. Qm̄ aūt in demōstratiōe ⁊ credere ⁊ scire rem necesse est nō solū p̄cognoscere p̄ma: aut oia: aut quedā: sʒ magis cognoscere. semp enim ppter qd̄ est vnūquodqʒ illud magis. vt ppter qd̄ amamus illud magis amicū est. Quare si q̄d scimus per p̄ma: illa scim⁹ ⁊ credim⁹ magis q̄ʒ posterio2a ppter illa. Qm̄ aūt impossibile est alr̄ se habere id cui⁹ simplr̄ scia vtiqʒ necessariū erit hoc scibile qd̄ est ſm demonstratiuā sciam. hʼ est quā habemus in habēdo demonstrationē. Ex necessarijs itaqʒ syllogismus est demonstratio. Accipiendū est igit̄ ex quibus ⁊ qualibus demonstrationes fiunt.

¶ De hoc qd̄ est de omni ⁊ per se ⁊ vniuersale. .C. LIII.

DE omni quidē hoc dico qd̄ nō in quodā est: ⁊ in quodā nō. nec aliqn̄ sic nec aliquādo nō. vt de omni hoie aial: q2 si ve2 ē dicē hoiēʒ ⁊ aial ⁊ si alte2 nūc ⁊ alte2. Nā ⁊ instātias sic pferim⁹ iterrogāti de omni. s. aut si inde in quodā nō. aut si aliqn̄ nō. Per se aūt sūt q̄cūqʒ sunt in eo qd̄ q̄d est. vt triāgulo inest linea ⁊ linee pūctū substantia enī ipso2 ex his est. Itē q̄cūqʒ insunt in rōne dicēti q̄d ē. vt linee inest rectū ⁊ circulare: nūero par ⁊ impar: ⁊ ysocheles: qd̄ est eq̄late2. ⁊ altera pte lōgius. Quecūqʒ vō neutralr̄ isunt accītia sūt vt musicū vel albū aīali. Itē p se sunt que nō de subiecto alio quodam dr̄: vt ambulās cū alte2 quoddā fit ambulās ⁊ albū. substātia vō ⁊ quecūqʒ hoc aliq̄d significant nō alte2 aliq̄d sunt: q̄ʒ q̄ vere sunt: que quidē igit̄ nō de subiecto sunt per se dico. Que vō de subiecto accidētia. Itē per se est qd̄ ppter ip̄m vnicuiqʒ inest. s. tanquā effectus cause. vt interfectione interisse. Qd̄ aūt non ppter ip̄m inest. accidens est vt ambulante cho2uscare. Que ergo dicuntur in simplr̄ scibilib⁹ per se: sic sunt sicut in esse p̄dicātib⁹: aut in esse ppt

ipsa que insunt ex necessitate. Uniuersale autẽ dico qḋ cũ sit de omni: ⁊ ꝑ se est: ⁊ ꝭm ꝙ ipsuꝫ est. Quecũqꝫ igiť vniuersalia sunt ex necessitate reb⁹ isũt. Per se aũt ⁊ ꝭꝫ ꝙ ipsuꝫ ẽ idẽ ẽ: vt ꝑ se iest linee pũctũ ⁊ rectitudo: qꝛ ꝭꝫ ꝙ linea ẽ. Que aũt ꝑ se isũt necrio reb⁹ isũt.

Q. Demonstratio fit ex necessarijs ⁊ ꝓprijs. C. .LIIII.

Ex veris quidẽ est ⁊ nõ demonstrantẽ syllogizare: nõ autẽ ex necessarijs: h̓.n. ꝓpriũ est demonstrationis. Uñ ⁊ instãtias ita ferim⁹ ad opinantes demonstrare: qm̃ nõ fit necesse: ꝭꝫ opinanť aliť cõtingere: nã corrumpeť vtiqꝫ mediũ nisi sit necessariũ quare syllogizans habebit quidẽ rationẽ: nescit autẽ: qꝛ qḋ corrumpi contigit possibile est ⁊ cõtingens. Est autẽ necessariũ ex nõ necessarijs syllogizare: sicut verũ ex nõ veris: nõ autẽ ecõuerso: vnde cũ nõ est necessaria ꝯclusio: nec mediũ possibile est esse necessariũ. Qm̃ igiť ꝙ scit aliquis demonstratiue: oportet ex necessitate inesse pꝫ ꝙ ⁊ ꝑ mediũ necessariũ oportet hr̃e demonstrationẽ: aut si nõ: nec sciet ꝓꝑ quid: nec qꝛ necesse est illud esse: ꝭꝫ aut opinabiť nesciens: aut neqꝫ opinabiť. Accidentiũ aũt nõ ꝑ se nõ ẽ demonstratiua sciẽtia: nõ.n. necessaria sunt q̃ cõtingit nõ esse: quare nõ est necesse cõclusionẽ eoꝝ scire ꝓpter quid sit: etiã si semꝑ sint: nõ aũt ꝑ se ꝓpter q̇d.n. scire est ꝑ causam scire: ꝓꝑ ipsum ergo oꝫ mediũ tertio ⁊ primũ medio inesse: nõ est autẽ ex alio genere in aliud descendẽtẽ demonstrare: vt geometricũ in arithmeticã. Tria sunt.n. i demonstrationib⁹. Unũ q̇dẽ qḋ demonstrať ꝯclusio. i. passio q̃ ꝓbať de subiecto ⁊ inest ei ꝑ se. Aliud vͦ dignitates ex q̇b⁹ est demonstratio. Tertiũ vero subiectũ cuius passiones ⁊ ꝑ se accidẽtia ostendit demonstratio. Ex q̇b⁹ igitur subiectis demonstratio sit illa eadẽ esse ꝯtingit: quoꝝ autẽ alterũ genus est: vt arithmetice ⁊ geometrie nõ est demonstrationẽ cõuenire: nã arithmetica semꝑ hꝫ genus ꝓpriũ circa qḋ ẽ demonstrare ⁊ alie siľr. Quare ex eodẽ genere necesse est media ⁊ vltimã eẽ ꝓꝑ hoc geometria nõ est monstrare ꝙ cõtrarioꝝ eadẽ sit sciẽtia: nec alteri⁹ scientie qḋ alteri⁹ est: nisi forte sic se habeant ad inuicẽ ꝙ altera sit ab altera: vt ꝑspectiua ad geometriã: ⁊ cõsonãtia ad arithmeticã. Manifestũ est autẽ si sint ꝓpositiones vniuersales (scilicet de omni ⁊ ꝑ se ⁊c. ex q̇b⁹ est syllogismus ꝙ necesse est ⁊ cõclusionẽ eẽ ꝑpetuã huiusmodi demonstrationis: ⁊ simpľr vt est dicere demonstrationis: nõ est ergo corruptibiliũ demonstratio neqꝫ sciẽtia simpliciter sed ꝭm accidens. Siľr autẽ se hꝫ de diffinitione. s. ꝙ hꝫ necessitatẽ siue ꝑpetuitatẽ: quoniã diffinitio q̇dẽ est aut principiũ demonstrationis: aut demonstratio positione differens: aut cõclusio quedã demonstrationis. Eoꝝ etiã q̃ sepe fiunt: demonstrationes ⁊ sciẽtie sunt: vt lune defectus. Actor. Ad hoc talis põt fieri demõstratio. Omne luminosum priuatũ lumine terre obiectu deficit: luna est luminosum ⁊c. ergo luna deficit: hic si respicias ad nãm subiecti qḋ est luna: necessaria est demonstratio. Respiciẽdo auteꝫ ad nãm passionis q̃ est deficere: demonstratio est ꝭm q̇d. Et h̓ exponit Aristo. in textu dicens ꝙ ꝭm ꝙ huiusmodi sunt semꝑ sunt. Inq̃ꝫtũ autẽ nõ semꝑ ꝭm partẽ sunt. i. ꝭm aliquã partẽ temporis.

¶ De Facilitate iueniẽdi mediũ: ⁊ de numero q̃õnũ. C. .LV.

Item in textu. Solertia est subtilitas q̃dã medij inueniẽdi in nõ perspecto tp̃e. i. subito: vt si q̇s vidit ꝙ luna semꝑ hꝫ splendorẽ ad solẽ: statim intellexit ꝓpter q̇d hoc fit. s. ꝙ id illustrať a sole. Aut vidẽs pauperẽ disputãtẽ cũ diuite: cognouit qm̃ accõmodatũ est: oĩs.n. causas medias vidẽs cognouit ⁊ vltimas. Idẽ in. ij. lib. Questiones aũt sunt equales numero his q̃cũqꝫ vere scim⁹. Querim⁹ auteꝫ quattuor: qꝛ est: ꝓꝑ q̇d est: si est: q̇d est. Cũ.n. vtrũ hoc sit an nõ sit q̃rimus in numeꝝ ponẽtes (vt vtrũ sol deficiat an nõ) ipsum qꝛ querimus. Cũ autẽ scimus ipsum qꝛ ꝓꝑ q̇d q̃rim⁹. Quedã aũt ⁊ alio mõ querim⁹: vt si est aut nõ est centaurus aut deus. Cognoscẽtes aũt qꝛ sit: q̇d igiť sit querim⁹: hec igiť ⁊ tot sunt q̃ q̃rim⁹: ⁊ q̃ inuenientes scim⁹. Cũ.n. querim⁹ qꝛ est: aut si est: querim⁹ vtrũ sit mediũ ipsius an nõ. Cũ aũt ꝓꝑ q̇d aut q̇d est: tunc querim⁹ q̇d sit mediũ. Dico autẽ qꝛ est: aut si est: in ꝑte aut simpľr: in ꝑte q̇dẽ: vt vtrũ luna deficit: simpľr aũt: vt si est aut nõ est luna. In oĩ itaqꝫ q̃stione ꝯtingit q̃rere: aut si est mediũ: aut q̇d est mediũ. Cã autẽ ⁊ mediũ idem est.

¶ De Syllogismo dialectico. C. .LVI.

Idem in li. topicoꝝ ꝑmo. Dialectic⁹ syllogism⁹ ẽ ille sic dictũ ẽ: qm̃. s. ex ꝓbabilib⁹ syllogizatus est. Est aũt dialectica vtilis ad tria. s. ad exercitationem: vt possim⁹ facile ad ꝓpositũ argumẽtari. Item ad obuiationes: vt disputando possimus falsa improbare. Iteꝫ ad ꝭm philosophiã disciplinas: qꝛ potentes ad vtraqꝫ dubitare: id est ad vtrãqꝫ partẽ ꝯdictionis rationes adducere: facile in singulis speculabimur verum ⁊ falsum. Ualet etiam ad prima ⁊ principia eorum que sunt circa vnamquãqꝫ disciplinã probãda. s. Et hoc est ꝓpriũ vel maxime conueniẽs dialectice. Cum enim inquisitiua sit ad omniũ methodoꝝ principia viã hꝫ: habem⁹ aũt perfecte methodum. i. artẽ quãdo similiter habem⁹. i. sufficiẽter. s. quantũ ad nos ꝭꝫ nõ semꝑ q̃tũ ad alteꝝ. Nõ eñi rhetor omnimõ persuadebit: nec medic⁹ semꝑ sanabit: sed si nihil omisit ex ꝯtingentib⁹ sufficienť eũ disciplinã habere dicem⁹. Considerandũ est igiť ex quibus est methodus. i. ars dialectica. hoc est ex quib⁹ fiũt oratiões: ⁊ ad quot. ⁊ ad que ꝓbleumata. ⁊ quomõ abundem⁹ his. Oratiões si quidẽ. i. disputationes dialectice fiũt ex ꝓpositionib⁹. Syllogismi aũt de ꝓbleumatib⁹. i. ad ꝓbleumata. s. ad vtrãqꝫ partẽ ꝯtradictõis ꝓbãdã vel improbandã: quã continet ꝓbleuma.

¶ De Propositionibus ⁊ ꝓbleumatibus. C. LVII.

Sunt autẽ equalia numero ꝓpositiones ⁊ ꝓbleumata. Nã ex omni ꝓpositiõe ꝓbleuma facies trãssumpto modo. i. adiuncta nota dubitãdi. cũ aduerbio negãdi. Uerbigratia: si dico: putasne aĩal gressibile bipes sit hoĩs diffinitio ꝓpositio est. Si aũt dico: vtrꝫ aĩal gressibile bipes diffinitio est hoĩs. an nõ ꝓbleuma sit: similiter ⁊ in aliis. Sunt enim ꝓpositionũ ⁊ ꝓbleumatũ genera q̃ttuor nã oĩs ꝓpositio ⁊ omne ꝓbleuma: aut terminũ: aut genus: aut ꝓpriũ: aut accidẽs indicat. Est aũt terminus. i. diffinitio ⁊ orõ q̇d ẽ eẽ significãs. Gen⁹ ẽ qḋ de plib⁹ ⁊ dĩntib⁹ spẽ i eo qḋ q̇d est ꝑdicať. Propriũ est qḋ quidẽ nõ indicat q̇d est esse: soli aũt inest: ⁊ ꝯuersiꝫ ꝑdicať de re. Accñs est qḋ nihil ꝑdictoꝝ est. iest ãt rei. Idẽ accñs ẽ qḋ ꝯtingit vnicuilibet inesse ⁊ nõ inesse. Q. aũt ex his ⁊ per hec ⁊ ad hoc fint orões dialectice: vna quidẽ fides est per inductionem Considerãs eñi vnãquãqꝫ ꝓpositionũ ⁊ ꝓbleumatũ: videbit aut a diffinitione aut a ꝓprio aut genere aut ab accidẽte esse factã. Alia quoqꝫ fides est per syllogismũ. Necẽ est eñi omne qḋ de alio ꝑdicatur: aut ꝯuersim ꝑdicari aut nõ. Si ꝯuersim aut significat q̇d est esse: ⁊ sic est diffinitio: aut non. ⁊ sic est ꝓpriũ. Si aũt non ꝯuersim: aut est ex his que in diffinitione subiecti dicunť ⁊ sic est genus aut differẽtia: aut nõ. ex his: ⁊ sic est accidens. Differentia vero generalis cum genere collocãda vel ordinãda est. Dicte autẽ quattuor differentie in decẽ predicamẽtis sunt. ⁊ omnis ab his ꝓpositio facta: aut quid est: aut quale: aut quantũ: aut aliquid alioꝝ significat. nã quãdo posito hoĩe in subiecto dixerit quis ꝙ positũ est esse hoĩem ⁊ quid est dicit: ⁊ substantiã significat. Quãdo vero albo colore posito dixerit ꝙ positũ est album esse vel coloreꝫ. quid est dicit. ⁊ quale significat similiter ⁊ de ceteris.

¶ De Diffinitiõe vtriusqꝫ ꝓut spectãt ad dialectica. C. LVIII.

Non autẽ oẽm ꝓpositionẽ nec omne ꝓbleuma dialecticũ esse ponẽdũ est. Sꝫ ꝓpositio dialectica est interrogatio ꝓbabilis aut omnibus plurib⁹ aut sapientib⁹. ⁊ his vel omnib⁹ vel plꝰibus vel maxime notis nõ extranea. Sunt etiã dialectice ꝓpositiões ille que similes sunt ꝓbabilibus. vt si ꝓbabile est ꝯtrarioꝝ eandẽ eẽ disciplinam. ⁊ sensuꝫ eundẽ ꝯtrarioꝝ esse ꝓbabile apparebit. ⁊ si vnã esse grãmaticã: ⁊ musicã vnã. hec enim silia sunt. Itẽ ille que ꝓbabilibus sunt ꝯtrarie ꝭm ꝯtradictionẽ ꝓtense supra ꝭm esse vel non esse ꝭꝫ predicata vel subiecta. vt si ꝓbabile est qm̃ amicis oporꝫ benefacere ꝓbabile est qm̃ amicis nõ oportet malefacere: ꝭm ꝯtrariorum ꝯtradictionẽ. Itẽ quecũqꝫ opiniones sunt ꝭm artes inuente. ꝓpositiones sunt dialectice. s. cum ponit aliquis ea que videnť his qui in arte ꝓbati sũt. Uerbigratia. de his que in geometria vt geometer. de his que in medicina: vt medicus. Probleumata autẽ dialecticum est speculatio ꝯtendens electionẽ vel fugã. vel ad veritatem scientiã aut vt ipsum aut vt adminiculans: aut aliquid aliḋ huiusmodi. Quedã enim vtile est scire ad eligendũ vel fugiendum: vt vtrum voluptas fugienda sit an nõ. Quedã vero ipsa quidẽ per se ad neutrũ hoꝝ. sed adminiculantia sunt ad aliquod taliũ. plurima enim per se scire nõ volumus. Propter alia autẽ vt per hec alia cognoscamus. Sunt autẽ ⁊ ꝓbleumata de quib⁹ cõtrarij fiunt syllogismi. qꝛ dubitationẽ habẽt vtrũ sic se habeat res an nõ. Positio ẽ extranea opinio alicuius notoꝝ ꝭm phiam. Est ergo positio: quidẽ ꝓbleuma. nõ aũt omne ꝓbleuma positio est: quia ꝓbleumata quedam sunt de quib⁹ neutro mõ opinamur. Nec oꝫ dialecticũ omne ꝓbleuma nec oẽm positionẽ ꝯsiderare: ꝭꝫ ea de q̇b⁹ dubitabit aliq̇s rõnis. i. certitudĩs idigentiũ. ⁊ nõ pene vel sensus. nã q dubitat vtꝝ oporteat deũ vereri: ⁊ parẽtes honorare vel non. pene indiget q̃ vͦ vtꝝ nix sit alba vel nõ: sensus: neqꝫ ergo quoꝝ ꝓpinqua demonstratio est. neqꝫ quorum valde longe.

¶ De Instrumētis abundandi syllogismis. Et primo de propositionibus eligendis. C. .LIX.

Rationum dialecticaꝝ species sunt due. s. inductio ⁊ syllogismus. Inductio est a singularib⁹ ad vniuersalia ꝑgressio. De syllogismo vo q̄d sit iā superius dictū est. Inductio q̄dē verisimilior est ⁊ planior: ⁊ s̄m sensus notior ⁊ plurib⁹ cōis. Syllogismus autē violentior ⁊ ad cōtradictionē efficatior. Instrumēta aūt ꝑ q̄ abundemus syllogismis. s. sunt quattuor: vnū. s. ꝓpositiones sumere. i. eligere. Secūdū vo quotiens. i. quot modis vnūquodq̄ dr̄ posse diuidere. Tertiū differentias inuenire. Quartū similitudinez cōsiderare. Sunt enim ⁊ hoꝝ tria quodāmō. s. causaliter ꝓpositiones facere. i. vnūquodq̄ illoꝝ triū instrumētū est ad quartū: q̄d est sumptio ꝓpositionū: vt qm̄ eligendū est q̄d bonū vel suaue vel q̄d expedit: hec ꝓpositio sumpta est a distinctione nominis. Et qm̄ differt sensus a disciplina: q2 illa pōt amitti ⁊ iteꝝ sumi: sensus autem nō: hec differētijs. Et qm̄ similiter se h3 sanatiuū ad sanitatē: ⁊ euechiuū ad euechiā: hec a similib⁹. Eligēde sunt autē ꝓpositiones nō solū ꝓbabiles sed ⁊ his similes: vt qm̄ cōtrarioꝝ eadē est disciplina q2 idē sensus. Et qm̄ videmus intus suscipiētes aliq̄d nō extra mittentes: q2 in auditu: ⁊ in ceteris sensib⁹ ita est. Oportet ēt ꝓtendere 9rias apparentib⁹ s̄m 9dictionē: vt superius dictū ē. Est aūt figura liī 9plecti ꝓpositionū ⁊ ꝓbleumatū ꝑtes tres. s. ethice: phisice: logice

¶ De Consideratione simplicis ⁊ multiplicis. C. .LX.

Utrū autē aliq̄d multipliciter an nō multipliciter dicat̄. Primū in cōtrario perspiciēdū: si multipliciter: siue specie siue nomine dissonet. Quedā. n. specie. i. significatione ⁊ etiā nominib⁹ diuersa sunt: vt acuto in voce cōtrariū est graue: acuto autē in magnitudine obtusum: ⁊ ita cōtrariū acuto multipliciter dr̄: ergo ⁊ acutū: nō. n. idē acutū graui ⁊ obtuso erit cōtrariū. In quibusdā autē nulla est in nominibus differentia s3 tm̄ in specie: vt in albo ⁊ nigro: vox eni3 alba ⁊ nigra dicit̄ ⁊ etiā color: sed nō similit̄. Nā eoꝝ q̄ sunt idē specie: idez est sensus. Albū vo in colore ⁊ in voce nō eodē sensu iudicam⁹: sed hoc visu illud auditu. Preterea cōsiderandū si vni ē aliq̄d 9riū: alij vero simplr̄ nihil. Itē si huic est aliq̄d mediū: illi autem nihil: aut si vtriq3 q̄dē est: nō idē autē vt albi ⁊ nigri in colorib⁹ fuscū: in voce nihil: nisi forte raucū. Preterea si hoꝝ plura sunt media: vt albi ⁊ nigri: illoꝝ autē vnū sicut in voce raucū. Rursus in eo q̄d cōtradictorie opponit̄: cōsiderandū si multipliciter dicit̄ vnū: scilicet nō habere visum: aliud nō vti visu: quare ⁊ videre multipliciter. Similiter ⁊ in priuatione ⁊ in habitu: nā si vnū multipliciter ⁊ reliquū. Item in casibus nā si iuste multipliciter dicit̄ iustū similiter: ⁊ econuerso Cōsideranda sunt etiā nouē predicamentoꝝ genera: si eadē sunt in omnibus. Nam si nō eadē: patet equiuocum esse q̄d dicitur: vt bonū in medicina effectiuū est sanitatis: in homine autē significat quale: vt castum vel iustū: in tempore vero quādo: quare equiuocū est. Consideranda etiā genera eoꝝ que sub eodē nomine sunt vtrū sint diuersa ⁊ nō subalterna: vt asinus dicitur animal ⁊ vas: ideo equiuocū est. Hoc autē cōsiderandū nō solum in probleumate sed etiā in contrario. Si enim contrariū multipliciter dicit̄ ⁊ propositū oportet enim ad diffinitionē respicere que ex opposito fit: vel subiecto ⁊ accidente: vt albo corpore ⁊ alba voce: perempto enim subiecto eandē rationē vtrobiq3 oportet relinqui: hoc autē nō accidit in equiuocis vt in his que nunc dicta sunt: nā corpus albū est corpus talem colorē habens: vox alba est vox bene audibilis. Interēpto itaq3 corpore ⁊ voce: nō idē est in vtroq3 q̄d restat quādo non nō est vniuocū. Item considerandū si non sunt comparabilia s̄m magis vel similiter: vt alba vox ⁊ alba vestis: acutus humor ⁊ acuta vox. Hec enim neq3 similiter dicuntur alba vel acuta: neq3 alteꝝ magis altero: vniuocū autē omne comparabile est s̄m magis vel similiter. Rursum si eoꝝ que sub eodē nomine sunt diuerse differentie sunt: vt coloris qui est in corporib⁹ differentie sunt congregatiuū ⁊ disgregatiuū visus: eius autē qui in melodijs non sunt eedem differentie. Item si vnū est species ⁊ alterū differentia: vt album in corpore species coloris in voce autē differentia. De eo ergo quod multipliciter dicit̄ per hec ⁊ similia perspiciendū: q̄d quidez ad hoc vtile est vt ad rem ⁊ nō ad nomē fiant syllogismi. Si enim latet quotiens: id est quot modis nomē dicitur: contingit interrogantē ⁊ respondentem non ad idē ferre intellectum. Manifestato autē quotiens dicitur ridiculosus videbitur interrogans si nō ad hoc opponat: scilicet quod dedit respondens. Ualet itaq3 ⁊ ad nō paralogizari: ⁊ etiam ad paralogizare: scilicet si nesciat respondens quotiens dicitur.

¶ De Cōsideratiōe diuersitatis ⁊ similitudinis. C. LXI.

Differentias autē 9siderandū est. ⁊ in his que in eodē genere ad se inuicem. vt in quo differt iusticia a fortitudine: ⁊ etiaz ex alio ad aliud: in his dūtaxat que nō nimiū differunt. vt in quo differt sensus a sciētia. Nam in his que nimiū differūt manifeste sunt oēs differētie. Differētias quidē inuenire vtile est ⁊ ad syllogismos de eodē ⁊ diuerso: q2 differētiā quālibet ꝓpositoꝝ inuenientes. ostēdētes erimus qm̄ nō idē. ⁊ etiā ad cognoscendū q̄d est: eo q2 ꝓpriā substātie cuiusq3 rōnē 9ueniētib⁹ differentijs separare solemus. Silitudines aūt 9siderāde sunt in his que sunt in diuersis generibus. vt sicut disciplina se h3 ad disciplinatū. sic sensus ad sensatū. ⁊ sicut mens in aīa sic in oculo visus. Silr̄ ⁊ in eodē genere si aliquib⁹ inest aliq̄d idē in eo silia sunt. Maxime aūt in his que multū distant oportet exerceri. q2 facile in reliq̄s ⁊ silia possūt conspici. hoꝝ aūt speculatio vtilis est ad inductiuas ratiōes. q2 circa singula in similibus vniuersale aggredimur inducere. Item ad syllogismos ex hipothesi quia ꝓbabile est queādmodū in vno siliū se h3. sic ⁊ in reliq̄s. Itē ad diffinitionū assignationē: q2 potentes respicere quid in vnoquoq3 sit idē. nō dubitamus q2 oporteat genus diffiniētes ꝓpositū ponere. Omniū nāq3 cōmuniū q̄d maxime in eo q̄d q̄d est ꝓdicat̄: genus est: sed etiā in multis distantib⁹ vtilis est ad diffinitiones similitudinis cōsideratio: vt qm̄ idem est punctus in linea. ⁊ vnitas in numero. vtrūq3 enim ꝑncipiū est. vnitatem ꝑncipiū numeri esse dicunt. punctū vero principiū linee.

¶ De Considerationibus ad ꝓbleuma de accidente absoluto terminandum. .C. LXII.

Idem in libro secūdo. In solis aūt accidentib⁹ 9tingit quo. i. s̄m partem ⁊ nō vniuersaliter. Iccirco difficillimū est eam que ab accidente 9uenientem nominatione 9uerti. nam ⁊ a genere ⁊ a proprio ⁊ a diffinitione conuerti necesse est. vt si animal inest alicui verum erit dicere quoniā animal est. similiter ⁊ in alijs. Nihil enim hoꝝ contingit s̄m quid inesse: sed tantū simpliciter. In accidente vero nihil prohibet inesse s̄m quid vt albedinē vel iusticiā: quare non sufficit ostēdere q2 albedo vel iusticia inest ad ostendendum quoniā albus vel iustus est. Itaq3 vt ꝓbleumatū de accidēte q̄dā vl'ia sūt q̄dā ꝑticlaria. Et vtraq3 gn̄a cōstructiua vl' destructiua. In his autē dupliciter peccatur. s. mentiendo. vt si quis alicui dicat inesse quod nō inest. Et positā locutionē transgrediendo. vt si extraneo nomine rem appellet. sicut platanū hominē. Unus igit̄ locus. i. consideratio est. si q̄d s̄m aliquē alium modū inest vt accidens assignatum est. In quo maxime circa genera peccat. vt si quis albedinem colorari dixerit. ambulationē moueri. Nullū enim genus de nominatiue de specie dicit̄: sed omnia vniuoce. q2 s̄m nomē ⁊ rōnem. Alius locus est inspicere quibus infit q̄d omnib⁹: aut nulli inesse dictū est. Oportet autē incipere a prioribus. i. speciebus. ⁊ inde vsq3 ad indiuidua. vt si dictū est omniū oppositoꝝ eadē est disciplina: perspiciendum vtrum eoꝝ que sunt ad aliquid ⁊ contrarioꝝ ac ceteroꝝ. Et si is nondū manifestū fit: considerādū est ad indiuidua s. vtrum iusti ⁊ iniusti: dupli ⁊ dimidij. Nam si in aliquo ostendatur. q2 nō eadē interimentes erimus probleuma. Similiter autez ⁊ si nōnulli inest. iste aūt locus. s. a toto in quātitate 9uertit̄ ad 9struendum ⁊ destruendū. Si enim diuidendo videat̄ in omnib⁹: aut i pluribus vniuersaliter 9cedendū est. vel instantiā ferre oportet in aliquo nō sic. Alius quoq3 locus est diffinitiones facere accidētis ⁊ eius cui accidit vel alterius tm̄. ⁊ in diffinitionib⁹ 9siderādū vtrū aliq̄d non veꝝ vel veꝝ sumptū sit. id est vtrum aliquid sit in diffinitione vnius q̄d repugnet alteri vel alicui q̄d sit in diffinitione illi⁹ Nam si sic patet q2 non inest vt si iniusticiā facere est sponte nocere: patet q2 deo nō inest iniusticiā facere. q2 non 9tingit deum nocere. Et si inuidia est tristicia in apparenti ꝓsperitate alicui⁹ vitiuz patet q2 studiosus non est inuidus. prauus enim esset. Itē ōis qui dicit vnūquidlibet quodāmō multa dicit. eo q2 plura sunt vnicuiq3 ex necessitate 9sequētia. vt qui hominē dicit esse: dicit ⁊ qm̄ animal est: ⁊ qm̄ bipes. ⁊ discipline susceptibile: quare quolibet 9seq̄ntium interempto interimit̄ q̄d ex principio est.

¶ Adhuc de eodem. .C. LXIII.

Alius est locus ab appositis in q̄b⁹ duplex est 9sequētia. s. in ipso. i. in eodē ordine ⁊ ecōtrario. In 9dictorie oppositis est 9sequētia ecōtrario. vt si hō est aīal: nō aīal est nō hō. In 9trarijs aūt ⁊ alijs oppositis est 9sequētia in ipso. vt in fortitudine ⁊ debilitate. hāc eniz sequit̄ vtus: illā aūt vitiū. Raro aūt accidit in 9trarijs 9ntia ecō

trario: vt euechiā quidē sanitas sequit̄: catechiā autē egritudo nō sed egritudinē catechia. Alius quoq̄ locus ē a cōiugatis ⁊ casib⁹ Dicunt̄ autē cōiugata quecūq̄ sm̄ eandē coniugationē sunt: vt iusticia iustus iusta: iustū: iuste: vno igit̄ quolibet eoꝝ ostenso: ⁊ reliqua quoq̄ oīa ostensa sunt. Alius est locus a generatione ⁊ corruptione quoꝝ.n. generationes bone sunt: ⁊ ipsa bona: ⁊ ecōuerso: quoꝝ autē generationes male: ipsa mala. In corruptionibus autē ecōtrario: eadē quoq̄ ratio est in efficientib⁹ ⁊ corrūpentib⁹. Quoꝝ enim effectiua bona: ⁊ ipsa bona: ⁊ quoꝝ corruptiua mala: ipsa mala. Itē ex magis ⁊ minus quattuor loci sunt. Unus. s. quo magis sequit̄ magis: vt si voluptas bonū: ⁊ magis voluptas magis bonū. Itē vno dicto de duobus cui si magis videt̄ inesse nō inest: nec cui min⁹. Et sicut minus videt̄ inesse: inest: ⁊ cui magis. Itē duob⁹ de vno dictis: si qđ videt̄ inesse alicui magis nō inest: nec qđ min⁹ vr̄. Itē duobus de duob⁹ dictis si qđ magis alteri videt̄ inesse nō inest: nec reliquū reliquo. Aut si qđ min⁹ videt̄ alteri inesse inest: ⁊ reliquū reliquo. Itē a simili triplex ē locus sicut a maiori: vt in trib⁹ posteris locis dicebat̄. Nā si vnū quid duob⁹ similiter inest vel inesse videt̄: si alteri non insit: nec alteri: si autē alteri inest: ⁊ reliquo. Itē si duo eidē similiter: si alteꝝ nō insit: nec reliquū. Eodē modo ⁊ si duob⁹ duo similiter insunt: nā si alteꝝ altero nō inest: nec reliquū reliquo. Alia ē cōsideratio ex appositione: si enī alteꝝ ad alteꝝ appositū facit illud bonū vel albū qđ prius nō erat albū vel bonū: appositū ipsum erit bonū vel albū: quale ⁊ totū facit: nō autē cōuertit̄ hic locus ad destruendū: nā si nō faciat qđ appositū est bonum: nō ideo sequit̄ ꝙ ipsum nō sit bonū. bonū etenim malo appositū non ex necessitate totū bonū facit: nec album nigro.

¶ De Accidente comparato. C. .LXIIII.

Idem in libro primo. Adiacent aūt accidēti. i. cadunt sub accidēte: ⁊ q̄ ad seinuicē sūt cōparationes quolibet modo ab accidēte ducte: vt vtrū pulchrū aut qđ expedit magis sit eligēdū: ⁊ silia. Idē in lib. iij. Primū ergo qđ diuturnius ⁊ certius est: magis est eligendum eo qđ min⁹ hmōi. Et qđ magis eligit prudens vel bon⁹ vir: vl' lex recta: vl' studiosi circa singula dicta in eo ꝙ tales sunt: oīa bonū appetunt. Qđ ꝓpter se eligendū: eo ꝙ ꝓpter aliud magis est eligēdū. Et qđ propinquius est fini: ⁊ omnino qđ ad vite finē appetibilius ⁊ possibile impossibili: ⁊ cui cōsequens est maius bonū vel minus malū. Ampli⁹ plura bona paucioib⁹: nisi alteꝝ ꝑꝑ alteꝝ vbi nihil magis eligendū vtraq̄ q̄ vnū. Unūquodq̄ in t̄pe quo magis valet in hoc etiā magis eligendū: vt prudētia a senectute: nemo. n. iuuenes eligit duces: eo ꝙ nō cōstet prudentes esse. Tpantia autē in iuuentute. Magis. n. iuuenes q̄ senes cōcupiscētijs molestant̄. qđ ꝓximū bono melius ⁊ magis eligendū: ⁊ qđ simili⁹ est bono: et qđ meliori est simili⁹: si tn̄ illi simile sit in eo ꝙ meli⁹. Considerādū enim ⁊ si in ridiculosioib⁹ sit simile velut symia homini q̄ equus: nō. n. melior symia q̄ equus: lz similior homini. Itē qđ difficilius: magis. n. amam⁹ cū habem⁹: qđ nō est facile sumere. Aliqn̄ aūt meliora nō etiā magis eligēda: nā philosophari meli⁹ est q̄ ditari: sed nō magis eligēdū indigēti necessarijs. Qđ ad oīa vel plura vtile est magis eligendū erit: q̄ qđ non sit: ⁊ qđ ꝓpter melius est: vt qđ ꝑꝑ virtutē q̄ qđ ꝓpter delectationē. Silr̄ aūt ⁊ in fugiendis: nā magis fugiēdū est qđ magis impedit virtutes. Idē aūt loci vtiles sunt ad demonstrandū q̄d eligēdū simplr̄ vel fugiēdū: si. n. qđ vtili⁹ est magis eligēdū est: ⁊ vtile eligēdū: silr̄ ⁊ in alijs. Itē qđ nālit̄ bonū est: palā qm̄ eligēdū est. Est aūt ⁊ eorūdē q̄ dicti sunt locoꝝ quosdam magis vtiles facere paꝝ trāsmutāti. s. vt dicēdo ꝙ nā tale magis ē tale: eo ꝙ nō nā tale. Et qđ facit aliq̄d tale magis tale q̄ qđ nō fac̄ vel qđ min⁹ facit: silr̄ ⁊ ex ablatione: nā id quo ablato reliquū min⁹ tale: ipsum magis tale. Et q̄ cōtrarijs impermixtiora sunt: magis ⁊ talia. Itē qđ magis suscipit ꝓpriā ꝓpositi rationē: vt si alibi rō est color disgregatiuus visus albius erit color magis disgregatiu⁹ visus: si aūt particularit̄ ⁊ vniuersalit̄ ꝓbleuma ponat̄: primū quidē dicti loci constructiui ⁊ destructiui vniuersaliter oēs ad hoc vtiles sunt. Nā si omni inest ⁊ alicui: ⁊ si nulli nec alicui. Uniuersalit̄ ergo interimentes ⁊ cōstruentes ⁊ particulariter demonstramus: ꝓbleuma vno mō interimit̄: sed ondendo vniuersaliter: vel q̄ nulli est affirmatio ponit̄: vel q̄ omni si negatio.

¶ De Cōsiderationib⁹ ad ꝓbleuma de genere. C. .LXV.

Idem in li. iiij. Si vō ponat̄ aliq̄d esse gen⁹ alicuius existētiū. Primū q̄dē ꝓspiciēdum: vtrū nō de oī ꝓ̄dicet̄: nā si sic: palā qm̄ nō ē gen⁹. Itē si nō ī eo qđ q̄d ē ꝓ̄dicat̄: sz sm̄ accidēs. Ampli⁹ si nō ī eadē diuisiōe ē gen⁹ ⁊ spēs: sz h̄ q̄dē substātia: illud aūt q̄le. Itē si cōtingit gen⁹ participare diffinitionē illius qđ positū est in genere. s. speciei q̄ posita est sub genere ꝓposito. diffinitio quidē ꝑticipare est suscipe ꝑticipati rōnē. itaq̄ spēs participant genera. nō aūt ecōuerso. Itē si de pluribus dicit̄ q̄ genus qđ sub gn̄e ponit̄: vt opinabile q̄ ens. nā ens ⁊ nō ens opiabile: q̄obrē nō erit opinabile spēs. Itē si de eq̄libus: vt ens ⁊ vnū. Omnia enī ens ⁊ vnū: quare neutꝝ neutri genus de pluribus enī semꝑ gen⁹ q̄ spēs dicit̄. Et impossibile est ꝑticipare genus: qđ nulla specieꝝ ꝑticipat. Itē ꝯsiderādū si genus in spēz posuit. vt ꝯtiguitatē sub ꝯtinuatiōe. nō enī omne ꝯtiguū ꝯtinuat̄. sed qđ ꝯtinuat̄ ꝯtiguū est. Itē si sit aliq̄d ꝯtrariū alicui speciei. vtꝝ illud sit in eodē genere (opoꝛtet enī ꝯtraria esse in eodē genere) si nihil sit ꝯtrariū generi. Cum aūt est ꝯtrariū generi: ꝯsiderādū si ꝯtrarium in ꝯtrario. si sit ꝯtrariū quidem generi: necesse est enī omne ꝯtrariū. in ꝯtrario esse. Itē si ⁊ gen⁹ ⁊ spēs hn̄t ꝯtrariū. hoꝝ quidē aliquid est mediū ⁊ specieꝝ ⁊ ecōuerso: sz quoꝝūdā est mediū sm̄ negationē. Quoꝝūdā aūt vt subiectū. Itē si ꝯtrariū est generi: ꝯsiderādum est nō tm̄ si ꝯtrariū est in eodē genere. sz ⁊ mediū in quo enī summa ⁊ extrema ⁊ mediū ⁊ ecōuerso. Instātia in egestate ⁊ abundantia que mala sunt. Mediocritas vō bona. Itē si genus est contrariū alicui spēs aūt nulli. nam si gen⁹ hz ꝯtrariū: ⁊ spēs. Itē si contrariū in ꝯtrario genere. ⁊ ꝓpositū in ꝓposito. Cōsiderādū etiā ꝙ vnicū est genus cuiuslibet speciei. non aūt plura nisi subalterna. Et cuiuslibet generis plures sunt spēs. Et omne genus de specieb⁹ vniuoce predicat̄ ⁊ ꝓprie. nō trāslatiue ⁊ alia huiusmōi neq̄ vituꝑabilium potētia genus est. Pōt ⁊ studiosus praua agere: nō tn̄ est prauus: q̄ omnes praui sm̄ appetitū dicunt̄.

¶ De Cōsiderationibus ad ꝓbleuma de ꝓprio. .C. LVI.

Idem lib. v. Assignat̄ aūt ꝓpriū aut per se ⁊ semper. aut per aliđ ⁊ qn̄q̄. ꝑ se q̄dē: vt hoīs aīal mansuetū natura. Ad aliud aūt: vt anime ad corp⁹ Qm̄ hoc quidē impatiuū: illud aūt ministratiuū ē semper: vt dei īmortale: qn̄q̄ aūt vt alicui⁹ hoīs ambulare in theatro. Est quidē per se ꝓpriū qđ ad oīa assignat̄. ⁊ ab omni sepat. vt hominis aīal moꝛtale discipline susceptibile. Ad aliud aūt qđ non ab omni sed ab aliquo statuto determinat. vt v̄tutis ad disciplinam. qm̄ hec quidē in plurib⁹: illa vō in rōnali nata est fieri. Et assignat̄ quidē ꝓpriū ad aliđ alteꝝ: aut in omnib⁹ ⁊ semꝑ: vt hoīes ad equū qm̄ bipes. Nam hō oīs ⁊ semꝑ bipes est: equus nullus ⁊ nunquā Aut sepi⁹ ⁊ ī ꝑlib⁹: vt rōnabil' ad ꝯcupiscibile ⁊ irascibile ꝙ h̄ q̄dē impat. illa vō ministrāt. nō enī rōnale semꝑ impat: sz qn̄q̄ ⁊ imꝑatur: sed nec ꝯcupiscibile ⁊ irascibile semꝑ imꝑant̄: sz qn̄q̄ imꝑant. vt cum fuerit aīa hoīs ꝑuersa. Primū aūt ꝯsiderādū vtꝝ per notiora positū sit ꝓpriū. nam ꝓpter noticiā ꝓpriū facim⁹ sicut ⁊ diffinitiōnes: per notiora ergo reddendū est. vt peccat qui ponit ignis ꝓpriū esse similiū anime. q̄ ignotior est anima q̄ ignis. Opoꝛtet aūt notius esse nō solum illud re: sed etiā huic inesse. cui. s. assignatum est. Qui enim nescit si huic inest neq̄ si illi soli inest cognoscit. Cōstruenti aūt si per notiora positum est propriū sm̄ vtrūq̄ modū. bene erit vt si assignat̄ propriū animalis habere sensum. Deinde si quod nominū que in ꝓprio sunt assignata multiplr̄ dicit̄. vt etiā tota oratio plura significat. non erit bene positū ꝓpriū: vt q̄ sentire significat sensum habere vel sensu vti. non bene ꝓpriū ponit̄ animalis qđ natū sit sentire. Propter hec autē non vtendū nomine qđ multipliciter dicit̄: q̄ quod multipliciter dicit̄ obscuꝝ facit dictum. Recte autē assignat̄ ignis ꝓpriū corpus mobilissimū in superiorē locum neq̄ enim corpus plura significat: neq̄ mobilis in suū locum: neq̄ totum ex his compositū. Deinde si illud cuius propriū assignatur multipliciter dicit̄: nec determinat̄ cuius eoꝝ ꝓpriū ponat̄ vt quoniam scire hoc plura significat. s. ipsum habere scientiam vel scientia vti. vel scientia eius esse vl' scientia eius vti: nō recte eius quod est scire hoc assignat̄ ꝓpriū. non determinato cuius illoꝝ. Itē si in proprio idem repetit̄: sepe enim hoc latet facientes. ⁊ in ꝓprijs ⁊ in diffinitionibus. Conturbat autē audientē quod frequenter dicit̄. Et hoc duobus modis euenit. Uno quidē cum idem nomē frequēter repetit̄. vt si quis propriū ignis assignet corpus tenuissimū corpoꝝ. Scđo vero cū diffinitio ꝓ nomine sumit̄. vt si quis reddat ꝓprium terre substantiā que maxime corpoꝝ sm̄ naturā fert̄ in inferiorem locum. Deinde assumat ꝓ corpoꝛib⁹ huiusmodi substātias Idem enim est corpus ⁊ huiusmodi substātia. Itē si quis tale q̄d in ꝓprio assignauerit qđ omnibus insit. Inutile enim est in ꝓprio qđ nō separat ab alio. vt si posuerit sciētie ꝓpriū opinionē irreprobabilem sub ratione vnū existēs. nō bene ponit. q̄ vtit̄ hoc nomine vno qđ oīb⁹ inest. Recte aūt sm̄ hoc ponit q̄s aīalis ꝓpriū aīam habere. q̄ nullo cōi vsus est. Itē si plura ꝓpria assignat eiusdē. nō

determināș: qꝛ plura ponit: inutile.n. sit huiusmodi vt si dixerit proprium ignis corpus tenuissimū ꝛ leuissimū: vtrūqꝫ.n. soli igni conuenit. Recte autē sm hoc humidi propriū: propriū assignatur: corpus qd in omnē figurā ducitur.

Adhuc De eodem. C. .LXVII.

Item nō recte ꝓpriū assignat: si aut oppositum: aut omnino simul nā: aut posterius aliqd ponit. Qd.n. natura simul ꝛ posterius nō facit notius: oppositū autē simul natura est. Itē si nō: qd de necessitate semp sequit: propriū assignat: vt animalis moueri qñqꝫ ꝛ stare: nō recte ꝓpriū dicit sed virtutis propriū est: q̄ habētē faciat studiosum hoc.n. semp sequit. Itē si tale propriū assignet quod non aliter manifestū est inesse q̄ꝫ sensu. Nā omne sensibile extra sensuꝫ factū incertū fit: exceptis his q̄ semp ex necessitate cōsequunt. Vn̄ qui ponit solis ꝓpriū esse astrū qd sup terrā fert lucidissimū: non recte agit qꝛ sup terrā ferri sensu cognoscit. Ideoqꝫ ignotū erit cuꝫ sol occiderit sensu eiꝰ amisso. Recte autē assignat ꝓpriū qd nō est sensui manifestū: vel qd cū sensibile sit: ex necessitate inesse palā est vt superficiei propriū est: q̄ primū est coloratū. Itē si diffinitio vt propriū assignat nō recte agit: vt si dicat hominis ꝓpriū animal gressibile bipes: oportet enim ꝓpriū cōuersum qdē p̄dicari: sed nō indicare qd est esse rei. Itē q̄ si propriū assignatū est: nō ponens in qd est. Oportet enim in ꝓprijs sicut in diffinitionibꝰ primū assignare genus: deinde sic addere reliqua ꝛ separare vnde qui dicit animalis propriū animā habere nō recte dicit: qꝛ nō in qd est animal ponit. Cōsiderandū est q̄ eiusdē in eo q̄ idē est propriū idem: vn̄ qm̄ hominis in eo q̄ hō est dicit ꝓpriū triplicē habere animā: ꝛ mortalis in eo q̄ mortalis erit idē ꝓpriū. Idē vō pluriū esse ꝓpriū est impossibile. Qm̄ aūt idē ꝛ diuersum multipliciᵗ dr: labor est sophistice sumēti vniꝰ ꝛ solius alicuius ꝓpriū assignare: nā qd inest alicui cui accidit aliqd ꝛ accidēti inerit: sumpto cū eo cui accidit: vt qd inest homini ꝛ albo homini: inerit ꝛ homini. Qd aūt sm supabūdantiā dr vni soli inerit: vt igni leuissimū: nō est aūt vna species ignis: diuersum est.n. specie carbo ꝛ flāma ꝛ lux. Et vnūquodqꝫ hoꝝ est ignis: ignis qdē ꝓpriū est subtilissimū. Sed hoc alij quidē magis: alij vō minus inest: subtilior enim est lux carbone ꝛ flāma. Ampliꝰ ex oppositis considerādū est: vt si cōtrarij cōtrariū ꝓpriū est: ꝛ ꝯriū cōtrarij ꝓpriū erit ꝛ simpliciter ecōtrario. Ad idē quoqꝫ sumunt loci a casibꝰ: ꝛ a simili: vel a ꝓportione ꝛ maiori vel minori ꝛ silibus.

De diffinitione ꝛ eius problemate. C. .LXVIII.

Isidorus vbi supra. Diffinitio est q̄ in rebꝰ exprimēdis explicat qd ipsa res sit qualis sit: ꝛ queādmodū mēbris suis constare debeat. Est.n. oratio breuis vniuscuiusqꝫ nām a cōione diuisaꝫ propria significatione cōcludens. Diuisio diffinitionū in .xv. partes habet. Aristoteles in libro primo de anima. Differēter aūt diffinit phisicus q̄ꝫ dialecticus. Hoꝝ enim alius materiā dedit: aliꝰ vero speciē .i. formā ꝛ rationē verbigratia. Quid est ira h̄ quidē .i. dialecticus dicit. Ira ē appetitus doloris cōtrarij aut huiusmodi. Vel sm aliā translationē. Ira est appetitus in vindictā. Ille vero .s. phisicus dicit. Ira est ascensus sanguinis aut caloris circa cor. Vel sꝫ aliā translationē: tribulatio sanguinis aut doloris in corde. Similiter quid est domus. Alius dicit q̄ est cooperimentū prohibens ab imbribus ꝛ ventis ꝛ caumatibus. Alius autē dicit q̄ est ex lapidibus ꝛ lateribus ac lignis. Idē in topicis. Que autē ad proprium ꝛ genus ꝛ accidens dicta sunt: omnia ꝛ ad diffinitiones dici conuenit. Ostendendo enim qꝛ nō soli inest quod est sub diffinitione: sicͭ in proprio: vel q̄ aliquod eoꝝ nō inest: sicut in accidente: vel qꝛ non est genus qd ibi assignatū est: interimit diffinitio. Quare oīa quodāmodo diffinitiua sunt. Ex .vj. lib. Eius autē qd est circa diffinitiones negocij partes sunt quinqꝫ .s. ad interimendū. Aut.n. quia nō omnino veꝝ est dicere de quo nomē ꝛ rationē: cū .s. diffinitio debeat dici de omni. Aut qꝛ nō ibi positū est genus vel nō cōuenienter positū. cū maxime genus eoꝝ que sunt in diffinitione videat diffiniti substantiā significare. Aut qꝛ nō est diffinitio ꝓpria .i. cōuertibilis: aut quia nō est determinata nec dicens quid est esse diffiniti aut qꝛ nō bene determinata. Primū quidē ex his qui dicti sunt ad accidens locis cōsiderandū est. Illic enim vtrū veꝝ vel nō veꝝ. idest vtrū insit vel nō insit: oīs cōsideratio fit. Secūdū autē ꝛ tertium ex his q̄ ad genus ꝛ ꝓpriū dicta sunt perspiciēda sunt. De quarto vō ꝛ quinto .s. si nō diffiniuit: ꝛ si nō bene diffiniuit: breuiter dicendū. Et primo qdē si nō bene: faciliꝰ.n. qd libet fecisse: q̄ꝫ hū fecisse: vn̄ ꝛ circa h̄ magis id est. pluries peccat qꝛ laboriosiꝰ ē. Primū qdē dupliciᵗ .s. ponēdo aliqd obscuꝝ: vel etiā superfluū. Itē in methaphisica .viij. libro. Sicut autem cum alio numero diuidit aliqd vel ei addit nō remanet idē numerus qui prius. sic nō remanebit diffinitio. si aliquid ei addat vel minuat. Diffinitio quoqꝫ si nō fuerit cum cā nō erit manifesta. Verbigratia. eclipsis est priuatio luminis. si addat ex terra qd fit in medio. hic erit sermo cause.

De Obscuritate ꝛ supfluitate mouēda a diffinitiōe. C. LXIX.

Idem in topicis .vj. De supfluo itaqꝫ ꝛ obscuro Primꝰ locꝰ ē. Si ponat ibi aliqd equiuocuꝫ. vt si dicat q̄ generatio ē ductio ad substantiā: ꝛ qꝛ sanitas est ꝯmēsuratio calidoꝝ ꝛ frigidoꝝ. Equoca enī sunt ductio ꝛ cōmensuratio. ꝛ ideo obscura. Silr si diffinitū multipliciter dictū diffiniēs nō distinxit: incertū enī est vtrius diffinitionē assignauit. Alius est si trāslatiue aliqd ponit nō ꝓprie. vt si dicat scientiā incadibilē. aut terrā nutricē. Alius vō si nō posit .i. vsitatis noibus vtit. vt plato ponit vmbriciliū oculū. Nā omne insuetum obscuꝝ est. Quedā aūt nec ēquoce nec trāslatiue nec ꝓprie dicunt. ꝛ hmōi peiora sunt trāslatiōe. Nā trāslatio quodāmō reꝫ significatā notificat. Oēs enī trāsferētes sm aliquā silitudinē trāsferunt. Qd aūt hmōi est nō facit notū: vt qm̄ lex est mēsura vl' imago eoꝝ que nālr iusta sunt. hoc vtiqꝫ ꝓprie dici nō pōt. qꝛ imago ē generatio ꝑ mutationē: hoc autē legi nō inest. Si autē nō proprio dicit palam: qꝛ obscure ꝛ peius qualibet translatiōe. Alius quoqꝫ locus est. Si non est manifesta contrarij ratio ex hoc quod dicitur Nam qui bene assignant. cōtraria consignificant. Aut si per se dicta sit diffinitio: nec manifestū sit cuius est diffinitio. sicut liber sine superscriptione. De superfluo aūt considerandū primo. Si quid ibi positū sit qd omnibꝰ insit. vel simpliciter vel omnino existentibꝰ vel his que sunt sub genere: qd est in diffinitione. Oportet eniꝫ genus quidē ab alijs separare. Differētia aūt ab alio eoꝝ que sunt in eodē genere. Qd aūt oībus inest. a nullo separat: ꝛ qd oībꝰ que sub eodē genere: sunt nō separat ab his que sunt in eodē genere quare vanū apponit. Itē supfluū est illud quo ablato reliquū idicat substantiā diffiniti ꝛ est diffinitio ꝓpria. vt cū dr aīa est numerꝰ seipm mouēs. Nā seipsam mouēs est aīa: sꝫ nō indicat substātiā iterem pto numero. Itē si qd eoꝝ que in diffinitiōe sunt nō oībꝰ inest que sub eadē specie sunt. hmōi aūt diffinitio nō ꝯuersim p̄dicat. Itē si ideꝫ repetat. vt si dicat ꝯcupiscentiā esse delectatiōis appetitū. nā omnis ꝯcupiscētia delectatiōis est. Similiter si dicat refrigidationem esse caloris priuationē qui sm naturā est. nam oīs priuatio ē eius qd sm naturā est. Utrum ergo bene vel nō bene diffinituꝫ sit per hec et huiusmodi perspiciendū.

Qꝫ per priora ꝛ euidentiora faciēda sit diffinitio. C. LXX

Utrum aūt vera diffinitio sit .s. dicēs qd est esse vel non. ex his que sequunt patet. Primū quidē si no per priora ꝛ euidētiora facta sit. ꝑ hoc enim cognitio fit. sicut in demonstrationibꝰ. Est autem euidētius aliqd vel ignotius dupliciᵗ .s. simplr: ꝛ quo ad nos. Simpliciter enī qd priꝰ est euidentiꝰ est posteriore. vt punctꝰ linea. ꝛ hec superficie. ꝛ ista soliditate: vnitas quoqꝫ numero: ꝛ littera syllaba. Nobis autem accidit econtrario quandoqꝫ. nam magis sub sensu cadit solidum q̄ꝫ superficies. ꝛ hec magis q̄ꝫ linea. Ideoqꝫ a pluribus cognoscit similiter ergo melius est posteriora per priora tentare cognoscere. Disciplinabilius enim est: qꝛ ista subtiliori itellectu cōprehendere est: sed ad eos qui impotētes sunt per hmōi cognoscere necessariū fortasse ꝑ ea que sibi cognita sunt diffinire: tales sunt diffinitiōes puncti. linee supficiei. .s. per posteriora. nā hoc quidē linee: illam autē superficiei. ꝛ hanc soliditatis terminos esse dicunt. Sic autē diffiniētes nō contingit quid est esse indicare: nisi ꝯtingat idē ꝛ nobis ꝛ simpliciter notius esse: siquidē oportet per genus ꝛ differētias diffinire. hec autē simpliciter priora sunt q̄ꝫ species. qꝛ interemit genus ꝛ differētia speciē: ꝛ etiā euidētiora: quia specie nota. necesse est hec cognosci. nō autem ecōuerso. Preterea his qui huiusmodi veras diffinitiōes esse dicūt (que sunt ex his q̄ singulis nota sunt) plures accidit eiusdē dicere diffinitiones esse, non enim omnibus eadē. sed alijs alia contingit esse notiora. etiaꝫ eisdē tempore magis. nota .s. sensibilia quidē in principio: certioribus factis ecōtrario per ea vero que simpliciter notiora sunt. vna sola semp ꝛ eadē diffinitio fiet. Eiꝰ aūt diffinitiōis que nō fit ex prioribus tres sunt loci destructiui. Primꝰ .s. si ꝑ oppositū diffiniat op

positum: vt per malum bonum simul enim natura sunt opposita. quare non est notius alterum altero. Quedam tamen fortasse non est aliter diffinire: vt relatiua quorū scilicet esse est ad aliud se habere. Ideo non potest alterum sine altero cognosci: sed oportet in alterius diffinitione sumi. Alius est locus si eo diffiniens vtitur. quod est idem ei quod diffinitur. vt si dicat solem esse stellam que die apparet: nam qui die vtitur: ꝛ sole vtitur: sed latet pro diuersitate nominis. Ad deprehendendum autem hoc accipiatur pro nomine diffinitio: vt quia dies est solis latio super terram: patet ꝗ qui lationem dicit solis: solem dicit. Alius quoqꝫ locus si eo quod e diuerso diuiditur: aliquid diffinitur: vt abundans est quod vnitate maius est perfecto. simul enim natura sunt: que ex eodē genere diuiduntur e diuerso: vt abundans ꝛ perfectum: ambo enim numeri differentie: similiter autem ꝛ si per inferius diffinitur superius: vt perfectus numerus ē qui bipartite diuiditur: id est in duo equalia vt senarius. scilicet cuius medietas accepta per se reddit totum hoc est trinarius: nam vnū duo tria sunt sex. Uniuersaliter igitur vnus locus est si nō per priora ꝛ euidētiora facta sit diffinitio: partes aūt eius sunt que dicte sunt.

¶ De Genere in diffinitione assignando. C. .LXXI.

Secundus est si res cum sit in genere: non posita est in genere: nec ponitur in ratione quid est: hoc enim vult genus significare: vt si dicatur corpus esse quod habet tres dimensiones non enim dicitur quid est esse. Alius vero si ad plura dictio eo quod diffinit᷑: nō ad omnia assignatur: vt grammatica est scientia scribendi quod profertur. Deest enim quoniā ꝛ intelligendi: in quibusdam tamen non ita se habet: vt quando non per se dicitur ad vtrūqꝫ: nam medicina dicitur sanitatem ꝛ egritudinem facere: sed hoc quidem per se illud autē per accidens: simpliciter autē alienum est a medicina egritudinem facere. Quare non magis diffinitur cum ad vtrūqꝫ assignatur: ꝙ cum ad alterum: sꝫ forte peius quia ꝛ reliquorum quodlibet potest egritudinem facere. Itē si nō ad melius sed ad peius assignatur: cū plura sint ad que dicitur qd diffinitur. Nā omnis disciplina ꝛ potestas eius quod est optimuꝫ videtur. Rursus si quis transcendens genus in diffinitione ponit: vt iusticiam habitum equalitatis effectiuū: vel distributiuū equi. Relinquens iusticie proximū genus: virtutē transcendit nec quid est esse dicit. Qui autem in proximū genus ponit omnia superiora dicit quia omnia de eo predicantur. Quare autem in proximū genus ponendum est: aut omnes differentias superiori generi addendum: per quas proximum genus determinetur: sic enim nihil erit pretermissum.

¶ De Differentijs ibidem apponendis. C. .LXXII.

Similiter autem ꝛ ad differentias cōsiderandum si non sint differentie rei diffinite: aut aliquid huiusmodi qd nullius differentiam contingit esse ꝛ si differentie posite sit aliqd: quo e diuerso diuisa sit. Nam omne genus ex his que e diuerso diuiduntur differentijs diuiditur. Item si non sit specifica differentia que: scilicet apposita generi speciem faciat. Item si negatio e diuerso diuidat genus: vt cum dicitur linea est longitudo sine latitudine: nihil aliud significatur ꝙ ꝗ non habet latitudinem fortassis autem in quibusdam necesse est vti negatione diffinientem: vt in priuationibus. Nam cecū est qd visum non habet quando natum est habere. Itē si genus vt differentia ponitur: vt virtus est habitus bonus. Bonum enim est genus virtutis: vel certū bonum non est genus sed differentia: quia non contingit ideꝫ in duobus generibus esse non continentibus seinuicem: bonū autem non continet habitū: quia non omnis habitus bonus similiter nec econuerso. Et habitus quidem significat quid est virtus bonum autem quale: videtur autem omnis differentia quale quid significare. Uidendum etiam si sm accidens inest diffinito illud quod pro differentia ponitur. Amplius si predicatur de genere differentia vel species: aut inferiorum aliquod non erit diffiniens: nullum enim eorū que dicta sunt contingit de genere predicari: eo ꝗ genus amplissime omnium dicitur. Et iterum si genus de differentia predicatur: non enim genus de differentia: sed de quibus differētia: genus predicari videtur. Item si species aut aliquid inferiorum specie de differentia predicatur: nam de equalibus aut de pluribus differentia ꝙ species necessario dicitur. Item si non prior est specie differētia: nam genere quidem posteriorem specie vero priorem oportet eam esse. Item si diuersi generis est dicta differentia non enim videtur eandē esse differentiam duorum generum non continentium seinuicem: vel certe non hoc impossibile sed addendum neqꝫ vtriusqꝫ sub eodem existentis: nam gressibile animal ꝛ volatile animal genera sunt non continentia seinuicem: ꝛ vtriusqꝫ bipes est differentia: vtrūqꝫ autem sub animali. Item si passio vt differentia assignatur: omnis passio magis facta abicit a substantia. Differentia vero magis saluare videtur id cuius est differentia. Et simpliciter impossibile est singulum esse sine propria differentia. Item sm quod alteratur habens: nihil horum est differentia. Omnia enim huiusmodi que cum magis fuerint: abiciunt a substantia. Quare si quis huiusmodi differentiā assignat: peccat simpliciter enim nō alteramur sm differentias.

¶ De Ceteris considerationibus ad problemma diffinitionis. C. LXXIII.

Item considerandum si ad quod natum est. id quod dicitur ad aliquid idest ad aliquem finem assignauit diffiniens. Nam si diffinierit subtelare instrumentum ad hauriendum: peccat quia non ad hoc natum est. Item si sm aliud magis dicitur quod diffinitur. ꝙ sm assignatam rationē vt iustus magis est qui eligit equū distribuere. ꝙ qui pōt: quare nō erit iusticia potentia equi distributiua. Itē si diffinitio suscipit magis. ꝛ diffinitum non. vel econuerso. Oportet enim aut vtraqꝫ suscipe aut neutrū. Item si suscipiūt quidē vtraqꝫ sꝫ nō simul. Item si duobus positis de quibus. s. dicantur subiectum ꝛ diffinitio. de vno magis subiectum predicatur ꝙ diffinitio. vt si dicat᷑ ꝗ ignis est corpus subtilissimū. Naꝫ flāma magis est ignis ꝙ sit lux. sꝫ minus est corp᷒ subtile ꝙ lux. Itē si qd diffinit᷑ ad aliqd sit per se vł ꝑ accidēs. ꝛ nō ponit᷑ in diffinitiōe ad qd dr. vel sm ipꝫ vel sm genus. vt si dicat᷑ sciētia opinio rata vel voluptas appetit᷒ sine tristicia. Oportet enim dicere scientiā opinionē scibilis. ꝛ voluptatem appetitū boni: necesse est enim vel ad qd ipm dr. vel ad qd genus in diffinitiōe ponere: qꝛ relatiuoꝝ est ad aliud se habere. Itē si ad aliquid dictum. non ad finem assignatur. Finis enim in vnoquoqꝫ est quod optimum vel cuius gratia sunt alia. vt ꝯcupiscētia non delectabilis: sed delectationis: propter hanc enim ꝛ delectabile eligitur. Considerandum etiam si illud ad quod assignatur est generatio vel actus nihil enim talium est finis. Naꝫ magis egisse vel generasse finis est ꝙ agere ꝛ fieri. sed non in omnibus ita est. Pene enim magis plurimi delectari volunt ꝙ quieuis se delectati. Item in quibusdam oportet determinare differentias: scilicet qualis. vel quanti. vel vbi: vel a quo. Nam omnes appetunt honorem. quare non sufficit ambiciosum dicere qui appetit honorē sed addendum differentias scilicet qualis ꝛ quanti appetens est honoris. Similiter ꝛ de auaro ꝛ luxurioso. Relinquens enim differentiam quamlibet non dicit quid est esse. Oportet autem semper ad indigens conari. non aere quolibet moto vel quantocunqꝫ moto ventus erit. Idem in appetitibus oportet addere. quod videtur id est apparet. Non enim recte diffinitur voluptas appetitus boni vel concupiscentia appetitus delectabilis. sed apparentis boni vel delectabilis. Plurimumqꝫ enim latet appetentes quid bonum aut delectabile. Quare non est necesse bonum esse vel delectabile. sed tantum apparens. Tantum apparentis autem boni non erit per se voluptas: nec apparentis delectabilis per se concupiscentia.

¶ Adhuc de eodem. .C. LXXIIII.

Uniuersaliter autem plura vno quodammodo determinantem accidit diffinire. Nam qui sciētiam. quodāmodo diffiniuit ꝛ ignorantiam. Similiter autem sciuit ꝛ non sciuit: ꝛ scire ꝛ ignorare. nam primo palam facto: ꝛ reliqua quodammodo palam fiunt. Uidendum autem ꝛ si oppositi opposita est diffinitio. sic enim oportet ꝛ in cōtrarijs similiter. Quod autem secundum priuationem dicitur oportet diffiniri non econuerso. Priuationem autem bene diffinientem oportet assignare quid est. ꝛ cuius habitus sit. id est quem habituꝫ priuet. ꝛ in quo natus sit fieri. Item videndum ne non secundum priuationem dictum vt priuatio diffiniatur. vt ignorantia non secundum priuationem scientie dicitur. Nam quod non habet scientiam nō semꝑ videtur ignorare: sed magis quod fallitur: neqꝫ inanimata neqꝫ pueros ignorare dicimus. Item si eorum que secundum equiuocationem dicuntur. vna diffinitio omnibus communis assignatur: vt dionysius ait quoniam vita est motus generis

nutribilis naturaliter assequens: non enim hoc inest magis animalibus q̃ plantis: vita autem de his equiuoce dici videtur. Quoniã autem quedam latent equiuocorum: interrogãti vt vniuocis vtendum est. Sciendum autem ꝙ genus omnibus euidentius est: differentia vero minus q̃ genus nota. Considerandum etiã si quod diffinitur est eorum que sunt: diffinitio autem non vt si album quis diffiniat colorem igni permixtum: impossibile enim est incorporeũ corpori permisceri: quare non erit color igni permixtus: album vero est. Uniuscuiusq; optimum in substantia maxime. Quedam sic se habent ad inuicem vt nihil ex his vnum quid fiat: vt linea ⁊ numerus.

Quod eiusdem ⁊ diuersi cognitio sit vtilis ad diffinitionem. C. LXXV.

Idem in libro primo. Circa diffinitiones autem vtrum idem vel diuersum plurima fit attritio: ostendentes enim quoniam idem non est: interimentes erimus diffinitionem sed non conuertitur: nõ.n. sufficit ad constituendum diffinitionem ostendere idem esse. Est autem idem tripliciter: numero enim sunt eadem quorum nomina plura res autem vna: vt tunica vestis. Specie vero que cum sint numero plura: specie sunt indifferentia: vt homo homini. Genere vero que sub eodem genere sunt: vt homo ⁊ equus. Uidebitur autem ⁊ alius esse modus ab his quo aqua ab eodem fonte dicitur eadẽ: sed non est alius: nam omnis aqua omni aque dicitur eadẽ specie q̃ꝙ in hoc validior est similitudo: q.s. ab eodem fonte. Maxime autem quod vnũ est numero ab omnibus idem dici videtur. Et hoc assignatur tripliciter. Primũ quidem ⁊ proprie quãdo nomine vel diffinitione idem est: vt vestis tunice: ⁊ animal gressibile bipes homini. Secundum quãdo proprio: vt discipline susceptibile homini ⁊ ꝙ natura sursum fertur igni. Tertium quandoq; accidente vt sedens vel musicũ socrati. vnde est aliquando appellationem ignorãtibus iubemus sedentem vel disputantem vocare ad nos: eundem opinantes ⁊ sm nomen ⁊ sm accidens signare.

De Considerationibus ad problema de eodẽ. C. LXXVI.

Idem in .vij. libro. Utrum idem vel diuersum sm principaliorem modum ex casibus et coniugatis considerandum: nam si iusticia est idem fortitudini: ⁊ iustus forti: ⁊ iuste fortiter. Similiter autem ⁊ in oppositis: nam si hec eadem: ⁊ oppositis his eadem sm qualibet supradictarum oppositionum. Rursum ex effectiuis ⁊ corruptiuis ⁊ generationibus ⁊ corruptionibus: ⁊ ex similibus: nam quecũq; simpliciter sunt eadem: ⁊ generationes ⁊ corruptiones eorum eedem: ⁊ effectiua ⁊ corruptiua. Considerandum etiam si alterum recipiat quodlibet cum maxime: vtrum ⁊ alterum recipiat illud idẽ cum maxime: aliter enim non erunt idem: vt zenocrates beatam vitam ⁊ studiosam assignauit eandem: eo ꝙ omnium vitarum maxime eligenda est vtraq;: vnum enim oportet numero esse quod dicitur maximum ⁊ maxime eligendum propter quod non recte assignauit: non enim est vnum numero beata vita ⁊ studiosa: quare nõ necesse est eandem esse: eo ꝙ ambe quidem maxime sunt eligende: sed altera sub altera. Rursum considerandum si cui alterum: eidem ⁊ alterum: nam si non sunt ambo eidem eadem: palam quia nec sibi inuicem. Item quecũq; alteri accidunt: oportet ⁊ alteri accidere: ⁊ cui alterum accidit: ⁊ alterum: si sunt eadem. Uidendum etiam si non sunt in eodem genere predicamenti: sed hoc quale illud autẽ q̃tum: vel ad aliquid indicet. Amplius ex magis scilicet si hoc quidem suscipit: illud autem non: vel si ambo quidem: sed non simul. Item ex appositione: scilicet si idem ad vtrunq; appositum non facit totum idem: aut si ab vtroq; eodem ablato: quod relinquitur est alterum: vt si duplum dimidij: ⁊ multiplex dimidij quis dicat idem peccat. Ablato enim ab vtroq; dimidio non idem significat duplum ⁊ multiplex. Considerandum autem non solum si iam accidit aliquid impossibile per positionem: sed etiam si possibile est ex hypothesi fieri. Posito enim quolibet siue vero siue falso: nihil enim refert si altero interempto: non interimitur alterum: patet ꝙ non sunt idem: velut his obici potest: qui vacuum ⁊ aere plenum idem esse dicunt: palam enim quia exeat aer vacuum quidem non minus erit: sed magis plenum autem aere iam non erit. Item si aliqua sunt eadem: quecũq; de vno predicantur ⁊ de altero: ⁊ de quibus alterum ⁊ alterum. Item si potest alterum inesse sine altero nõ sunt idem. Omnes itaq; qui ad idem destructiui sunt loci ⁊ ad diffinitionem vtiles sunt: vt prius dictum est.

De Difficultate cõstruendi diffinitionẽ. C. LXXVII.

Constructiuorum autem locorum nullus vtilis ẽ ad diffinitionem: non ad construendum quia diffinitio est sufficit ostendere id quod idem est nomine ⁊ ratione. sed ⁊ alia omnia oportet habere que annumerata sunt in diffinitione. Itaq; nullus vel pauci disputantium syllogizant diffinitionem. Sed omnes tale principium accipiunt. vt qui circa geometriam figuras ⁊ numeros ⁊ alias huiusmodi disciplinas. Quantũ ad presentem vtilitatem pertinet: diffinitio est oratio que quidem esse rei significat. Et oportet ea que in ea ponuntur in eo quod q̃d est de re sola predicari. In eo autem quod quid est predicantur genera ⁊ differentie. Ratio igitur habens diffinitionem ex necesse erit. Non enim contingit aliud esse diffinitionem q̃ rem. eo ꝙ nihil aliud in eo quod quid est de re predicatur. Prospiciendum autem in contrarijs ⁊ in alijs oppositis. Nam si opposita opposite: ⁊ eam que dicta est proposite esse necesse est. vniuersaliter etiam si diffinitio ex genere ⁊ differentijs est. si contrarij diffinitio manifesta sit: ⁊ propositi manifesta erit. Nam contrarium est in eodem genere. vel in contrario. Similiter ⁊ differentie aut contrarie de contrarijs: aut eedem predicantur. Item ex casibus ⁊ coniugatis: necesse est enim consequentia esse genera generibus: ⁊ diffinitiones diffinitionibus. vt si obliuio est amissio scientie: ⁊ obliuisci amittere scientiam ⁊c. Uno enim concesso necesse est ⁊ reliqua concedere: Quod autem difficilius sit construere diffinitionem q̃ destruere palam est. facilius enim est vnum concludere q̃ plura. Et interimenti quidem sufficit ad vnum argumentari. quia vno quolibet destructo interimitur diffinitio: construenti autem necesse est omnia conuenire id est concludere. quoniam insunt que in diffinitione sunt. Preterea construenti necesse est vniuersaliter construere syllogismum. Oportet enim de omni quo nomen ⁊ rationem predicari: ⁊ econuerso. Destruenti vero non vniuersaliter: sufficit enim ostendere. quia non vera erit de aliquo eorum que sunt sub nomine diffinito. Similiter etiam si omni inest quod sub nomine est non autem soli. interempta est diffinitio. Similiter autem ⁊ circa proprium ⁊ genus se habet. In vtrisq; enim destruere facilius est q̃ construere. quia construenti ostendendum: quoniam omni inest destruenti autem sufficit vni ostendere non inesse. Particulare vero econtrario. quia construenti quidem sufficit ostendere alicui inesse. destruenti autem ostendendum quia nulli inest. Omnium autem facillimum est diffinitionem destruere. quia plurima in ea assignata sunt. Ex pluribus autem citius fit syllogismus. Uerisimile enim est in multis magis q̃ in paucis peccatum fieri.

De Arte diuidendi. ꝙ ⁊ ipsa sit ad diffinitiones necessaria. C. LXXVIII.

Boetius in libro diuisionum. Ad diffinitiones autem specierum diuisio necessaria est. ⁊ si forte in eodem diuisionis diffinitionisq; ratio versatur. Nam diuisionibus iunctis vna diffinitio comprimitur. Sed quoniam diuisio generis fit in vniuocis. diuisio vero significationis in equiuocis. Rursus ad diuisionem necessaria est diffinitio. quia quid sit equiuocum quid vniuocum cum diffinitione colligimus. ne cum ista fefellerit equiuocum nomen quasi genus in species. sic in voces significatiuas resoluamus. Fieret autem omnis diuisio omnisq; diffinitio ex duobus terminis. nisi nominum indigentia prohiberet. Cum eni diuido aĩal in rõnale ⁊ irrõnale aĩal rõnale ad diffinitionem hominis protendit. sed quia vnum nomen non est ponatur ei nomen a. ⁊ subdiuidatur immortale ⁊ in immortale. si ergo hominis diffinitio redditur ex duobus terminis. homo est a mortale. Idem est enim ac si diceretur homo est animal rationale mortale. Idem in diuisione manifestum est. cum enim dicitur. Rerum omnium alia sunt bona alia mala: alia indifferẽtia. hic tertia diuisio gemina fieret si nomen cui deest imponeret: ⁊ ita diceret. Rerum omnium: alia differentia sunt: alia indifferentia. Differentium alia bona alia mala: sicq; diuisio omnis in gemina secaretur. si speciebus ⁊ differentijs vocabula non essent. Uniuersaliter autem sciendum ꝙ ille differentie vel in generis diuisione. vel speciei diffinitione sumende sunt: quecũq; huiusmodi sunt: vt nullo modo preter eas species esse possit. sed propter eas solas sit. Regula itaq; diffiniendi hec est rerum: alie sunt superiores alie medie: superiores quidem id est genera generalissima diffinitio nulla complectitur: quia superiora genera non habẽt. Similiter nec inferiores vt indiuidua. quia ⁊ ipsa specificis differentijs carent. Media igitur tantum sub diffinitio

ne cadunt. Data itaqꝫ huiusmodi specie que ⁊ genus habeat: ⁊ de posteriori predicetur. primo genus illius signo: ⁊ eiusdem generis differentias diuido: ac differentiā generi adiungo. Que .s. differentia generi adiuncta si non fuerit equalis speciei quam diffinitione circūscribere intendo: sed maior id est superior: hanc rursum quasi genus pono: in alias suas differentias diuido: sicqꝫ duas generi cōiungo. ac postrema totiens differentias differentijs distribuimus donec omnes iuncte generi speciem equali diffinitione prescribāt. Illud quoqꝫ sciendum ꝙ genus in diuisione totum est: in diffinitione pars. Et sic est diffinitio quasi quedam partes totum coniungant: sic est diuisio quasi totum soluatur in partes: Et similis est diuisio generis totius diuisioni. Diffinitio totius compositioni.

¶ De Diuisione generis in species. .C. LXXIX.

Diuisio multiplex est .s. generis in species totius in partes: vocis in significationes. Preter has autem tres (que dicuntur diuisiones secundum se) est ⁊ alia secundum accidens. Et hec similiter triplex. scilicet subiecti in accidentia: accidentium in subiecta: accidentium in accidentia. Quod fit cum vtraque eidem subiecto inesse contingit: Oportet autem omnem generis in species diuisionē: Aut in duas fieri partes aut in plures: sed nec infinite possunt esse generis species: nec minus duabus. Diuiditur autem genus alias in species: ⁊ alias in differētias. quibus genus oporteat diuidi cum species nominibus carēt vt cum dicitur. Animalium alia rationalia alia irrationalia: nam quia huius speciei que est animal rationale nomen vnum non est. Pro specie differentiam ponimus. eamqꝫ superiori generi collocamus. omnis enim differentia in genus proprium veniens. speciem facit. vnde fit vt quodammodo materia genus sit. forma vero differentia. Si autē omnes species nominibus suis appellarentur ex duobus solis terminis fieret diffinitio. nunc autem ex pluribus colligitur. Illud autem scire perutile est: quoniam genus vna quodammodo multarum specierum similitudo est: que earum omniū substantialem conuenientiam monstrat atqꝫ ideo collectiuum multarū specierum genus est. Disiunctiue vero vnius generis species sunt: Que quoniam differentijs informantur (vt dictum est) iccirco sub vno genere minus duabus speciebus esse non possunt. Omnis enim differentia in discrepantium pluralitate consistit. fit autem diuisio generis vnius multiplex. vt numerorum alij sunt pares alij impares. Et rursum alij primi ⁊ alij non primi. Ille autem sole differētie sub genere posite genus ipsum diuidere possunt: que inter se aliqua oppositione differunt.

¶ De Diuisione totius in partes. C. LXXX.

Totum in partes diuiditur quotiēs in ea ex quibus cōpositum est vnumquodqꝫ resoluitur vt domus aliud tectum. aliud paries. aliud forma. Dicitur autē totū multipliciter. Est enim totum continuum corpus: ⁊ totum discretum siue non continuum. vt populus vel exercitus. ⁊ totum vniuersale. vt homo ⁊ totum quod ex quibusdam virtutibus ꝯstat. vt anima cuius est alia potentia sapiendi. alia sentiendi. alia vegetandi. Horū igitur omnium in partes diuisio est. Diuiditur autem totum continuum. etiam in materiā ⁊ formā. aliter enim ꝯstat statua ex ꝑtibus suis aliter ex materia ⁊ forma. i. ex ere ⁊ spe. differt aūt diuisio generis a totius distributione: quia totius diuisio ſm quantitatem fit generis autem distributio qualitate perficitur. Quale nāqꝫ animal est homo. s. rationale vel mortale. Item genus omne naturaliter prius est proprijs speciebus. totum vero partibus suis posterius. partes enim sunt que totum iungunt. vnde fit vt genus in posteriora. totum autem in priora soluamus. Item genus speciebus materia est. nam sicut es accepta forma transit in statuam: sic genus accepta differentia transit in speciē. At vero totius materia est partiū multitudo: forma autem earum partium compositio. Nā sicut species ex genere constat ⁊ differentia. sic totum ex partibus. Unde fit vt totum ab vnaquaqꝫ parte sua differat. partium ipsarum compositione. species autem a genere. differentie coniunctione. id est apposítione.

¶ De Diuisione vocis in significationes. C. LXXXI.

Diuisio vocis fit tripliciter. s. aut per significationes: aut per modum significationū: aut per determinationem. Uocis in significationes duplex diuisio est. s. nominis. hec est equiuocatio orationis. ⁊ hec amphibologia. Diuisio ſm modū fit fit quando vox vna non plura significat ſm se. sed multimode de multis predicatur. vt infinitum significat quidem vnam rem. s. cuius terminus non potest inueniri. Sed hoc dicitur multipliciter. s. aut ſm mensuram siue magnitudinem: vt mundus: aut secundum multitudinem vt diuisio corporis: aut secundum speciem. vt species figurarum: aut ſm tempus vt deus: quia finem temporis nō habet. Secundum determinationem fit vocis diuisio: quia quando sine determinatione profert̄: in audientis intellectu dubietas generatur. vt cum dicitur homo. Hec vox confuse multa significat: nec habet auditor quid rationabiliter intelligat nisi id loquens aliqua determinatione concludat. vt omnis homo ambulat: vel quidam homo vel fortes. Similiter si cui dicatur da mihi non intelligit ꝗd dare debeat: nisi ille determinationem addat. Hec igitur ⁊ similia dubitabilia sunt. non tamen ambigua. Nam omne ambiguū dubitabile: non autem econuerso. In ambiguo enim cum profertur. vtraqꝫ auditor rationabiliter seipsum intellexisse arbitratur. vt cū quis dicit: audio grecos vicisse troianos. vnus potest intelligere ꝙ greci troianos vicerunt. alius econuerso ⁊ vterqꝫ hoc ex ipsa locutione rationabiliter intelligit. Cum autem dicitur da mihi: nullus ex ipso sermōe quid dare debeat: rationabiliter intelligit: sed ex sola suspicione. Uocum igitur quedam in particula multiplicitatis significationem habent. s. equiuoca: quedam in tota oratione. s. amphibologia. Diuiduntur autem significationes equiuocorū quandoqꝫ diffinitione: vt cum dicitur homo viuit intelligitur ⁊ verus ⁊ pictus. Diuiditur autem sic: animal rationale mortale viuit: quod verum est. animalis rationalis mortalis simulatio viuit: quod falsum est. Quādoqꝫ autem adiectione. s. generis vel casus vel articuli. Diuidit̄ etiam quedam ſm accentum: vt pene; ⁊ pene: Quedam ſm orthographiam: vel etiam ſm actionem ⁊ passionem: vt queror ab inquisitione patientis est: queror a querela agentis. Ambiguarum autem orationum diuisio fit aut per adiectionē. vt audio grecos vicisse: troianos victos esse. Aut per diminutionem: vt audio grecos vicisse. Aut per diuisionem: vt greci vincunt troiani victi sunt. Aut per aliam transmutationem. vt audio ꝙ greci vicerūt troianos. His enim omnibus modis ambiguitas soluitur.

¶ De Diuisione ſm accidens. .C. .LXXXII.

Diuisio autem ſcdm accidens triplex ē vt dictum est. Nā alia est subiecti in accidentia. vt hominum alij sunt albi: alij nigri: alij medij coloris. Alia vero est accidētis in subiecta. vt omnium que expetuntur alia in anima: alia in corpore sita sunt. Alia quoqꝫ accidentium in accidentia. vt omnium candidorū alia dura vt margarita: alia liquida vt lac. Sed hec diuisio semper in alterutrū permutatur. Possumus enim dicere. Eorum que dura sunt alia alba alia nigra. In hoc ergo differt huiusmodi diuisio ab omnibus supradictis. nam neqꝫ significationem vicissim diuidere possumus in voces. neqꝫ partes in totum: neqꝫ species in genera. Harum quoqꝫ ſm accidens diuisionum cōmune preceptum est quicquid ipsarum diuiditur in opposita disgregari. Illud etiā maxime perspiciendū ne quid vltra dicatur: aut minus sicut fit in generis diuisione.

¶ De Cautela opponendi in dialectica. ⁊ propositum celandi. .C. LXXXIII.

Aristo. in topi. octauo lib. Cum autem qui debet interrogare. Primū oportet inuenire locum vnde argumentandum. Secundo autem interrogationes formare ⁊ ordiare singula apō se. Tertio vero dicere iam ea ad alterum. Sumende sunt autē propositiones quedam necessarie: quedam preter necessarias. Necessarie sunt per quas fit syllogismus. Que autem preter has sumuntur quattuor sunt. Aut enim inductiōis gratia: vt detur vniuersale Aut in magnitudine id est ornatu orationis: aut ad celationem cōclusionis: aut vt manifestior sit oratio. Ergo necessarias non statī preordinandum. sed in suprema. i. a longe discedendum. Que autē sumuntur preter has: accipiēde sunt preter eas: ⁊ vnaquaqꝫ sic vtēdum inducenti quidem a singularibus vniuersale: ⁊ a notis ignota. Nota autem magis que ſm sensum. vel simpliciter. vel pluribꝰ Celanti vero presyllogizare conuenit ea per que syllogismus eius ex principio debeat fieri: nec solū necessarias: sed ⁊ eaꝝ que ad has sunt vtiles aliquā syllogizari oportet. Item conclusiones non dicere. sed postea subitas syllogizare. vt non preuideat respōdēs ex quibus accidit. Utile autē ⁊ non continuas sumere propositiones. ex quibus syllogismi sed permutatim ad aliam ⁊ ad aliam conclusionem. positis enim conuenientibus iuxta se. magis quod ex ipsis accidit manifestum est. Item proponere oportet non vt propter pro

positum ipsum. sed alterius gratia. verentur enim que ad propositū sunt vtilia. Item per similitudinem inquirere. nam ⁊ verisimile. ⁊ latet magis vniuersale hoc autē simile est inductioni. non tamen ideꝫ quia a singularibꝰ sumitur vniuersale sub quo omnia similia sunt. in similibus autem non est quod sumitur vniuersale.

¶ Adhuc de eodem. LXXXIIII.

Oportet autem ⁊ ipsum. s. opponentem quandam sibimet instantiam inferre. Insuspecte nāqꝫ se habent respondentes ad eos qui videntur iuste argumentari. vtile est etiam dicere quoniam consuetum est dici huiusmodi: pigrescunt enim quod solituꝫ est mouere. i. negare. instantiam non habentes. Oportet non properare. quia contra properātes magis obstant. Sed vt in parabola proponere. quia quod propter aliquid aliud proponitur. non propter ipsum. citius concedunt non videntes quid inde fit. ⁊ hoc sumpto: sumptuꝫ est illud. Rursum in vltimo interrogare quod maxime vult sumere scilicet ad minus prouectos. Maxime nāqꝫ prima renuūt eo ꝙ plures interrogantiū primo interrogant. circa que maxime properant Ad graues autem. id est autenticos oportet hoc primo protendere. nam hi prima maxime admittunt: nisi omnino manifestuꝫ sit quid accidere sit. in finem autem aduersantur. Similiter ⁊ qui arbitrantur esse acres in respondendo. prima ponentes. in fine frangunt. velut non acciderat ex his que posita sunt. ponunt enim credentes habitui. suspicantes se nihil esse passuros. Amplius oportet prolongare ⁊ interponere que nihil vtilia sunt ad orationeꝫ. sicut falsigraphi. Cum enim plura sint que describunt. dubium est in quo falsum sit. sic ⁊ interrogantes quandoqꝫ latent. in absconso ponentes que per se posita non ponerentur. ad celandum ergo propposituꝫ eo quod dictum est vtendum.

¶ De Modo ornandi ⁊ explanandi orationem interrogantis. .C. LXXXV.

Ad ornatum vero inductione ⁊ diuisione eoruꝫ que cognata sunt. Inductio quidem quale quid sit iam supradictum est. Diuisio autem huiusmodi est vt disciplina melior est alia. vel quia certior vel quia melior. id est vtilior. Et disciplinarum alie speculatiue sunt. alie actiue. alie vero poetice. vnum quodqꝫ etenim talium ornat orationem: non autem necessaria sunt dici ad conclusionem. Ad explanationem autem exempla parabolasqꝫ sumenduꝫ est. Exempla conuenientia ⁊ nota qualia homerus. non qualia cherulus. Utendum est autem in disputando syllogismo quidem magis ad dialecticos. inductiōe vero ad plures. id est vulgares. Quando autem opponenti in pluribus inducenti non dederit respondēs vniuersale. iustum est instantiam exigere. ⁊ probare instantiaꝫ non in eo quod proponitur fieri. nisi vnum tantuꝫ sit huiusmodi. Oportet enim eum qui instat in altero q̄ꝫ in proposito instantiam inferre aut dicere quoniam hoc soluꝫ tale est. Oꝫ si in equiuocis ponat instantiam vt quoniam habebit pictor colorem: ⁊ cocus pedem non suum. oportet interrogatiue diuidere: ne latente equiuoco bene videatur respondens instare propositioni. Si auteꝫ in vniuoco instās prohibet interrogationeꝫ. auferente illud in quo instantia est. oportet proponere reliquuꝫ vniuersaliter. vt in obliuione. Non enim cō cedunt eum qui disciplinam amisit oblituꝫ esse: quia transcadente re amisit quidem disciplinaꝫ. sed non oblitus esse dicendus est. Auferenti ergo istud in quo est instantia. reliquum oportet ponere. vt si re permanente amisit disciplinam sequitur quoniam oblitus est. Similiter autem ⁊ contra instantes quoniam maiori bono maius opponitur malum proferunt enim quoniam sanitati cuꝫ sit minus bonum quam euechia. opponitur egritudo que maius malum q̄ꝫ cacechia. Auferatur ergo id in quo est instantia. ⁊ cogetur residuuꝫ ponere. scilicet q̄ꝫ maiori bono maius malum opponitur nisi conferat alterum. vt euechia sanitatem. Si autē in multis eo quod obicit proponente. non ferat instantiam dignum est ponere. id est concedere: nam dialectica est propositio contra quam sic in pluribus se habentem non est instantia.

¶ De Modo respondendi. .C. LXXXVI.

De responsione autē dicēdū: qđ ē opus bene r̄ndēti sicut bene īterrogāti. In r̄nsiōe duo pctā vitāda sꝫ. s. ponere qđ nō oportet: ⁊ positū nō seruare sicut oꝫ. Et discētibꝰ q̄dē. s. i demonstratiuis: ponēda sunt semꝑ ea que videntur: nullus enī docens conatur dicere falsum. Colluctantium vero. id est litigiose ac sophistice disputantium: interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino. Respondentem vero nihil videri pati. In dialecticis autem ⁊ tentatiuis necesse est respondentem sustinere orationem ponentem siue probabilem siue improbabilem positionem siue neutram. Nam ad commune genus positionis eodem modo se habere debet. Cum enim probabilis est positio. conclusio opponentis erit probabilis. ⁊ econuerso. cum eniꝫ neutra ⁊ conclusio neutra. semper enim opponens concludet oppositum positionis. Quando tamen simpliciter est improbabile quod ponitur: non est dandū respondēti: quia per probabiliora ⁊ notiora debet quod minus notum est concludi. Si autem simpliciter probabilis est positio. palaꝫ quoniam conclusio improbabilis. ponendum ergo ⁊ que videntur omnia ⁊ eorum que non videntur. quecunqꝫ minus sunt improbabilia conclusione ⁊ etiam neutra. si vero non simpliciter probabile vel improbabile sit quod ponitur sed respondenti. ad ipsum quod videtur vel non videtur. ponendum est vel non ponenduꝫ. his quoqꝫ que obscure ac multipliciter dicuntur obuianduꝫ est. Concessuꝫ est enim respondenti non intelligenti dicere non intelligo. ⁊ multipliciter dictum non ex necessitate profiteri vel negare. Nam sepe ex eo quod non plane obicientibus datur obuiat aliquid difficile. si vero sit notum: sed multipliciter dictum. ⁊ in omni sensu veruꝫ vel falsum. simpliciter dandum est vel negandum. si autem in alio sensu verum sit ⁊ in alio falsum: videndum est primo. Posterius enim diuiso incertum est an ⁊ in principio dubium conspexerit. si autem non preuiderit dubium sed in alterum sensuꝫ inspiciens posuit. Dicendum est ei qui in alterum ducit: quia non ad hoc inspiciens dedi: sed ad alterum. Cum autem aut per inductionem aut per similitudinem plerunqꝫ vniuersale sumant. singularia quidem omnia ponendum. si vera sint ⁊ probabilia. ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. si enim in multis apparentem non dederit vniuersaliter qui non habet instantiam: patet quia proteruit. si autem nec argumentari contra habeat multo magis proteruire videbitur. Est enim proterua responsio preter dictos modos syllogismi corruptiua: Quecunqꝫ autem orationes falsum syllogizant soluendum est interimenti propter quid sit falsum. non enim qui quodlibet interimit soluit: etiam si falsum est quod interimitur. sed ⁊ propter quid falsum sit assignandum: Fiunt auteꝫ instantie quadrupliciter. Prima est interimere a quo sit falsum. secunda ad opponentem instantiā ferre. Tertia ad interrogata respondere. Quarta vero ⁊ pessima instantiarum que est ad tp̄s. Quidaꝫ enim talibus instant ad que disputare pluris est temporis q̄ꝫ presentis exercitationis. Haruꝫ autem solutio prima tantum est. relique vero prohibitiones quedam ⁊ impedimenta conclusionum.

¶ De Oratione ⁊ vitiosa ⁊ manifesta. C. LXXXVII.

Increpatio vero oratiōis alia est sm̄ ipsam. id est ex vitio ipsius orationis proprio. alia quando non bene interrogatur. id est ex vitio opponentis ⁊ respondentis. plurimumqꝫ enim ꝙ non bene disputatur oratio. qui interrogatur causa est: eo ꝙ non concedat ex quibus plane erat disputare ad positionem. non enim in altero tantuꝫ est. bene finire commune opus sicut autem in ceteris prauus socius est. qui impedit cōmune opus sic ⁊ in oratione nihilqꝫ differt siue in opponendo siue in respondendo hoc fiat. nā ⁊ qui litigatorie disputat. ⁊ qui in respondendo non concedit quod videtur nec suscipit quicq̄ꝫ. quod vult interrogans inquirere. non ergo similiter increpandum est ⁊ per se orationes ⁊ interrogantes. nihil enim prohibet orationem prauam esse. interrogantem autem vt contingit optime contra respondentem disputare. Per se auteꝫ orationis quinqꝫ sunt increpationes. Prima quando non ex interrogatis concluditur. cum sint vel falsa vel improbabilia. aut omnia aut plura in quibus est conclusio. Secunda si ad positionem non fiat syllogismus. Tertia si quibusdam additis fiat Quarta si quibusdam ablatis. Quinta si ex improbabilibus ⁊ minus credibilibus conclusione. aut etiam si ex veris: sed pluri opera indigentibus demonstrari q̄ꝫ problema. Patet igitur quia non est eadem orationis increpatio ad propositum ⁊ per se: nihil enim prohibet orationem per se quidem esse vituperabilem: ad problema vero laudabilem ⁊ econuerso. Est autem quandoqꝫ oratio conclusa non conclusa peior. quando quidem ex fatuis vel falsis concludit. Eos vero qui per falsa verum concludunt. non est iustum increpare. Nam falsum quidem semper per falsum syllogizare necesse est. verum autem quandoqꝫ ⁊ per falsa contingit. Oratio autem manifesta est vno quideꝫ modo ⁊ publicissimo si sic conclusa sit. vt nihil oporteat aliud interrogare. vno autem ⁊ qui maxime dicitur quando sumpta est ex quibus necessarium est esse. Est autem per conclusiones conclusum: amplius si deest quod probabile est valde.

¶ De falsitate syllogismi & petitione principij. C. LXXXVIII.

Falsa autē oratio quadrupliciter dicitur. Uno quidē modo quādo videtur cōcludi quando nō concluditur. & hoc est apparens litigiosorum syllogismus. Alio vero quādo cōcluditur quidē. sed nō ad propositum. quod accidit maxime in his que ducunt ad impossibile. Tertio quando ad propositum quidem concluditur. non tamen secundum propriam disciplinam. vt non geometrice in geometria. Quarto quoque modo si per falsa concluditur. licet aliquando conclusio vera sit aliquando falsa: vt supradictum est. ergo falsam esse orationem magis peccatum est dicentis. id est respondentis quam orationis. nec ipsius semper sed quando latet eum falsum susceptum. Quare prima quidem consideratione orationis per se si concludit. Secunda vtrum verum vel falsum. Tertia vero ex qualibus. nam si ex falsis quidem probabilibus autem rationalis est. si autem ex veris quidem sed improbabilibus praua. id est reprehensibilis. si vero sint & falsa & valde improbabilia. palam quoniam praua aut simpliciter aut ad rem. Petere autem quod est in principio videtur quinque modis. Primo quidem & manifestissime. si quis id quod monstrari oportet presumat. Et hoc ipso quidem non facile est latere. id est. in eodem nomine. vt marcus currit ergo marcus currit. In vniuocis autem scilicet vniuersalibus. in quibus nomen & ratio idem significat. facilius est latere. quia scilicet potest in dubium venire pro quo vel pro quibus particularium sumatur. vel in vniuocis. id est sinonymis. q uoz . scilicet vna est significatio & vox diuersa. vt marcus Tullius. Secūdo autem quando quod particulariter oportet demonstrare proponit vniuersaliter. Quod enim per se oportet ostendere cum alijs pluribus petit. Tertio quando vniuersaliter oportet ostendere particulariter petit. videtur enim quod cum pluribus ostendendum est. per se extra petere. Quarto si diuidens petat quod propositum est. Uel si eorum que ex necessitate sequuntur se inuicem alterum petat. vt latus inconmensurabile esse dyametro. cū oporteat ostendere quoniam dyameter lateri. Quod sunt autem petitiones principij. tot & contrarij scilicet quattuor. Primus modus est si quis contradictione opposita petat. secundus si contraria. tertius si vniuersaliter probans particulariter petierit contradictionem. vt si contrariorum vnā esse disciplinam sumpserit: sanatiui autem & egrotatiui alteram esse probauerit. aut etiam si particulare petens in vniuersali contradictione assumere tentauerit. Quartus si contrarium petat eius quod ex necessitate per ea que posita sunt accidit. & etiam si non ea quidem sumat que opposita sunt. sed talia duo ex quibus erat opposita cōtradictio.

¶ De exercitatione dialectici in syllogismis. C. LXXXIX.

Ad exercitationē autem syllogismorum. primum quidem oportet assuescere conuerti orationes. Sic enim & ad hoc quod dicitur magis idonei erimus & in paucis plures orationes sciemus. Nam conuerti est transumentem conclusionem cum reliquis interrogationibus interimere vnum eorum que data sunt. Necesse est enim si conclusio vera non est. alteram premissarum interimere. si omnibus positis. necesse erat conclusionem esse. Ad omnem autem positionem argumenta quoniam sic & quoniam non sic consideranda sunt. ac solutio si inueniri possit querenda. & si nullum alium habemus ad nosipsos hoc faciamus. sic enim simul accidet. & ad interrogandum & ad respondendum exerceri. nam & ad philosophiam non paruum instrumentum est posse conspicere que vtrunque accidit dicere. Oportet autem ad huiusmodi homines esse boni ingenij. hoc enim est secundum veritatem bonum ingenium. bene posse eligere verum & fugere falsum. Rursum in electione terminorum. id est. diffinitionum oportet esse idoneos. ac probabilium propositionum & primorum & maximarum propositionum promptos se habere. & in ea que sepe incidunt sermocionationes tenere. Nam sicut in geometria circa elementa oportet exercitatum esse. & in arithmetica circa capitales numeros scilicet vt sunt denarius & vigenarius & huiusmodi: multum confert ad cognoscendum multiplicationem numerorum. sic & in orationibus logicis oportet propositiones memoriter scire. Principij autem & hipotheseos idoneum. id est. expeditum esse mediocriter difficile est. Item orationem vnam plures facere assuescendum est. vt quoniam non est vna plurium disciplina. Sic enim & in relatiuis & in contrarijs & in coniugatis est. Exercitatio autem assignanda est inductiuarum quidem ad rudem. syllogisticarum ad eruditum. & respondentibus tentandum est. A syllogisticis quidem accipere. id est. auferre propositiones. scilicet vniuersales .. id est. impedire ne habeat vniuersale. Ab inductionibus autem parabolas. id est similitudines. Precipue autem exercitio disputantium afferre. Tentandum est autem syllogismum de aliquo: aut propositionem: aut solutionem: aut instantiam. Ex his enim potestas. exercitium autem potestatis causa. & maxime circa propositiones & instantias. Est enim (vt simpliciter dicatur) dialecticus propositiuus. & instantiuus. Est autem proponere quidē vnum facere que sunt plura. id est vnam conclusionem ex pluribus. Instare autem quod vnum est facere plura. Instans enim diuidit aut interimit: hoc quidem dans. illud aūt non. non est autem omni disputandum: nec contra quemlibet exercitandum: necesse est enim contra aliquos prauos fieri disputationes. nam qui exercitati sunt abstinere non possunt a certatori disputatione. Oportet autem & factas orationes habere. circa questiones dialecticas. in quibus abūdantes minimis ad plurima vtiles habebimur. he vero sūt vniuersales & ad quas abundare difficile est continuo.

¶ De Sophistica disputatione & eius comparatione. C. XC.

Aristoteles in libro. primo elenchorum. Sophistica est apparens sapientia & non existens. Ideoque sophistis magis opere precium est videri esse sapientes: quam esse & non videri. Opus autem scientis est non mentiri de quibus nouit & posse manifestare mentientem. Eos ergo qui volunt sophistice agere. necesse est disputationum genus querere. huiusmodi enim potestas facit videri sapientes cuius sunt desiderium habentes. Sunt ergo disputationum genera quattuor. scilicet doctrinales. dialectice. tentatiue. litigiose. Doctrinales vel demonstratiue: que ex proprijs principijs cuiusque discipline syllogizant. & non ex his que vidētur respōdenti: oportet enim credere eum qui discit. Dialectice vero que ex probabilibus collectiue sunt contradictionum. Tentatiue autem que ex his que videntur respondenti. & necessarium est scire ei qui simulat habere scientiam. Litigiose vero vel sophistice ex his que videntur probabilia. non sunt autem syllogizant. Dialecticus quidem omnia communia secundum rem considerat. qui autem hoc facit apparenter sophista est. Et eadem quidem est oratio sophistica & litigiosa. sed non secundum idem. Nam in eo quod propter apparentem victoriā. litigiosa. in eo vō quod propter sapiētiā apparētē. sophistica. Litigiosus autem quodammodo se habet ad dialecticum sicut falsigraphus ad geometricum. sed falsigraphus ex proprijs scilicet principijs & conclusionibus que sub arte sunt false syllogizat. Litigiosus autem circa communia sicut & dialecticus: non est autem dialecticus circa genus aliquod determinatum. sicut demonstratiuus nec iterum talis qualis est vniuersalis. id est methaphisicus. scilicet quia non ostendit sua principia esse sicut ille. Demonstratiua quoque non est interrogatiua nec enim eius syllogismus fieri. potest ex vtraque parte contradictionis. Dialectica vero interrogatiua est. Tentatiua autem est quedam dialectica. huius enim est experimentum sumere nescientis. & scire se simulantis. nec ex proprijs arguit. vt geometria: sed ex communibus vt dialectica. talibus scilicet que scientem quidem nihil prohibet artem nescire. non scientem autem necesse est ignorare quare omnes idiote dialectica & tentatiua vtuntur: eo quod omnes communia diiudicare conantur. Idem in methaphisica. quarto libro. Logici & sophiste laborant in eo circa quod philosophus. id est methaphisicus debet laborare: loquuntur enim de rebus que philosophie sunt propria. Entis enim est scientia communis omnibus. & logicus quidem scit illud quod scit philosophus. Sophista vero scire se existimat: sed in rei veritate nescit. eius enim scientia deceptoria tantum est: homines autem non decipiuntur nisi in eo quod nesciunt.

¶ De Paralogismis & eorum figuris. C. XCI.

Idem in elenchis. primo. Syllogismus quidem est ex quibusdam positis: vt dicatur aliquid aliud ex necessitate accidere ab his que posita sunt. Elenchus autem est syllogismus cum contradictione conclusionis. Sophistici autem vel paralogismi videntur quidē hoc facere. scilicet vt dicatur ab his que posita sunt ex necessitate aliquid accidere: sed non faciunt. Uidetur aūt ob multas causas. quarum vna est verbigratia. publicissima & aptissima que fit per nomina. scilicet equocatio. Nam quia res infinite sunt: nomina vero finita. necesse est vnum nomen plura significare. Itaque qui virtutis nominū ignari sunt. facile paralogizantur. & ipsi disputantes & alios audientes. cum scilicet vnam solam rem vno nomine significari arbitrantur. Sunt autem numero quinque que coniectant qui in disputationibus contendunt & decertant: scilicet redargutio. falsum. inopinabile. soloecismus. nugatio. Modi autem arguendi sunt duo. Alij quidem secundum dictionem faci-

unt fantasias. Alij extra dictionem. In dictione sunt sex. scilicet equiuocatio. amphibologia. compositio. diuisio. accent. figura dictionis Extra dictionem vero. vij. scilicet sm accidens. sm quid ⁊ simpliciter. sm ignorantiam elenchi. sm consequens. principiuz petere. non causam vt causam ponere. plures interrogationes vt vnam facere.

¶ De Equiuocatione ⁊ amphibologia. .C. XCII.

Hector. Equiuocatio e deceptio proueniens eo q plura significata vel consignificata latet sub vna voce. Prima species est quando plura significata principaliter latent sub vna voce. vt canis potest sumi pro latrabili vel pro marino Secunda quando sub vna latent plura ita q vnum prius. alterum posterius vt expediens potest accipi pro bono vel pro vtili. Tertia quando sub vna voce latent plura consignificata. sicut diuersa tempora. Uerbigratia. Quicunq sanabatur sanus est. laborans sanabatur. ergo laborans sanus est. non valet. quia si laborans primo significat laborantem tunc: in conclusione vero laborantem nuc. Et dicitur equocatio qsi vocans eque plura. Amphibiologia dicitur ab amphi quod est dubiu. ⁊ bologia quod est sententia. quasi dubia sententia. Fallacia amphibologie e deceptio veniens ex eo q vna ⁊ eadem dictio potest construi cum vno ⁊ eodem diuersis de causis vel cum diuersis dictionibus cum vno ⁊ eodem modo: vt iste est liber aristotelis. potest hec dictio aristotelis regi ex vi autoritatis. vel ex vi possessiois. Similiter hec est duplex. quicquid videt hoc. hoc videt: eo q li hoc potest teneri nominatiue vel accusatiue. Cum diuersis dictionib9. vt volo te eacida romanos vincere posse. li te potest regi de li vincere. vel de li posse similiter impossibile est aliud q asinum genuisse te. Item alio modo proueniunt equiuocatio ⁊ amphibologia. eo q dictio vel oratio transitiue potest sumi.

¶ De Compositione ⁊ diuisione. .C. CXIII.

Secundum compositionem ⁊ diuisionem sut syllogismi sophistici quotiens in oratione accidit potentialis multiplicitas: eo q aliqua dictio possit componi cum diuersis. Ex hoc patet diuersitas ad paralogismos amphibologie. qa in illis est multiplicitas ex diuersa ordinatione vnius cum vno. Et notandum q in huiusmodi orationib9 est duplex copositio. ⁊ similiter diuisio. essentialis Una scilicet quando componitur dictio cum eo cuz quo magis nata est componi. Et iuxta hanc accipitur diuisio essentialis. Alia est compositio accidentalis. quado. s. fit copositio alicuius cum aliquo cuz quo minus nata est componi. Et iuxta hanc similiter accipit diuisio accidentalis. Item sm compositionez proprij fiunt paralogismi quoniam in oratione possunt esse plures sententie ex diuersa compositione alicuius cum diuersis. ita q in compositione essentiali fit falsitas: ⁊ in diuisione eidem respondente (que sm rem compositioni accidentali est eadez) fit veritas. Iuxta quod dicit aristoteles vbi fallit compositio: ibi soluit diuisio. ⁊ econuerso. Unde dicebant antiqui q copositio nihil aliud est q diuidendoru falsa coniunctio. Diuisio vero componendorum falsa separatio. Itaq sm diuisione proprie paralogizatur. quando in oratione est dicti multiplicitas. ita q accidentalis diuisio ibidem ponat veritatem. essentialis compositio falsitatem. Et ab hac essentiali compositione dicitur oratio composita: ⁊ non ab alia. similiter a diuisione essentiali dicitur oratio diuisa. Secundu compositionem ponit aristoteles tres paralogismos. Primus fit eo q participium gratia cocomitantie intellecte potest ordinari cum diuersis verbis sic. Quecunq possibile est ambulare. possibile est vt ambulet. possibile est sedentem ambulare. ergo possibile est vt sedendo ambulet. Minor multiplex est si coposita falsa. diuisa est vera. distinguitur tamen communiter de re vera: de dicta falsa. Secundus fit eo q aliquod aduerbium possit componi cum vno verbo vel ab illo diuidi. ⁊ componi cum alio. vt hic: quod scit aliquis nunc didicit: sed magister litteras nunc scit. ergo nunc didicit. non valet. prima enim duplex est. diuisa vera. composita falsa. Nam hec dictio nunc magis nata est componi cuz hic verbo didicit. eo q adiectiuum debet precedere suum substantiuu Tertius fit eo q nota exclusionis possit componi cum diuersis verbis. vt hic. qd vnu solu pot ferre non pot plura ferre. hec dictio solu potest facere exclusionem suaz respectu eius quod est posse vt eidez componatur. ⁊ sic est composita falsa: vel respectu eius qd est ferre. ⁊ sic est vera diuisa. Scdm diuisionem proprie fiunt paralogismi quando aliqua huiusmodi oratio conceditur composita: ⁊ infertur tanq diuisa: ⁊ proueit vno modo eo q dictio copulatiua vel disiunctiua potest copulare dictiones, vel orationes. Sm quem sic paralogizatur. Quecuq sunt duo ⁊ tria sunt paria ⁊ imparia. quinq sunt duo ⁊ tria. ergo ⁊c. Scdo modo eo q participium possit coniungi cum diuersis nominibus: vt h. Ego posui te seruum entem liberum. entez potest coniungi huic nomini seruum: ⁊ sic est vera coposita: q priori nomini natum est plus componi. vel ab eodem diuidi sic est falsa diuisa. Tertio modo hoc idem contingit quado aliquod nomen cum alio nomine potest coniungi vere. vel ab eodem diuidi false: vt hoc nomen centum in exemplo aristotelis. centu qnquaginta virorum relinquit achilles. Itaq sm diuisionem potest fieri paralogismus. quoties ab coniunctim dato: infertur diuisim ⁊ econuerso. sm compositionez sic. Iste est bonus ⁊ est clericus. ergo est bonus clericus. ⁊ econuerso potest argui similiter sm diuisione ⁊ ad hec omnia docet aristoteles simul soluere. s. vt si concludatur diuisim: dicendum est quonia coniunctim cocessuz fuit ⁊ ecouerso.

¶ De Accentu ⁊ figura dictionis. C. XCIIII.

Secundum accentu fiunt paralogismi quoties aliqua diuersimode potest accentuari ex eo sequit diuersitas significatiois. s. quando pot accentuari vt dictio vel oro: vt hec vox metuo: ⁊ hec vox vniuoce: aut aliqua sub diuerso accentu pferri. s. longo vel breui: vt pendere: aut etia cu aspiratioe vel sine: ex quo resultant diuerse significatioes. Figura dictiois e silitudo dictiois ad dictione qtu ad modu significandi. ppter qua earu significata vt eade interptant. Est aut figura dictionis qda intrinseca queda extrinseca. Intrinseca est silis terminatio dictionis cu dictoe. Extrinseca e suppositio vel copulatio eiusde. vn hec fallacia est deceptio pueniens ex silitudine dictionis. Huius tres sunt spes principales. Prima vt ex sili translatioe dictiois. vt hic. Qualiscuq terminatiois est missa talis est poeta: sed missa est feminini generis. ergo poeta. Scda puit ex mutatioe pdicamenti. ⁊ hoc est qn vnu predicamentu omutatur in aliud. Uel aliqua species vnius predicamenti in alia eiusdez. vt hic. Quanti hoies sunt in hac domo sunt in illa. sed dece sunt in hac ⁊c. Tertia prouenit ex variata suppositione. vt hic. homo est dignissima creaturaru. sortes est ho. ergo ⁊c. Uel tertia spes dicit vniuocatio que prouenit quotiens interptat quale quid vt hoc aliqd siue comune vt singulare. sic coruscus est alter ab hoie. ⁊ coruscus9 est ho ergo coruscus9 est alter a se. vel sic ho est spes. sortes est ho. g sortes est species. Ad huc modu reducunt palogismi i qb9 fit pcessus a cofusa suppositoe ad determinata. vel ab imobili ad mobile.

¶ De Fallacia accidetis. ⁊ sm qd ⁊ simplicit. .C. XCV.

Sequitur de locis sophisticis extra dictionez qui predicti sunt septem. Et primo de accidente quod no sumitur hic pro accidente in predicando vel in essendo. sed pro accidente in consequendo: vnde potest dici medium accidentale ad inferenduz hoc de hoc Fiunt autez paralogismi sz accidens: eo q quidlibet assignat inesse rei subiecte ⁊ accidenti ⁊ ecouerso: quod non est necesse. s. q que insunt predicatis inesse subiectis: ⁊ hoc diuersimode exponitur scilicet in prima figura ⁊ in tertia. quia in prima maior extremitas est attributum. medius terminus dicitur accidens. minor extremitas res subiecta. vnde sensus est quando quidlibet. i. maior extremitas attribuitur primo medio termino. i. accidenti. in conclusione vero minori extremitati. i. rei subiecte. Quod patet sic. Ab homine coruscus est alter. ipe est homo. ergo est alter a se. Maior extremitas. i. alteru attribuit corusco respectu hois: ⁊ ita respectu accidentis. In conclusione vero respectu suiipsius. ⁊ ita respectu subiecti. similiter hic homo est species. sortes est homo. ergo ⁊c. esse speciem primo attribuitur homini taqua accideti: in conclusioe vero sorti tanqua rei subiecte. In tertia figura sic. Quando quidlibet. i. maior extremitas attribuit medio. i. rei subiecte ⁊ minori. i. accidenti. Quod patet sic. coruscus cognoscit a te: ⁊ coruscus est veniens. ergo veniens cognoscit a te: na cognitio primo attribuit corusco tanqua rei subiecte. in conclusione vero venieti tanq accidenti. similiter in his. Iste canis est tuus. ⁊ est pater. ergo e tuus pater. no valet quia esse tuu primo attribuit cani tanq rei subiecte. in conclusione vero patri tanq accideti. In scda aut figura fit deceptio eo q ea que vni ⁊ eide sunt eade. credimus inter se esse eade. vt hic. fel e rubeuz. mel est rubeum. ergo mel est fel. Secundu quid ⁊ simpliciter sunt paralogismi quotiens aliqd sumptu sm parte improprie sumptam vt simpliciter concludit. Et dicit aliqd sumi sm parte improprie sumpta. quado huiusmodi pars non ponit suu totum. sicut homo mortuus no ponit homine albu dentes: no ponit albuz. sz crispus caput ponit crispu simpliciter. vnde per aliqd tale no est paralogizare. sed

ſm partē ſolūmō improprie ſumptā. ⁊ hoc pōt fieri iuxta partē ſubiectiuā ſic. Ceſar nō eſt. ⁊ eſt opinabile. ergo eſt qȯ non eſt. vel iuxta partē integralē ſic. Indus eſt niger. ⁊ eſt albus dentes. ergo ē albus ⁊ niger. Uel iuxta partē in tēpore ſic. Comedere carnes eſt bonū. in die veneris eſt malū ergo eſt bonū ⁊ malū. Uel iuxta partem in loco ſic. Mactare patrē eſt malū. in triuanis eſt bonum ergo ⁊c. Uel iuxta partē in modo. vt dicaꝛ pars in modo nomē determinās aliud nomē. ſic. hoc eſt bonū. ⁊ eſt malū egro. ergo ⁊c. vel ſic. Diuitie ſunt bone. non bene vtenti ſunt male. ergo ⁊c. ſm hunc locū fieri dicanꝛ hmōi ꝑalogiſmi. ego dico falſum. ergo veruꝫ eſt me dicere falſum. ⁊ dico hoc. ergo dico verū. Et ſoluit ariſtoteles dicens. qꝛ hoc dicēdo falſus eſt ſimpliciter verus aūt quo. ⁊ cōcludiꝛ verꝫ ſimplr.

De Ignorantia elenchi. ⁊ petitione principij. ⁊ conſequente. .C. XCVI.

SEcundum ignorantiam elenchi fiunt paralogiſmi. eo ꝙ ignoraꝛ ſiue omittitur ratio elenchi. Et dicitur elenchus ab ariſtotele contradictio vnius ⁊ eiuſdem. nō nominis tantum ſed rei ⁊ nominis. non ſinonymi ſed eiuſdem ex his que data ſunt de neceſſitate. non connumeratio quod eſt in principio. ſm idē ad idē. ſimiliter ⁊ in eodē tēpore. Fiūt ergo huiuſmodi paralogiſmi ex obmiſſione huius diffinitionis. ⁊ proprie defectū huiuſmodi differētiaꝝ. ſm idē. in eodē tpe: ad idē ſimiliꝛ. ſic duo ſunt duplum vnius. ⁊ nō ſunt duplū triū. ergo ⁊c. non valet. qꝛ in premiſſis poniꝛ affirmatio ⁊ negatio nō ad idē. ⁊ inferꝛ vt ad idē quare ignoraꝛ elenchus. hoc eſt duplū huic ſm longitudinē. ⁊ nō eſt duplū ſm latitudineꝫ. ergo duplū eſt ⁊ non duplum. ⁊ patet reſponſio. quia in premiſſis ſumiꝛ affirmatio ⁊ negatio non ſm idē quare non ſumitur vera contradictio. ſortes currit in a ⁊ non currit in b. ergo ⁊c. De petitione principij notandum eſt ꝙ principiū nihil aliud eſt hic q̄ꝫ principale propoſitum quod debet probari. Fiunt ergo paralogiſmi ſm hoc quādo ad probandū aliquid ſumitur idē ſiue aliquid minus notuꝫ. Et hoc quinqꝫ modis. vt diſtinguitur in. viij. topicorum. quod iam ſupra poſuimus. Secundū conſequēs vt dicit ariſtoteles fiunt paralogiſmi eo ꝙ credimus conſequentiā conuerti. que nō conuertiꝛ Et hoc fit dupliciꝛ qn̄. ſ. ꝓcediꝛ a ſupiori ad īferi⁹ affirmādo. vel ab īferiori ad ſuperius cū negatione. fit ꝯſequēs. In rhetoricis ſimiliꝛ paralogizaꝛ ſm ꝯſequēs: qn̄ aliquid cōſequēs vt in pluribus: accipiꝛ vt conſequens in oībus: ſic iſte eſt comptus. ergo eſt adulter. tn̄ poteſt reduci ad aliquē modū predictū iſte proceſſus.

De Fallacia ſm non cauſam vt cauſam. C .XCVII.

SEcundum non cauſaꝫ vt cauſaꝫ fiunt paralogiſmi (vt dicit ariſtoteles) eo ꝙ ꝓpoſitio nō cauſa. hn̄s tn̄ ꝯuenientiā cū illis que ſūt cauſe. vt cauſa ſumiꝛ. ⁊ velut ꝓpter eam fiat cōcluſio interimiꝛ. ſic Aīa ⁊ vita ſunt idē. mors ⁊ vita ſunt ꝯtraria. generatio ⁊ corruptio ſunt ꝯtraria. ſed mors eſt corruptio. ergo vita eſt generatio. ergo viuere eſt generari. ſed hoc eſt īpoſſibile. nō ergo aīa ⁊ vita ſunt ideꝫ. Itaqꝫ in huiuſmodi ſyllogiſmis ad impoſſibile in quibus interimiꝛ aliqua premiſſarū maxime accidit hec fallacia. ⁊ q̄ꝫtū ad vltimam cōcluſionē. vn̄ dicit ariſtoteles ꝙ hmōi ꝑalogiſmi non ſunt ſimpliciter inſyllogizati. ſed ad ꝓpoſitum. Scdm plures interrogationes fiunt ꝑalogiſmi. eo ꝙ interrogatio plures vt vna accipiꝛ. ⁊ daꝛ reſpoſiua vna tn̄. cū deberēt plures dari. ſic demonſtratꝭ duob⁹ quorū vnum ſit bonum alterum malū. putaſne iſta ſunt bona vel nō. ſi ſic ergo hoc eſt bonum demonſtrato malo. ſi non ergo hoc eſt malū: demonſtrato bono. Cum prima enim interrogatio ſit plures: plures debent dari rn̄ſiones. vt hoc quidē bonū aliud auteꝫ malum. vn̄ cum detur vna rn̄ſio ꝓuenit inde deceptio. Differt autē enūciatio plures. ⁊ interrogatio plures: qꝛ diciꝛ enūciatio plures a pluralitate rerū enunciatarū. qn̄. ſ. enunciant plura de plurib⁹ ex q̄bus nō fit vnū. vel plura de vno vel vnū de pluribus. Ab eodē diciꝛ interrogatio plures. ⁊ ꝑter hoc ab actu interrogandi. vn̄ ſi dicaꝛ oīs homo currit. vna eſt enunciatio ſiue propoſitio. ſi aūt interrogeꝛ. fiet interrogatio plures. ⁊ hoc ab actu interrogandi eſt. cū eideꝫ debeanꝛ rn̄ſiones plures. vnde ꝓuenit hec fallacia cū ad hmōi interrogationes plures vel enunciationes plures. daꝛ vnica res. ſimpliciter negando vel ſimpliciter affirmando ad qȯ ſequiꝛ inconueniens.

De Solutione paralogiſmorum. C. XCVIII.

ARiſtoteles in elenchis. li. ij. Scire autem paralogiſmorū ſolutiōes ad duo valet primo quidē ad phīam deinde ad glīam. vel apparentē ſapientiā. ſ. vt videaꝛ homo circa oīa exercitatus eſſe. ⁊ in nullo inſcius ſe hre. Ad phīaꝫ aūt dupliciter. i. vt homo ſciat quot mōis vnūqḋqꝫ dicatur. ⁊ que ſilr in rebus accidunt ⁊ in noībus. ⁊ vt non facile ab alijs paralogizetur. alioquin ⁊ a ſeipſo frequenter hoc ipſum patietur. Actor. Modus aūt ſoluendi paralogiſmos eſt vniuſcuiuſqꝫ fallaciam ſiue locū ſophiſticū aſſignare ⁊ in cōſequentiam cōcluſionis oſtendere ſicut iaꝫ ſupius tactū ē ex viij. libro topicoꝝ. in caplō de falſa oratiōe. Hec igiꝛ ad pn̄s de arte ſophiſtica breuiter dicta ſufficiant. Nunc iam ad ea tranſeundum eſt que ex partibus logice iuxta diuiſionē alphorabij reſtāt. ad rhetoricam ſcilicet ⁊ poeticam Et primo de rhetorica diſſerendum.

De Arte rhetorica. C. XCIX.

De dignitate Rhetorices ſm Tullium.

RHetorices dignitatem ⁊ excellentiam ne ſilentio pretereamus. Marci ciceronis teſtimoniū afferamus: in primo de oratore ita inquientis. Quid eſt enim taꝫ admirabile q̄ꝫ ex infinita multitudine hominum vnum exiſtere: qui id quod omnibus natura datum ſit vel ſolus vel cum perpaucis facere poſſit: Aut tam iocundum cognitu atqꝫ auditu q̄ꝫ ex ſapientibus ſententijs: grauibuſqꝫ verbis: exornata oratio atqꝫ polita. Aut q̄d eſſe poteſt in ocio iocundius: q̄ꝫ ſermo facetus ⁊ nulla in e rudis. hoc eniꝫ preſtamus vel maxime feris ꝙ colloquimur inter nos: ⁊ ꝙ exprimere īter nos ſenſata poſſumus. Ob quam rem quis hoc iure miretur ſummeqꝫ in eo laborandum eſſe arbitretur: vt quo vno homines maxime beſtijs preſtēt: in hoc hominibus ipſis antecellat: arte ⁊ vſu qui omnium magiſtrorum precepta ſuperat ac ne plura que pene ſunt innumerabilia conſectemur breui cōprehendamus. Sic eniꝫ ſtatuimus perfecti oratoris moderatione ⁊ ſapientia non ſoluꝫ ipſius dignitatem ſed ⁊ priuatorum ⁊ plurimorum ⁊ vniuerſe reipub. ſaluteꝫ maxime c contineri.

De Diffinitione rhetorice.

ISidorus vbi ſupra. Rhetorica eſt bene dicēdi ſcīa ī ciuilib⁹ q̄ōnib⁹ ad ꝑſuadēdum iuſta ⁊ bona in rerū ꝑſonarūqꝫ negocij cā. Dicta ē aūt rhetorica grece a copia locutionis. Rheſis eniꝫ apȯ grecos locutio dicitur. Rhetor orator. Differunt autem Rhetorica color: ⁊ eloquētia vt ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹. Unde Rhetorica eſt ars exornandi ſententias ſeu dictiones ſiue fuerunt vocetenus expreſſe ſiue ſubintellecte. Quia Rhetor ſiue exercet artem ſiue non ſemper dicitur habere rhetoricam. Sed color eſt cum verba in debita voce vnita ⁊ cum hoc vocetenus prolata per debitos modus ⁊ tāq̄ꝫ colores depinguitur. Sed eloquentia dicitur ſolum ars ſiue conceptualis ſiue mentalis non tamen ad hoc vocetenus vel verbotenus expreſſa ⁊ ergo vbicunqꝫ eſt calor ⁊ eloquentia ibi eſt rhetorica ⁊ non econuerſo. Boetius in topicis. Quarto. libro. Differt autem rhetorica a dialectica: qꝛ dialectica tm̄ theſim cōſiderat. i. queſtionē ſine circunſtantijs. Et ſi quādo has ad diſputationē ſumit nō principaliter quidē: ſꝫ omneꝫ eius vim ad theſim de qua diſſerit trahit. Rhetorica vȯ de hipotheſib⁹ id eſt queſtionibus circūſtantiarū multitudine īcluſis tractat ac diſſerit. ⁊ ſi qn̄ theſim aſſumpſerit ad hipotheſim trahit. Circūſtantie aūt iſte ſunt: q̄s quid vbi. quibus adminiculis. cur quō. qn̄. Itē dialectica īterrogatione ac reſponſione cōfecta eſt. Rhetorica vȯ rem proprietatis continua oratione decurrit. Rurſum perfectis ſyllogiſmis vtiꝛ dialectica. rhetorica vero enthymematū breuitate ꝯtēta eſt. Iteꝫ rhetor preter aduerſariuꝫ habet iudicem. qui inter vtroſqꝫ diſceptet. Dialectico vero ille reſponſionem quaſi ſententiam fert. qui aduerſarius ſedet. Omnis itaqꝫ earum differentia vel in materia. vel in vſu. vel in fine conſtituta eſt. fine dico: quia hec quidem iudici perſuadere. illa verȯ que vult ab aduerſario extorquere conatur.

De Oratore ⁊ eius inſtitutione. C. C.

INſtrumentū rhetorice facultatis eſt orator que in ciuili queſtione verſatur ⁊ continue decurritur. huius effector eſt orator: cuius officiuꝫ eſt dicere appoſite ad perſuaſionē Finis vero duplex. in ipſo. ſ. benedixiſſe. in altero vero perſuaſiſſe. Idorus vbi ſupra. Orator autem eſt vir bonus dicendi peritus. vir bonus conſiſtit natura. moribus. vita. artibus. Dicendi peritus conſiſtit artificioſa eloquentia. que cōſtat partibus. v. ſcilicet inuentione. diſputatione. memoria. pronunciatione. ⁊ fine officij. quod eſt aliquid perſuadere. Ipſa autem peritia dicendi in tribus rebus

sistit. s. natura. doctrina. vsu. Natura ingenio. doctrina sciētia vsu assiduitate. hec sunt enī q̄ nō solū in oratore: sʒ in vnoquoqʒ hoīe artifice expectant̄. vt aliq̄d efficiat. Quintilianus in libro de oratoria institutiōe libro pmo. Ante oīa futurus orator cui in maxima celebritate ꝛ in media republica viuēdū est. assuescat iā a tenore non reformidare hoīes. nec solitaria vita palescere. Excitāda est mēs ꝛ attollēda semp. q̄ in hmōi secretis aut languescit. ꝛ quedaʒ velut in opaco situ ducit. aut cōtra inani psuasiōe languescit. necesse ē enī si bi plurimū tribuat. q̄ se nemini cōparat. Consuetudo est certissima loquēdi mgr̄a. vtendūqʒ plano sermone est: vt nūmo cui publica forma ē. vsitatis enī tutius vtimur noua verba nō sine periculo fingimus. Idē in scdo. Multo labore. assiduo studio. varia exercitatiōe. plurimis experimētis. altissima prudētia. presentissimo cōsilio cōstat ars dicēdi. Persuadet aūt ꝛ pecunia ꝛ gratia ꝛ autoritas ꝛ dignitas dicētis. Postremo etiaʒ aspectus ipse sine voce. Tullius in libro de oratore. Memoria est thesaurus oīum rerū: qui nisi custos inuētis cogitatisqʒ reb⁹ adhibeat̄: oīa (etiā si preclara fuerint) in oratore sunt peritura. In hoc autem maxime bestijs precellimus q̄ inter nos loq̄mur: ꝛ sensa verbis exprimere possumus. Quis ergo hoc iure nō miret̄. ꝛ in eo laborādū esse arbitret̄. vt quo hoīes maxime bestijs. in hoc hoībus ipsis antecellāt. ingeniū aūt propter celeres motus ꝛ vberes ad cogitandū ꝛ loquēdū maximā viʒ affert ad operādū. Porro q̄cq̄d est in quo in dicendo offendit̄. istud etiā ea que laudāda sunt obruit. Qui etiā optime dicit. maxime dicendi difficultatē. variosqʒ euētus orationis. expectationēqʒ hoīum pertimescit. qd̄ in multis aduertere soleo. ꝛ in meipso etiā sepissime expertior. vt exalbescā in principijs dicēdi. ꝛ tota mente atqʒ artubus oībus cōtremiscā. Idē in rhetorica scda. Oportet aūt in oratore esse inuentionē. dispositionē. eloquutionē. memoriā. pronunciationē. Inuentio autē in sex partes orationis consumit̄. s. exordiū. narrationem. diuisionem ꝛc̄. De quibus infra.

De Partibus orationis rhetorice. .C. CI.

Isidorus vbi supra. Partes orationis in arte rhetorica quattuor sunt. s. exordiuʒ. narratio. argumentatio. cōclusio. Haruʒ prima auditoris aīum prouocat. scda res gestas explicat tertia fidē assertionib⁹ facit. quarta finē totius orationis cōplectit̄. Inchoandū est itaqʒ taliter vt beniuolū docilē vel attentū auditorē faciamus. beniuolū predicādo. docilē instruēdo. attētū excitādo. Narrādū est itaqʒ vt breuiter atqʒ aperte loquamur. Argumētāduʒ est vt primū nostra firmemus. de hic aduersa cōfringamus. Cōcludēduʒ est ita: vt cōcitemus animos audiētis implere que dicimus. Tullius in rhetorica prima. Partes orationis rhetorice sūt sex. s. exordiū narratio. partitio. ɔfirmatio. reprehēsio. cōclusio. Exordiū est oratio aīum auditoris idonee cōparās ad reliquā dictionē. qd̄ eueniet si eū beniuolū attētū docileqʒ fecerit. Beniuolētia quattuor ex locis cōparat̄. s. ex nostra. ab aduersariorū. ꝛ a iudicū psona. ꝛ a causa ipsa vnde agit̄. Attētos auditores facimus si ea q̄ dicturi sumus noua ꝛ magna ꝛ vtilia demonstramus esse. ꝛ nos breuiter causam nostrā expositituros pollicemur. Dociles eos facimus: si apte ac breuiter summā cause exponimus. Cūqʒ docilē velis facere simul ꝛ attentū facere oportet. Nā is maxime docilis est. q̄ attētissime audire patus est. Narratio ē reꝝ gestaꝝ. aut vt gestaꝝ expositio. quaʒ oportet habere tria. s. vt sit breuis. ꝛ pbabilis ꝛ aperta. Multos āt imitatio breuitatis decipit. vt cū breues se esse putēt. longissimi sint cū dent operā vt multas res breuiter. nō vt paucas dicāt. Partitio illustrem ꝛ perspicuaʒ totam facit orationē. Huius partes sunt due. vna que quid cum aduersarijs conueniat. ꝛ quid in contrauersia relinquatur. ostendit ex qua certum quiddam designatur auditori. in quo animum debeat habere occupatum. Altera in qua earū rerum de quibus dicturi sumus: breuiter expositio ponitur distributa. ex qua conficitur: vt certas res animo teneat auditor. quibus dictis intelligat fore peroratum. Et hec debet habere tria. scilicet absolutionem. ꝛ breuitatem ꝛ paucitatem. Cōfirmatio est per quā argumentando nostre cause fidem ꝛ autoritatem ꝛ firmamentum adiungit oratio. Reprehensio est per quā argumentando aduersariorum confirmatio diluitur. aut infirmatur aut alleuiatur. Cōclusio totius est orationis exitus ꝛ determinatio.

De Rebus expectandis. .C. CII.

Idem vbi supra. Uerū expetendaꝝ tria sunt genera. vnum quod sua vi nos allicit ad se. nō emolumēto aliquo captās. sʒ sua dignitate trahens vt virtus sciētia veritas. Aliud qd̄ non propter suā vim ꝛ naturam: sed propter fructum ꝛ vtilitatem petendum vt pecunia. Tertium est hoꝝ partibus iunctuʒ. sʒ qd̄ ꝛ sua vi ꝛ dignitate nos ducit. ꝛ per se quandā vtilitatem gerit: ex quo magis expectatur vt amicitia. In primo genere sunt honesta. i scdo vtilia. in tertio ea q̄ sunt honestatis partem continent. partem vtilitatis: sed in melioreʒ partem vocabuli conferant̄. ꝛ honesta nominentur. Ex his conficitur vt appetendarum sint partes honestas ꝛ vtilitas. vitandaruʒ autem turpitudo ꝛ inutilitas. Honesti aūt partes due sunt. quaruʒ altera simplex. altera iuncta. id est vna propter se ex toto appetit̄: altera ex aliqua parte propter se. ex altera propter vtilitatis fructum. In primo genere oēs res vna vi atqʒ vno nomine virtus amplectit̄. Nam virtus est habitus animi nature modo rationi cōsentaneus. Et habet quattuor partes. scilicet prudentiam. iusticiā. fortitudineʒ temperantiaʒ. Prudentia est rerum bonarum ꝛ malarum scientia. Justicia est habitus animi cōmuni vtilitate conseruata: suam cuiqʒ tribuens dignitatem. Fortitudo est considerata periculoꝝ susceptio: ꝛ laborum perpessio. Temperantia est rationis in libidineʒ atqʒ in alios non rectos impetus animi firma ꝛ moderata dominatio. Hec omnia propter se solum (vt nihil addat̄ emolumenti) petenda sunt. Propter se auteʒ vitanda sunt non modo ea que his cōtraria sunt: vt fortitudini ignauia. iusticie iniusticia. veruētiam illa que propinqua ꝛ finitima esse vident̄. Unicuiqʒ enim virtuti finitimum vitiuʒ reperitur. vt audacia fidentie. pertinatia perseuerantie. superstitio religioni ꝛ huiusmodi. In secundo autem genere honesti scilicet qd̄ partim dignitate sui partim vtilitate nos alicit. sunt hec gloria. dignitas. amplitudo. amicitia. Gloria est frequens fama de aliquo cum laude. Dignitas est alicuius honesta ꝛ cultu ꝛ honore ꝛ verecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentie vel maiestatis vel aliquarum copiaruʒ magna abundantia. Amicitia est voluntas erga aliquem bonaruʒ rerum illius ipsius causa quem diligit cum pari voluntate. Utilitatis auteʒ due sunt partes. scilicet incolumitas ꝛ potentia. Incolumitas est salutis tuta atqʒ integra conseruatio. Potentia est ad sua conseruanda. ꝛ alterius obtinenda idonea rerum facultas.

De Generibus causarum. C. CIII.

Idem in rhetorica secūda. Tria sunt genera causaruʒ que recipere debet orator. scilicet demonstratiuum. deliberatiuum. iudiciale. Demonstratiuum est quod tribuit̄ in alicuiuʒ certe persone laudem vel vituperationem. Deliberatiuū est positum in consultatione qd̄ habet in se suasionem ꝛ dissuasionē. Judiciale est qd̄ in controuersia positum est. qd̄ habet accusationē aut petitionem cum defensione. Isidorus vbi supra. Deliberatiuū genus est in quo de quibus libet vtilitatibus vite quid aut debeat aut non debeat fieri tractat̄. Demonstratiuū in quo laudabilis persona aut reprehēsibilis ostenditur. Judiciale in quo de ipsius persone facto aut pene aut premij sententia datur. Deliberatiuum genus duplex est. suasio ꝛ dissuasio. Suasoria autem in tribus locis diuiditur. honesto vtili ꝛ possibili. Demonstratiuum duas habet species laudem ꝛ vituperationē laudis ordo tribus tēporibus distinguitur ante ipsum in ipso post ipsum. Pari ordine econtrario ꝛ in vituperatione hominis hec forma seruanda est ante ipsum hominem in hominem. post homineʒ.

Boetius vbi supra. Itaqʒ demonstratiuum genus finem habet honestum ꝛ bonum. Deliberatiuum vtile vel honestum. Judiciale vero iustum. Isidorus vbi supra. Species causaruʒ sunt quinqʒ id est honestum. admirabile. humile. anceps. obscurum. Honestuʒ cause genus est cui statim sine orōne nostra fauet animus auditoris. Admirabile est. quo attentus fit animus eoꝝ qui audituri sūt. Humile est qd̄ negligit̄ ab auditore ꝛ non magnopere attendendū videtur. Anceps est in quo aut iudicatio dubia est aut causa honestatis ꝛ turpitudinis particeps. vt ꝛ beniuolentiam pariat ꝛ offensam. Obscuruʒ in quo aut tardi auditores sunt: aut difficilioribus ad cognoscendum negocijs causa cernitur implicata.

De Statibus rhetoricis. C. CIIII.

Status apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit. id est constitutio fit auteʒ ex intentione ꝛ depulsione. Status auteʒ causaruʒ duo sūt rōnalis. ꝛ legalis. De rōnali orīunt̄ ɔiectura. finis. qualitas. translatio. De fine iudicialis ꝛ negocialis. de iudiciali absoluta ꝛ assumptiua. de assumptiua concessio remotio criminis. relatio criminis comparatio. de concessione purgatio ꝛ deprecatio. Item ex legali statu hec orīunt̄. id est scriptum. ꝛ voluntas. legis contrarie ambiguitas. collectio siue rōcinatio. ꝛ diffinitio legalis. Boeti⁹ vbi supra. Rhetorica q̄dē inest specieb⁹ spēs aūt causis. Causa est cōtrouersia alia constitutione formata. causarū vo ptes status esse

dicuntur.quos etiā constitutiones aut questiones nominare licet. Oēs aūt rhetorice questiones aut in alicuius scripti ɔtrouersia verſanť.aut preter scriptū ex re ipsa sumūt ɔtentionis exordiū. In scripto quinq̧ modis fiunt. Primus modus est:cum hic scriptoris verba defendit:ille sniam.⁊ hic dicit̄ scriptū.Secūdus cū inter se leges quadā contrarietate dissentiunt.⁊ dicit̄ status legis contrarie. Tertius cū scriptū de quo contendit̄ sententiā claudit ambiguā.⁊ hic dicit̄ ambiguitas. Quartus cū ex eo qd̄ scriptū est.aliud nō scriptū itelligit̄.⁊ h̄ ratiocinatiuˀ syllogisinˀ dr̄.qm̄ h̄ ꝑ rōcinationē ⁊ quādā syllogismi cōsequentiā inuestigat̄. Quintus cū sermo scriptus est:cuius nō facile ius ⁊ natura clarescit.nisi diffinitiōe detecta sit. hic vocat̄ finis in scripto. Earū vero que pręter scriptū in ipsaꝝ rerū contentiōe posite sunt.he differentie.s.an sit.quid sit.quale sit.pma dicitur coniecturalis questio.scđa finita cōstitutio.tertia generalis qualitas.in qua tn̄ ⁊ qualitatis ⁊ quātitatis cōparationis versatur ratio.hec aūt in duas partes distribuit̄. Aut enī in preteritū querit̄ de qualitate ꝓpositi.⁊ hec dicit̄ questio iudicialis. Aut in presens vel futurū.⁊ hec negocialis. Judicialis in duas partes diuidit̄. aut enī in ipso facto ius defensionis inest ⁊ hec absoluta qualitas dicit̄ aut extrinsecus assumit̄.⁊ hec assumptiua questio dicit̄. Sꝫ hec in quattuor partes dirimat̄.aut enī ɔcedit̄ crimē:aut remouet̄.aut refert̄.aut cōparat̄. Cōcedit̄ qdē cū nulla introducit̄ facti defensio.sꝫ venia postulat̄. Qđ fit duplicit̄.s.aut deprecādo.si nihil accusationis attuleris.aut purgādo deprecaris. Purgatio aūt fit cū facti culpa his ascribit̄:quibˀ obsisti nō possit:nec tn̄ persone sint. id enī in aliā cōstitutionē cadit. Sūt aūt hec imprudentia.casus.necessitas. Remouet̄ crimē:cū ab eo qui incessit̄ in aliū transfert̄. Et hoc dupliciter.s.remouēdo causam vel factū.causa remouet̄.cū aliena potestate aliqd̄ esse factū ostendit̄.factū vero cū alius aut potuisse aut debuisse facere demonstrat̄. Et hec maxime valent cū talis in nos intendit̄ actio qd̄ nos id fecerimus:qd̄ fieri nō oportuit. Refertur crimē.cū in aliquē iuste cōmissum esse facinus ostendit̄.eo ꝙ is iniurius sepe fuerit ⁊ id pati meruit. Cōparatio fit cū propter meliorē vtilioremve rē factū qđ aduersarius arguit cōmissum esse defenditur. Horum autem omnium sunt proprie differentie ac diuisiones minutissime.que in rhetorum libris diligentius continentur.

¶ De Syllogismis rhetoricis. .C. CV.

Isidorus vbi supra. Syllogismus grece latine argumentatio appellatur. Argumētatio aūt dicta est quasi argute mentis oratio.qua inuentū probabile exequit̄. Syllogismus igit̄ est propositionis ⁊ assumptionis ɔfirmatiōisq̧ extrema cōclusio.aut ex ambigētis incerto.aut ex fiducia cōprobantis. Cōstat enī tribus partibˀ propositiōe:assumptiōe.conclusiōe. Syllogismorū apud rhetores principalia genera duo sunt.iductio ⁊ ratiocinatio. Inductio est q̄ rebus nō dubijs captat assensionē eius cū quo instituta est: siue inter phōs:siue inter rhetores siue inter sermocinantes. Inductionis mēbra sunt tria:prima propositio.secunda illatio.que ⁊ assumptio dicit̄.tertia ɔclusio.propositio inductionis est que similitudines cōcedende rei necessario vnius inducit aut pluriū. Illatio inductionis est que rem de qua contendit introducit. Conclusio que aut concessionem illationis confirmat.aut quid ex ea cōficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio qua id de quo est questio cōprobatur. Ratiocinatiōis modi sunt duo.primus enthymema.qui est imperfectus syllogismus atq̧ rhetoricus. Secundus epichirema:qui est in rhetoricis latior syllogismus. Enthymematis mēbra sunt quinq̧. primum conuincibile.secundū ostentabile.tertiū sententiale.quartum exemplabile.quintum collectiuū. Sequitur epichirema descēdēs de ratiocinatione latior executior rhetoricis syllogismis.latitudine distans ⁊ productione sermonis a dialecticis syllogismis. propter quod rhetoribus datur. Hic autē cōstat tribus modis.primus modus tripartitus est.secundus quadripartitus. tertius quinq̧partitus.tripartitus epichirematicus syllogismus est:qui constat membris tribus.i.propositione.assumptione conclusione. Quadripartitus est:qui constat ex membris quattuor.prima expositione. secunda assumptiōe.⁊ vna propositionis siue assumptiōis coniuncta. tertia probatione ⁊ conclusione. Quinq̧partitus itaq̧ est.qui constat ex membris.v.id est.prima propositione.secunda eius probatione. tertia eius assumptione.quarta eius probatione.quinta cōclusiōe.

Actor. Auaritia est cupiditas acqrēdi vel retinēdi. Itē auaritia ē immoderatus amor habēdi. s. vltra necessitatē. Itē auaritia est quarūlibet rerū insatiabilis r inhonesta cupido. Philargiria est ꝑ quā appetitu singulari pecunie coacernat. Tull. in tus. li. iiij. Auaritia est opinio vehemens de pecunia qsi valde expetēda sit: inherēs r penitus isita. Idē in li. de offi. ij. Nullū vitiū deterius est auaritia. presertim in principib⁹ r rēpub. gubernātib⁹. hr̄e eni questui rēpu. nō modo turpe est. sed etiā sceleratū r nephariū. Idē in li. de senectute. Auaritia senilis quid sibi velit nō intelligo. Quid eni absurdius esse potest: qꝫ quo minus restat vie: eo plus viatici querere. Ideꝫ in rheto. ij. Auaritia omnē hominē ad quoduis maleficiū impellit. Ualerius li. ix. Auaritia latentiū indagatrix lucrorum manifeste prede vorago auidissima. neqꝫ habendi fructu felix: r querēdi cupiditate miserrima. hec ante oēs. L. septimulij pcordia possedit. q cū. G. gracci familiaris fuisset. caput eius abscidere: ac ꝑ vrbē pilo fixū ferre sustinuit. qꝛ opimius ɔsul auro se id ei repēsurū edixerat. Sūt etiā qui tradant eū liquato plumbo cauatā partē capitis quo ponderosius esset: implesse. Odiosa septimulij auaritia ptolomei vero regis cypriorum risu prosequenda. Nam cum anxijs sordibus magnas opes corripuisset: ac propter eas periturū se videret. Ideo qꝫ omni pecunia nauibus imposita in altū processisset. vt classe perforata suo perirent arbitrio. r hostes preda carerent. aurum r argentum mergere non sustinuit. sed futurum necis sue premium domū reuexit. hic proculdubio non possedit diuitias: sed a diuitijs possessus est. titulo quideꝫ rex insule. animo vero pecunie miserabile mācipium. Ex prouerbijs sapientum. Auarus nisi cū moritur nihil recte facit. auaro quid optes mali nisi vt viuat diu. Inopie parua desunt: auaritie omnia. Nulli auarus bonus est: inopi pessimus. negandi causa nunquam auaro deficit. Item pecunie oportet imperare non seruire. Pecunia si vti scias ancilla est: si nescis domina. pecunia non satiat auarum sed irritat. Recteqꝫ putandus est fortior qui vicerit cupiditates qꝫ qui hostes. Item principiū discordie rc. Require supra. ca. de odio r discordia. Salustius in catilinario Multos pessima ac diuersa inter se mala luxuria atqꝫ auaritia vexant. Auaritia fidem r probitatem ceterasqꝫ bonas artes subuertit r pro his superbiam r crudelitatem: deum negligere: omniaqꝫ venalia habere edocuit. Auaritia pecunie studium habet: quam nemo sapiens amauit vel concupiuit. hec quasi malis venenis imbuta. corpus aīmqꝫ virile effeminat. sp infinita insatiabilis est: neqꝫ copia neqꝫ iopia minuit. Seneca in declamatōib⁹. li. iij. Muliebrium vitiorū fundamentū est auaritia. Idē ad lucilliū epla. lxxiij. Stulta auaritia mortalium ꝓprietatē discernit. nec qcqꝫ suū esse credit qḋ publicum est: at sapiēs nihil magis suū iudicat qꝫ cuius illi cū hūano genere ɔsortiū est. Quintilianus li. viij. Tam deest auaro qḋ hꝫ qꝫ qḋ non hꝫ. Boetius de cōso. li. ij. Indigentiā fugare copia qrimus. at h̄ nobis in ɔtrariū cedit. Idē in li. iij. Nature qdeꝫ minimū. auaritie vō nihil satis est. Sydonius in eplari. li. v. Quidā superbissime opinant solo se censu esse censendos. q sic vitijs vt diuitijs incubāt. Iuste sub iusto principe iacet qui per se minimus: r tamen per sua maximus. aio exiguus viuit r patrimonio plurimus.

Item de eodem sm poetas. C. CXLV.

Prudentius vbi supra. Fert auaritia gremio precincta capaci. Quicquid luxus edax pciosū liqrat vnca. Corripuisse manu nec sufficit amplos. Impleuisse sinus: iuuat isfarcire crumenis. Turpe lucrū ē grauidos furtim distēdere fiscos. Filius extinctū belli sub sorte cadauer. Asperit si forte patris fulgētia bullis Cingula: r exuuias gaudet rapuisse cruentas. Nec parcit propriis amor insatiatus habendi. Pignoribus spoliatqꝫ suos fitis improba natos. Omne hoīum rapit illa genus. s. auaritia non est violentius vllum. Terrarū vitium qḋ tantis cladibus euum. Mundani in uoluat populi dānoqꝫ gehenne. Uñ dicit. Sola quidē rapui qcqd stix abdit auaris. Gurgitibus nobis ditissima tartara debēt. Quos retinent populos: qḋ voluūt secula nostrū est. Qḋ miscent mundū vesana negocia nostrum est. Horatius in li. epist. Semp auarus eget. Ideꝫ in lib. sermonū. Hic nūmos aurūqꝫ recondit. Nescius vti cōpositis: metuensqꝫ velut ɔtingere sacrū. Maximian⁹. Parcis pena est incumbere rebus. Quas cū possideas est violare nefas Efficior custos rerū magis ipse mearū. Conseruans alijs que periere mihi. Querere q nequeo semp retinere laboro. Et semp retinēs nil tenuisse puto. Auri cecus amor natiuū vincit amorē. Ouidius sine tit. li. ij. Querit auarus opes: r que lassauit eundo. Equora: periuro naufragus ore bibit. Idem in li. de arte. ij. Aurea nūc vere sūt secula: plurimus auro. Uenit honor auro cōciliat amor Idem in lib. methamor. Effodiunt opes irritamenta malorū. Iamqꝫ nocēs ferrū ferroqꝫ nocentius aurum. Prodierat: prodit bellū qḋ pugnat vtroqꝫ. Idem in lib. iij. Inopem me copia fecit. Ideꝫ in. xxj. Auarus vix spes ipse suas animo capit. Aurea fingēs. Iuuenalis li. v. Seruorꝫ ventres modio castigat iniquo. Ipse quoqꝫ esuriens: nec enim omnia sustinet vnqꝫ. Muscida cerulei panis consumere frusta. Hesternū medio solit⁹ seruare minutas. Septembri: nec nō differre in tpa cene. Cū furor haud dubius cū sit manifesta frenesis. Ut locuples moriat egenti viuere fato. Interea plena cū turget sacculus ore. Crescit amor nummi quantū pecunia crescit. Magnis pta malis: cura maiore metuqꝫ seruant. Misera est magni custodia census. Tibullius lib. ij. Prebet auaritie cās preciosa potentū Uestis: r e rubro lucida cōcha mari. Claudian⁹ in maiori. Quas male collegit fallacis dextera parenti. Has penis nati dextra refundit opes. Galtherus in alexandreide. j. Cū semel obtinuit vitiorū mater in aula. Pestis: auaritie que sola incarcerat omnes. Uirtutū species spreto moderamine iuris. Currit in facinus: nec leges curia curat. Idem in. viij. li. Quid tibi diuitijs opus est que semper auaris. Esuriem pariunt: quanto tibi plura parasti. Tanto plura sitis: r habendis acrius ardes. Sicqꝫ famen faciens: defectū copia nutrit Citius torquent auari amissi memoria: qꝫ delectantur habendo. Uersificator. Cur homo qui cinis es per auaritiā sepelis es. Eris cur heres: eris qui non eris heres. Quando sepultus eris quicunqꝫ sepultor es eris. Dici sepe putes tu qui sub marmore putes. Non hodie quod heri: nouus heres imperat eri.

De Cupiditate sm pħos. C. CXLVI.

Actor. Cupiditas est insatiabilis appetitus acqrēdi res tpales. vel specialiter pecuniam atqꝫ multiplicādi. Tullius in rhetorica. Cupiditas est genus oiū libidinum. r huius generis pars est auaritia. Ex puerbiis sapientū. Cupiditatē effugere regnū est vincere. Instructa inopia est in diuitijs cupiditas. Lucrū sine dāno alteri⁹ fieri nō pōt. Ualerius lib. vij. Inutiliter aliqd cupe r in eo pseuerānter morari. hec dulcedo vicina ē exitio. Seneca ad lucilliū in epla lviij. Nemo nostꝝ idē est q fuit pridie: qcqd vides currit cū tpe. Nihil ortū stabile vel solidū est. r nos tm̄ ea cupimus. tanqꝫ aut semp futura aut semper habituri. Tullius de offi. lib. j. In domo clari

hominis hoſpites multi recipiendi ſunt. ⁊ admittenda hominū cuiuſqꝫ generis multitudo. atqꝫ adhibēda eſt cura largitatis. aliter. n. ampla domus dedecori dn̄o fit. ſi ē in ea ſolitudo. ⁊ maxime ſi ſub alio dn̄o ſolita eſt frequētari. Odioſuꝫ eſt enī cū a preteremtib⁹ dicit. o domus antiqua heu ꝙ diſpari dn̄o dn̄aris. Idē in li. de paradoxis. Non explet̃ vnq̄ꝫ neqꝫ ſatiat̃ ſitis cupiditatis. nec ſolū augēdi q̄ habēt libidine cruciant̃ hoīes: ſꝫ etiā amittēdi metu: Hydimus ad alexādrū. Oīa poſſidemus quecūqꝫ nō cupimus. Eſt enī ferociſſima peſtis cupiditas. q̄ ſolet egenos quos capit efficere. dū finem inq̄rēdi nō inuenit. ſꝫ ꝫ magis quo fuerit locupletata mendicat. nos mercādi gr̄a pontū claſſe nō ſulcamus. Nūq̄ꝫ nos peregrina ſpēs ardore ſue pulchritudinis iflāmauit. nec famulos ſibi faciet multis caſibus deuicta opū materies: quos liberos edidit abſoluta pauperies. Epicurus. Si cui ſua nō vident̃ ampliſſima. lꝫ totius mūdi dn̄s ſit tn̄ miſer eſt. Si ad naturā viuas: nūq̄ꝫ eris paup. ſi ad opiniones nūq̄ꝫ eris diues. Exiguū natura deſiderat: opinio immenſum. Multas paraſſe diuitias nō finis miſeriarū fuit. ſꝫ mutatio. ſi vis diuitē facere. nō pecunie adiciēdū. ſꝫ cupiditati detrahēduꝫ eſt. Helinādus. In obſidiōe hānibalis caſſilinatib⁹ clauſis. cū tricēti pnestini permanerēt. quidā murē captū ducētis potius denarijs vēdere maluit ꝙ famē lenire. q̄ auarus poſtea fame cōſumptus eſt. ⁊ q̄ emit. vixit dei prouidētia vtriqꝫ ſm̄ meritū tribuēte. Terētius in adelphis. Pecuniā in loco negligere maximū interdū eſt lucruꝫ.

De Eodem ſm̄ poetas. C. CXLVII.

Virgilius in li. eneidos. Quid nō mortalia pectora cogis. Auri ſacra fames. Lucanus li. iij. Ferruꝫ mortemqꝫ timere. Auri neſcit amor. Horatius in li. epl̃aꝝ. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare pauperiē fugiēs p ſaxa p ignes. O ciues ciues querēda pecunia primū ē. Uirtus poſt nūmos. Idē in li. ſermonū. Tātalus a labris ſitiēs fugiētia captat. Flumina. Ouid. in li. de fa. li. j. Iuppit̃ arte ſua totū cū ſpectat ī orbē. Nil niſi romanū qd̄ tueatur hꝫ. Tpe creuit amor q̄ nūc eſt ſūmus habēdi. Uix vltra qd iā pgrediat̃ hꝫ. Pluris opes nūc ſunt ꝙ priſci tp̄is annis. Duꝫ populus paup dū noua roma fuit. Nā poſtq̄ꝫ fortuna loci caput extulit hui⁹ Et tetigit ſūmo vertice roma deos. Creuerūt ⁊ opes: ⁊ opuꝫ furioſa libido. Et cū poſſideāt plurima plura petūt. Quo plus ſ̄t pote. plus ſitiunt̃ aque. In p̄cio p̄ciū nūc ē. dat cēſus honores. Cenſus amicitias pauper vbiqꝫ iacet. Iuuenalis li. v. Creſcit amor nūmi quantū pecunia creſcit. Cato vbi ſupra. Dilige denariū. ſed parce dilige formaꝫ. Petronius. Non bibit inter aquas nec poma pēdētia carpit. Tātalus infelix. quē ſua vota premūt. Diuitis hec magni facies erit oīa cernēs. Qui tenet ⁊ ſicco cōquirit ore famē. Marcialis coquus. Fortuna multis dat nimis: nulli vero ſatis. Prosper in libro epigrāmatū. Terrenorū auidos infima ſuſcipient. Magnū peccatuꝫ eſt amor immoderatus habendi. Et pluſquā vite ſufficiat cupiens. Si qua igitur ſuperant quorum non indiget vſus. Debilib⁹ proſint atqꝫ iuuent inopes. Quiſquis enim cupide non extendenda recondit. Qui nulli tribuit pauperibus rapuit. Nec pax ſolicitis nec modus eſt cupidis. Lucanus. Nemo nimis cupide rem ſibi deſideret vllā. Ne cum plus cupiat. perdat ⁊ hoc qd̄ hꝫ. Magiſter ſerlo. Nō bene dignus equo. cui carior eſt equus equo.

De Acceptione vel cōtēptu munerū. C. CXLVIII.

Seneca. Contētior erat dyogenes oīa poſſidēte alexandro. Plus enī erat qd̄ iſte nollet accipere: ꝙ qd̄ ille poſſet dare. Valeri. li. iiij. Marcus. curcius (vt refert valeri⁹) exactiſſima norma romane frugalitatis. Idēqꝫ fortitudinis ꝓſpectiſſimū ſpecimē: legatis ſamnitū ſe in ſcāno aſſidētē foco. atqꝫ ligneo catino cenātē ſpectādū prebuit. Magnūqꝫ pōdus auri reſpuēs. qd̄ ipſi ei attulerāt. Narrate inquit ſamnitib⁹ marcū curciū malle locupletib⁹ imperare: ꝙ ipſuꝫ locupletē eſſe. ⁊ memētote me nec acie vinci. nec pecunia corrumpi poſſe. Tullius de officijs li. ij. Male ſe habet res: cuꝫ qd̄ virtute effici debet id pecunia tentat̃. Saluſtius in iugurtino. Rome oīa venalia ſunt. fides paucis carior ē ꝙ pecunia. Petronius. Quid faciunt leges vbi ſola pecunia regnat. Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt. Iam nunc iudicium nihil eſt: niſi publica merces. Ad predam ſtrepitumqꝫ lucri ſuffragium vertit. Uenalis populus venalis curia: primū. Ipſaqꝫ maieſtas auro corrupta iacebit. Ouidius ſine titulo libro p̄mo. Nō bene cōducti vēdūt periuria teſtes. Nec bene ſelecti iudicis arca patet. Idē in li. de arte. ij. Da pereāt per quos munera crimē habēt. Ipſe lꝫ venias muſis comitatus homere. Si nihil attuleris: ibis homere foras. Idem in libro tertio. Munera crede mihi capiūt hoīeſqꝫ deoſqꝫ. Placat̃ donis iuppit̃ ipſe datis. Galtherus in alexādreide lib. j. Muneris arguit̃ accepti cenſor iniqu⁹. Mun⁹ enim a norme recti diſtorquet acumen Iudicis ⁊ tetra īuoluit caligīe mētē. Idē ī li. vij. Cēſor iniqu⁹ auertit ſurdas a cā paupis aures. Et fouet iniuſtā corrupt⁹ munē cām.

De Rapina ⁊ fraude ⁊ vſura ſm̄ phos. C. CXLIX.

Hector. Rapina eſt aliene rei depredatio violenta. Itē rapina eſt ex auide mētis īpetu veniēs alienarū rerū violenta diſtractio. Uiolentia eſt per quā malitia vel iniuria potenter in ſuperiorem exercetur. Item violentia eſt iniuria coacta. Furtum eſt aliene rei contrectatio clamdeſtina inuito domino. Fraus eſt per quaꝫ rei familiaris inopie vel malitie clandeſtina ſurreptione conſulit̃. Fallacia eſt per quam moribus deceptorijs veritas palliata: vel odium alterius vel proprium cōmodum intendit. Uſura eſt ſtudioſa cupiditas recipiendi aliq̄d vltra ſortem. Tullius de officijs libro tertio. Detrahere aliquid alteri. ⁊ hominem hominis incōmodo ſuum augere commodum: magis eſt contra naturam ꝙ mors. Sicut enim ſi vnūquodqꝫ corporis membrum hunc haberet ſenſum. vt putare poſſet ſe valere ſi proximi membri valitudinem detraxiſſet. debilitari ⁊ interire totū corpus neceſſe eſſet. Sic vnuſquiſqꝫ noſtrum ſi ad ſe rapiat commoda aliorum. detrahatqꝫ cui poſſit emolumenti ſui gratia ſocietas hominum ⁊ cōmunitas euertat̃ neceſſe eſt. Societatis artiſſimum vinculum eſt arbitrari magis contra naturam eſſe hominem homini aliquid detrahere ſui commodi cauſa: ꝙ omnia incōmoda ſubire. vir bonus ⁊ iuſtus nihil cuiq̄ꝫ qd̄ in ſe transferat: detrahet. Ideꝫ in philippica ſcd̄a. Male parta male dilabuntur. Seneca ad lucillium. Nulli etiam cui rapina feliciter ceſſit: gaudium rapti durauit in poſterum. Ualerius ſexto libro. Deforme eſt virtutis gloriam magnitudine prede minuere. Terentius in phormione. Quꝫ inique comparatuꝫ eſt. vt hi qui minus habent. ſemper aliquid ditioribus addant. Plautus in aulularia. Sepe condita luporum fiunt rapine vulpiuꝫ. Caſſiodorus in epiſtola. xv. Peruie ſunt ſemper iniurijs facultates abſentium ⁊ quodammodo videtur occaſio in delectum trahere. que non poteſt animum perſuadentis inſultatione terrere.

De Eodem ſm̄ poetas. C. CL.

Cato vbi ſupra. Qui ſua conſumunt cuꝫ deeſt aliena ſequunt̃. Ouidius in libro methamorphoſeos. Uiuit̃ ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus. Nec ſocer a genero. fratrū quoqꝫ gratia rara eſt. Idē in libro de nuce. Uicinia damno eſt. que longius abſunt. Natiuuꝫ retinent inuiolata decus. Idem in libro de arte primo. Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. Uicinumqꝫ pecus grandius vber habet. Idem ſine titulo libro primo. Fit cito per multas preda petita manus. Marcialis coquus. Ticulle viue ſemper rape coge aufer preſide relinquendum eſt. Superba depreſſis arca pullulet nummis. Iurabit heres te nihil reliquiſſe. Arator libro primo. Auri ceſſet amor qui pectora ſemper adurit. Quo rapitur mortale genus: qua pullulat omne. De radice malum cuius violentius ardet. Ambitio creſcente modo. ſtimulantqꝫ rapinis. Addita lucra famem. Fulgentius in libro mitologiarum tertio. Fenus a fenerando. dictus eſt ideo cecus ꝙ omnis auaritia ceca ſit. que ſua nō videt. Huic harpie cibos rapiunt: quia rapina aliquid ei de ſuo comedere non permittit. Quꝫ autem eius prandia ſtercoribus fedant: oſtendit feneratoris vitam rapine illumie eſſe ſordidam.

De Uoluptate carnis. C. CLI.

Hector. Dicto de vitijs ſpiritualibus: reſtat dicēdū de vitijs carnalib⁹. Et primo de voluptate in generali. Eſt aūt voluptas cū lubrica ſuauitate quadā ad illicita ſede mentis inclinatio. Tull. ī li. de ſene. Impedit conſiliū voluptas rationis inimica. ac mentis oculos preſtringit. nec habet vlluꝫ cū virtute cōmertium. Ideꝫ in lib. de paradoxis. Cū tibi deus vl̃ mater omniū natura dedit animū quo nihil eſt preſtantius. nihil diuinius. ſic te ipſe proijcies atqꝫ proſternes. vt nihil int̃ te ⁊ pecudē ītereſſe putes. Uoluptas quo maior eſt. eo magis animū a ſe de ſua ⁊ ſtatu dimouet. Idē in tuſcu. lib. v. Si quedā etiam ſuauiora natura deſideret ꝙ multa ex terra arboribuſqꝫ gignunt̃. tū facili copia. tum ſuauitate preſtantia: adde integritatem valitudinis que cōtinentiā in victu cōſequitur. ⁊ cōfer ſudantes rucātes refertos epulis tanq̄ꝫ opimos boues: tūc intellige qui voluptatē maxime ſequuntur. eos minime conſequi. Seneca de beneficijs li. vij. Uoluptas fragilis: eſt breuis: faſtidio obiecta. quo auidi⁹ hauſta ē: citius in cōtrariū recidēs. cui⁹ ſubinde neceſſe eſt vt aut peniteat aut pudeat. Idē ad lucilliū. Feſtis maxie dieb⁹ ani

mo imperandum est: vt tunc voluptatibus solus abstineat: cũ in illas omnis turba procubuit. Ideꝫ in. xxiiij. Ipse voluptates in tormẽta vertunt: epule cruditatẽ generãt. Ebrietas neruoꝝ torporẽ: ac tremorẽ. libidines manuũ ac pedũ ⁊ articuloꝝ deprauationẽ. Uale. li. vij. Aristo. vtilissimũ ꝓceptũ ẽ: vt voluptates abeũtes cõsideremus. fessas enĩ penitẽtieqꝫ plenas aĩus nr̃is subicit. quo minus cupide repetant. Quinti. iiij. li. fallit voluptas ⁊ minus lõga vident: q̃ delectãt. sicut amenũ ⁊ molle iter. etiã si spacij amplioris ẽ. minus fatigat. q̃z durũ arduũqꝫ compẽdiũ. Boe. de ↄso. li. iij. Uoluptatũ appetẽtia plena ẽ anxietatis. satietas vͦ penitẽtie. Lactãtius ĩ li. de falsa sapiẽtia: Uoluptas ẽ q̃ a cũctis appetit: sꝫ honesti viꝫ nõ hꝫ ⁊ satietatẽ affert: ⁊ nimia nocet. ⁊ processu etatꝭ minuit: ⁊ multis nõ ↄtingit. Nõ est igit summũ bonũ. Idẽ ĩ li. de vͦ cultu. Illecebre voluptatũ arma sunt illius cuius vnũ opus est expugnare virtuteꝫ Scit enĩ q2 mortis fabricatrix est voluptas.

De Eodem. .C. CLII.

Archita tarẽtinus. Nulla pestis capitalior. q̃z voluptas corporis. cujus auide libidines temere ⁊ effrenate ad potiundũ incitant hinc patrie ꝓditiões. hinc rerũpublicaꝝ euersiões. Nullũ deniqꝫ scelus: nullũ facinus ẽ. ad qꝺ suscipiẽdũ nõ libido voluptatis ĩpellat.

Tull. in li. de sene. Archita tarẽtinus cũ eius sermoni plato atheniẽsis ĩteresset. nullã capitaliorẽ pestẽ. q̃z voluptatẽ corꝑis dicebat hoib⁹ a nã datã. Cũqꝫ nil mẽte prestabilius deus dedisset hoi. huic diuino muneri nihil tã inimicũ esse q̃z voluptatẽ. Qꝺ vt magis intelligi posset. fingebat aĩo tãta incitatũ aliqueꝫ corporis voluptate. quãta ꝑcipi posset maxima. Nemini censebat fore dubiũ q̃n tãdiu dũ ita gauderet: nihil agitare mẽte: nihil rõne: nihil cogitatiõe cõsequi posset ⁊c̃. Actor. Platonẽ quoqꝫ tullius dixisse asserit: escam maloꝝ esse voluptatẽ. q2. s. ea capiuntur hoies sicut hamo pisces.

Uirgilius in bucco. Trahit sua queqꝫ voluptas. Oui. sine ti. li. j. Nox ⁊ amor vinũqꝫ nihil moderabile suadẽt. Illa pudore caret liber amorqꝫ metu. Impia sub dulci melle venena latẽt. Idẽ in li. de arte. j. Nil nisi turpe iuuat. cure est sua cuiqꝫ voluptas. Cato vbi supra. Pauca voluptati debent plura saluti. Morbi nanqꝫ cã mali est queqꝫ voluptas. Prosper vbi supra. Non semꝑ vere est felix impleta voluptas.

De Uita delitiosa ſm phos. .C. CLIII.

Actor. Delitie sunt corꝑalis indigẽtie necessitatuꝫ cũ supfluitate quadã opulẽtior apparatus. Sene. ad lucilliũ epl̃a. xx. Quia delitijs permaduim⁹ oĩa dura aut difficilia iudicamus. Idẽ in. lv. Debilitatẽ nobis ĩduxere delitie. ⁊ qꝺ diu voluimus: posse desijmus. Uegetius renat⁹ in li. j. de arte militari. Mortẽ minus metuit: q̃ min⁹ delitiaꝝ in vita nouit. Aristo. in ethi. ij. li. Malis deceptio ꝓpter delectationẽ fit: nõ enĩ existẽs bonũ eis videt: sed delectationẽ q̃dẽ vt bonũ volũt. Tristiciã aũt vt malũ fugiũt. Macrobius in li. saturnaliũ. Ea q̃ ex tactu atqꝫ ex gustu voluptas est. oĩum rerũ fedissima est. eosqꝫ maxime qui se his duabus dederint voluptatibus. incõtinẽtes ⁊ intẽperantes dicimus. Istas solas duas hoibus cõmunes esse videmus cũ beluis. Et iccirco in pecuduꝫ ferarũqꝫ numero habet. quib⁹ voluptatib⁹ his occupatus est. Tull. in li. de paradoxis. Cũqꝫ deus vel mater oĩum natura dedit animũ. quo nihil prestantius nihil diuinius. sic te ipse proijcies atqꝫ prosternes vt nihil inter te. ⁊ pecudẽ interesse putes. Tullius in li. iiij. de fine boni ⁊ mali. Una voluptas multis obscurat in vita voluptaria. Ualerius. li. ix. Xerxes opũ regionũ ostẽtatiõe eximia. eousqꝫ luxuria gaudebat. vt edicto premiũ illi proponeret qui nouũ voluptatis genus reperisset. Quãta dũ delitijs nimis capit. Amplissimi imperij ruina euasit. Antiochus ⁊c̃. Reqre supra in capitulo de ꝑcitate. Plinius. xxxiij. li. Require supra capitulo de tẽperãtia. Augu. de ciui. dei li. v. Stoici contra eos qui virtutes appetẽdas propter voluptatẽ dicunt. pingunt quandã tabulã vbi voluptas in sella regali quasi delicata quedã regina cõsidat. eiqꝫ virtutes famule subiciant. vt faciãt qꝺ illa imperauerit. Iubeatqꝫ prudentie vt vigilanter inquirat quomodo voluptas regnet. ⁊ salua sit. Iusticie vt prestet beneficia que põt ad cõparãdas amicitias corporalibus cõmodis necessarias. Nulli faciat iniuriã. ne offensis legibus voluptas secura viuere nõ possit. Fortitudini iubeat. vt si dolor corpori acciderit. qui nõ compellat in mortẽ teneat dominã suã. i. voluptatem fortiter in animi cogitatione. vt pro pristinarũ deltiarum suarũ recordatione mitiget presentis doloris aculeos. Temperãtie: vt tantũ capiat alimẽtorũ vel aliorũ delectabiliuꝫ: vt voluptas nõ impediat. Pingat ergo similit loco voluptatꝭ gl̃ia vana: delicata q̃uis mulier ista nõ sit. inflata tñ est. Et nihil prouideat prudẽtia: nihil distribuat iusticia. nihil toleret fortitudo. nihil moderetur temperantia. nisi vnde placeatur hominibus ⁊ ventose glorie seruiatur.

De Eodem ſm poetas. C. CLIIII.

Uirgilius in buccolicis. Trahit sua quenqꝫ voluptas. Qui legitis flores ⁊ humi nascentia fraga. Frigidus o pueri fugite hinc: latet anguis in herba. Oui. sine ti. li. ij. Tunc etiã somni pingues ⁊ frigidus aer. Et liquidũ. tenero gutture cantat auis. Idẽ in libro de tertio. Res est blanda canor. Pro facie multis vox sua lena fuit. Idem in libro de remedijs secundo. Eneruant animos cythare cantusqꝫ lyreqꝫ. Galtherus in libro alexandreidos septimo. Dum sequitur profugi bona momentanea mundi. Allicit illecebris animam caro, nec finit esse. Principij memoreꝫ. vel eius imaginis instar. Facta fit. aut quorsum resoluta carne reuerti. Debeat inde boni subit ignorantia veri. Prosper vbi supra. Amplis incedit spacijs terrena voluptas. Augusto virtus limite celsa petit.

Iuuenalis libro quarto. Magis illa iuuant que pluris emuntur Et voluptates commendat rarior vsus.

De Uitio gule ſm phos. C. CLV.

Actor. Castrimargia. id est gula est excessus in cibo ⁊ potu. Item gula siue castrimargia est vorax edacitas nauseanti stomacho applaudẽs nature finibus non contenta. Item gula est solius causa corporis illecebrosus ⁊ auidus appetitus cibi ⁊ potus. Uẽtris ĩgluuies est ĩmoderata qualicunqꝫ ciborum hiantis concupiscentie satisfactio. Crapula est ex deliciosorum sumptuum superfluitate cordis sopiti pregrauantia. Item ebetudo mentis est acute rationis obtusio carnalis intemperantie vitio crassis sensibus inducta. Tullius in rhetorica scd̃a. Esse. id est comedere oportet vt viuas. non viuere vt comedas. Seneca in libro de naturalibus questionibus septimo. Quotidie aliquid subtilius. aliud elegantius excogitat luxurie furor. vsitata contemnens. Iam non sunt homines ad popinam dentibus ⁊ ventre ⁊ ore contenti. etiam oculis gulosi sunt.

Idem ad lucillium epistola sexagesima. Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur vna silua helephantis pluribus sufficit: homo vero ⁊ terra pascit ⁊ mari. veruntamen non fames ventris magno cõstat sed ambitio. Quitilianus libro octauo. In grandibus cenis hoc sepe nobis accidit. vt cuꝫ optimis satiati sumus. varietas tamen nobis ex vilioribus grata fit. Hieronymus cõtra iouinianuꝫ li. scd̃o. Galienus doctissimus hipocratis interpres: athletas quorum vita ⁊ ars sagina est. dicit in exhortatione medicine. nec viuere posse diu. nec sanos esse. animasqꝫ eorum ita nimio sanguine ⁊ adipibus ĩuolutas. nihil tenue. nihil celeste: sed semper de carnibus ⁊ ructu ⁊ ventris ingluuie cogitare. Ex prouerbijs sapientum. Crudelem medicum intemperantia facit.

De Eodem ſm poetas. C. CLVI.

Cato vbi supra. Indulgere gule noli. q̃ vẽtris amica est. Qui sua cõsumunt. cũ deest aliena sequunt. Horati⁹: in li. epistolarũ. Forte per angustuꝫ tenuis vulpecula rimã. Repserat. in cumeram frumenti pastaqꝫ rursus. Ire forte foras pleno tẽdebat pectore frustra. Cui mustela procul si vis ait effugere istinc Macra cauũ repetes arctũ quẽ macra petisti. Petronius. Ingeniosa gula est. Bernardus siluester microcosmo. Cõstat ab humecto quicq̃d ĩ ore sapit. Pauper in hoc sensu vellẽ defectior esset. Mente quidẽ saperet ampli⁹ ore minus. Querit vt expoliet venatib⁹ alite pisce: Gustus humuꝫ gust⁹ aera. gust⁹ aq̃s. Perniciosa fames siq̃n recedit ab aula. Per sone tenui ꝑniciosa venit. Olla ciboꝝ est stomach⁹. stomachi fel coquus. actor epar. Incidat has epatꝭ ꝑtes ĩnata voluptas. Et grauis in nr̃a carne tyrãn⁹ amor. Effluit occiduo corꝑe totus hõ: Sic sibi deficiẽs ꝑegrinis indiget escis. Sudat in h̃ vitã. denihilatqꝫ dies.

Lucanus. O prodiga rerũ luxuries. nunq̃ꝫ paruo ↄtenta paratu. Et quesitorũ terra pelagoqꝫ ciborũ. Ambitiosissima fames ⁊ laute gloria mẽse. Discite q̃ꝫ paruo liceat ꝓducere vitaꝫ. Ennodius. Tubera. ꝑdices. grus. turdus turtur. echin⁹. Nõ explent vterum corꝑa mille tuũ. Infaustus multis. tibi felix diceris vni. Heres tibi misero venter erit ꝓprius. Petrus riga vbi supra. Spũs ad corpus victor ab hoste redit. Uirtutes aĩe sic ꝑnceps destruit aluus. Cui parat arma cocus. dans renouansqꝫ cibos. Nã neqꝫ quis poterit virtutũ tangere culmen. Si diletur ei ventris iniquus amor. Martialis coqu⁹. Liber nõ potes ⁊ gulosus eẽ. Liber eris cenare foris si maxime nolis. Uegetana tuã si domet vua sitim. Ualerius lib. quarto. Dyogenes ⁊c̃. Reqre supra capitulo de sufficientia.

De Ebrietate. C. LVII.

Actor. Ebrietas est vitiū p qd̄ mēti q̄dā alienatio vel obliuio sui generat̄ ex supflua potuꝫ indulgentia. Señ. ad Lucil. epl'a. lxxxiij. Nihil aliud est ebrietas ꝙ voluntaria insania. omne vitium incēdit ⁊ detegit: obstātē malis verecūdiā remouet. Plures enī pudore peccādi ꝙ bona volūtate ꝓhibitj abstinēt. Adice illā ignoratiōnē sui: dubia et parū explanata voluentē verba: incertos oculos gaudij: errantē vertiginē capitis: ⁊ cetera huiusmodi. Reb⁹ itaqꝫ nō verbis proba istas q̄ dicunt̄ voluptates vbi modū excesserint penas esse. Idē in li. de naturalib⁹ questi. li. j. Iubes me cū luxuria litigare. Quotidianū istud ⁊ sine effectu iurgiū est: litigem⁹ tñ q̄diu quidē san⁹ ⁊ salubris tibi capax est stomach⁹: ipleturqꝫ nō pmit̄ nalib⁹ ɔtētus fomētis: at vbi quotidianis cruditatib⁹ nō tpis estus ſꝫ suos sentit: vbi ebrietas cōtinua visceribus insidet ac precordia torret. aliquid necessario querit̄ quo estus ille frāgat̄: qui etiā ipsis inca lescat remedijs. Facile aūt est extinguere sitim sanā: sed qd̄ sentire pñt emortue fauces: ⁊ decalcate cibis ardētib⁹. Quemadmodū nihil illis satis frigidū est: sic nihil satis calidū. sitim istā eē putas febris est. ⁊ eo quidē acrior: quo nō tactu venarū: nec in cutē effuso calore deprehēdit̄: sed cor ipm excoquit luxuria. Valeri⁹ li. ij. Vini vsus olim romanis feminis ignot⁹ fuit: ne. s. in aliquod dedecus prolaberentur. Ex prouerbijs sapientum: Absentem ledit qui cum ebrio litigat.

De Eodem ſm poetas. C. CLVIII.

Ouidius i li. de arte pmo. Vina parāt aīos: faciuntqꝫ colorib⁹ aptos. Cura fugit: multo diluiturqꝫ mero. Tūc veniunt risus: tunc paup cornua sumit. Tūc dolor ⁊ cure rugaqꝫ frōtl abit. Tūc aperit mētes ⁊c̄. Iurgia precipue vino stimulata caueto. Et nimiū facile ad fera bella manus. Idē in li. ij. Qui canit: arte canat: qui bibit arte bibat. Idem in li. de reme. ij. Vina parāt aīos veneri ne plurima sumas: Ut stupeāt multo corda sepulta mero. Galther⁹ in alexandreide li. j. Rōnis vile sepulchrū ebrietas. Tibullus li. ij. Vina diem celebrāt nec festa luce madere. Rubor errātes ⁊ male ferre pedes. Mixtaqꝫ securo est sobria limpha mero. Martialis coquus: Omnia promittis cum tota nocte bibisti. Non faciēt quenq̄ pocula nostra reum.

De Inepta leticia. C. CLIX.

Actor. Ex gula et ebrietate maxime prouenit inepta leticia: hoc est animi dissolutio: q̄ ruptis claustralis modestie vinculis in risum effunditur ac p quosdā lasciuie motus exteriores ostendit̄. Symachus i li. eplarī: Letitia res loquax est atqꝫ ostētatrix sui. Ex ꝓuerbijs sapientū: Cito improbor leta ad pnicie cadūt. Itē lascivia ⁊ laus nunq̄ habēt ɔcordiā. Oui. de ar. li. j. Mens erit apta capi tūc cū letissima rerū: Et segetes in pingui luxuriabit humo. Pectora dū gaudēt nec sunt attrita dolore. Ipsa patēt: blāda tūc subit arte ven⁹. Idē in li. de pōto: Tu mō sic timeas: ⁊ q̄ tibi leta vident̄: Dū loq̄ris fieri tristia posse puta. Ennodi⁹: Nulla fides letis integra nec dubijs. Ganfredus vbi supra: Syrenas exēplar habe docearis in illis: Cassib⁹ in letis semp peiora cauere.

De Luxuria ſm philosophos. C. CLX.

Actor. Luxuria est īmoderata carnis petulantia: dulce venenū: importuna mens: pnitiosa potio: q̄ corp⁹ humanū debilitat: ⁊ virilis animi robur eneruat. Itē luxuria est ex īmūdis desiderijs descendens lubrica ⁊ effrenata mētis ꝓstitutio. Itē luxuria est illecebrosa voluptas: adulterina iocūditas: habens mel in ore: fel in corde: aculeū in dorso: subiectūqꝫ necesse est vt peniteat. Luxuria est incōtinētia corporis nascēs ex pruritu libidinis. Lasciuia est indecens motus dissoluti corporis: intēperātia carnali ꝓdiēs Petulātia est ex carnaliū cogitationū cōceptiōe toti⁹ corporis peculialis habitudo. Valer̄. li. ix. Blandū malū luxuria: quā accusare aliq̄nto facilius est ꝙ vitare: inserat̄ operi nr̄o: non vt honorē vllū reci piat: sed vt seipsam recognoscens ad penitētiā impelli possit. Idē in li. iiij. Sophocles etate iam senior cū ab eo quidā q̄reret an nō et rebus venereis vteret̄: dij meliora inq̄t: libenter istinc tanq̄ ex aliq̄ furiosa dn̄atiōe ꝓfugi. Boe. de cōso. li. iij. Euripedis ꝓbo sentētiā: q̄ carentē libidiis infortunio dixit eē felicē. Tull. de of. li. j. Luxuria cū oī etati turpis sit senib⁹ maxime fedissima ē. Idē in li. de senec. O preclarū mun⁹ etatis: siquidē aufert nobis quod est in adolescentia vitiosum. s. libidinē corporis. Señ. in declamationib⁹ li. ij. Adolescēs luxuriosus peccat: senex luxuriosus insanit. Que malā faciē habēt sepe impudice sunt: nō enī deest illic anim⁹ sed corruptor. Plini⁹ in histo. naturali. vij. li. Preter mulierem pauca aīalia coitū nouere grauida. Salustius in catilinario: Multos pessima ac diuersa inē se mala luxuria atqꝫ auaritia vexant. Fulgē. i li. mitologiarū. ij. Quis i oīb⁹ libidinis amor turpis sit: nunq̄ tñ deterior cū se honorato miscuerit. Libido enī honestatis nouerca dū qd̄ expectat nescit: semper est maiestati ɔ̄ria. Idem in li. iij. Amor cū periculo sepe cōcordat: ⁊ dū ad illud vacat qd̄ diligit: nunq̄ videt qd̄ expedit. Aug. in li. de ciui. dei. Scipio nasica ꝓhibuit senatū ɔstruere theatrū ꝑsuadēs orōne grauissima: ne grecā luxuria virilib⁹ pr̄ie morib⁹ paterent̄ obrepe. ⁊ post pauca dū propter sedandā corporis pestilētiā ludos sibi scenicos exhibere iubebāt. Pōtifex aūt propter cauēdā animor pestilētiā ipsam scenā cōstrui ꝓhibebat. ⁊ paulo post: neqꝫ enī censebat ille felicē fore rempub. stātib⁹ menib⁹ ruentibus morib⁹. Helinādus Quid hic dicit nr̄i: quibus quicq̄d extra oblectamentū libidinis occurrit: offensio est. Accusent igit̄ nō tp̄s sed theatra in quib⁹ ad aram luxurie virtutū victime trucidant̄. Demosthenes stomachū laudis nobilissime meretricis iocādo suppalpās ⁊ queritās hoc q̄ntū: cū illa dicēt: mille denarijs: rn̄dit Ego penitere tāti nō emo.

De Eodem ſm poetas. C. CLXI

Ouidius in li. de arte. ij. Quot lepores in atho: quot apes nascunt̄ in hybla. Cerula quot baccas palladis arbor habet. Littore quot cōche tot sunt in amore dolores. Nō iuuat exiguū est: plus ē qd̄ ledat amātes. Idē in li. iiij. Ad multas lupa tēdit oues: predet̄ vt vnā. Idē in li. de pōto: Res īmoderata cupido est. Iuuenal̄ li. ij Est eadē sūmis pariter minimisqꝫ libido. Theodolus: Mens robusta viri leuitate cadit muliebri. Femineas vires expauit dux holofernes. Insignis vidue vesano captus amore. Deflent assyrij ꝙ crediderint mulieri. Tibullus. ij. li. Disc dat ab aris: Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.

De Adulterio ⁊ Sodomia. C. CLXII.

Actor. Adulterium est alieni thori violatio. Hoc quoqꝫ vitiū etiā apud gētiles detestabile atqꝫ damnabile solet esse: sicut patet in abimelech dicente abrae Potuit quispiā coire cū vxore tua: ⁊ induxeris sup nos peccatū grande. Valer̄. li. vj. Seleucbus cū fili⁹ ei⁹ adulterio damnatus vtroqꝫ oculo carere deberet: ac tota ciuitas i honorē pr̄is aliquādiu repugnaret: ad vltimū victus: ne lex a se condita violaret̄: suo prius: deinde filij eruto oculo vtrisqꝫ vsum vidēdi reliq̄t. Actor. De hac quoqꝫ materia req̄re superi⁹ vbi de pudicicia ⁊ castitatē dictū est. Pctm̄ cōtra naturā est q̄n̄ q̄s extra locū ad hoc naturaliter deputatū semē effundit. siue solus apud se ipsum: ⁊ tūc mollicies vocat̄: siue in alterū eiusdē sexus: vt masculus in masculū: femina in feminā. Aut alterius generis: vt in aīal brutū: ⁊ tūc sodomia dicit̄. Oui. in li. eplarū. Sint ꝑcula nobis iuuenes vt femina compti. Idē in li. de ar. j. Forma viros neglecta decet. Idē in li. methamor. ix. Nō vaccā vacce: nec eq̄s amor vrit. Equarū vrit oues aries: sequit̄ sua femina ceruū. Sic ⁊ aues coeunt inter q̄ aīalia cūcta. Femia feminea correpta cupidine nulla est. Ennodi⁹ de molli cōcubino nerotius. Vir facie: mulier gestu: sed crure qd̄ ambo. Es lepus ⁊ tāti cōculcas colla leonis. Ludit ⁊ in ancipiti constans fallacia sexu. Femina cum patitur peragit cum turpia mas est.

De Fomentis luxurie. C. CLXIII.

Tullius Osculū est pars adulterij Idem in tuscul. li. iij. Flagitij principū est (vt ait Enni⁹) inter ciues nudare corpora. Terē. in andria: Ingeniū oīuꝫ hominū a labore procliue ad libidinem. Idē in eunucho: Sine cerere ⁊ libero friget ven⁹. Fulgē. in li. mitologiarū. iij. Deliberatio est ante quodlibet inceptū plena maturitatis ⁊ solertie cōsideratio. Cato vbi supra: Cū te detineat veneris damnosa voluptas: Indulgere gule noli q̄ vētri amica est. Oui. in li. de arte. j. Mens erit ⁊ ceca ⁊c̄. Req̄re supra ca. de inepta leticia. Idē i eodē: Liber quoqꝫ amātes Adiuuat: ⁊ flāme qua calet ipse fauet. Delectāt etiā castas preconia forme. Idē in li. iij. Res est blāda canor. Pro facie multis vox sua lena fuit. Ignoti nulla cupido est: mora semp amātes incitat. Idē in li. de reme. j. Ocia si tol. ⁊c̄. Req̄re supra ca. de ocio vitando. Idē in eodē: Decipimur cultu: gēmis auroqꝫ tegunt̄. Oia pars minima est ipsa puella sui Idē in li. ij. Nō facile est taurū visa retinere iuuēca. Ut pene extinctū cinerē si sulphure tāgas. Uiuit: ⁊ ex modico maxim⁹ ignis erit. Diuitijs alit̄ luxuriosus amor. Nō habet vnde suū paupertas

pascat amorē. Uina parāt animos veneri: ne plurima sumas. Ut stupeant multo corda sepulta mero. Idē in li. de ponto: Ueneris damnosa libido: Non solet in mestos sepe venire thoros. Iuuenal' li. iiij. Rara est cōcordia forme atq; pudicitie. Ennodiꝰ: Tingite candentes roseo de murice vultus: Atq; fidē morū pādite de facie. Tibullus li. j. Sit procul a nobis formā cui vēdere cura est Et preciū plena grāde referre manu. Idē in li. ij. Ne nos decipiāt pēdētia brachia collo. Nec capiat blāda sordida lingua prece.

De Effectibꝰ luxurie. C. CLXIIII.

Hieronimus cōtra Iouinianū: Scripserunt Aristo. et Plutarchus et nr̄ Seneca de mr̄imonio libros: ex quibꝰ ista sunt: Amor forme: rōnis obliuio est ⁊ insanie proximꝰ: fedꝰ minimeq; cōueniēs aīo sapientū: turbat cōsilia: altos ⁊ generosos spūs frāgit: A magnis cogitationibꝰ ad humillimas trahit. Querulosos: iracūdos: temerarios: dure imperiosos ⁊ seruilit' blādos facit: ⁊ cū fruēdi cupiditate insatiabilis flagrat: plura tpa suspitionibꝰ: lachrymis: cōquestionibꝰ ꝑdit. odiū facit sui: ⁊ ipē nouissime odiū est. Señ. in declama. li. j. Nihil est tā mortiferū ingenijs vt luxuria. Idem in libro. viij. Luxuria blāda pestis victrix orbis: imensas opes auaris manibꝰ vt ꝑdat rapit. Claudia. in maiori. Luxuries predulce malū q̄ dedita semp: Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus. Idem in minori: Dissua sor honesti. Luxus: ⁊ humanas oblimat copia mētes. Galtherus in alexan. li. j. Nō te molliat intus. Prodiga luxuries: nec fortia pectora frāgat. Mētis morbꝰ amor latebris ⁊ murmure gaudēs. Si baccho veneriq; vacas: q̄ cetera subdis. Sub iuga venisti perijt delira vacātis. Libertas animi: veneris flagrante camino. Mens habet interiꝰ rixasq; et bella moueri. Impetrat ⁊ suadet rōnis vile sepulchrū. Ebrietas rigidos eneruāt hec duo mores. Idem in sexto: Nil finit intactū nullis cōtēta libido. Oui. in li. methamor. vj. Nihil est qd̄ nō effreno captus amore. Ausit: nec capiūt inclusas pectore flāmas. De effectibꝰ quoq; luxurie sunt hi versus. Femina corpꝰ: opes: aīam: vim: lumina: vocē. Polluit: annihilat: necat: eripit: orbat: acerbat. Redde singula singulis. Itē Corpus opus animā cōsortia federa famā: Debilitat perdit necat odit destruit aufert.

De Uitijs lingue. Et pmo de mēdacio ac ꝑiurio. C. CLXV

Hugo. Mēdaciū est falsa vocis significatio cū volūtate fallēdi: q̄ vel presentialiter inest: vel postmodū aduenit. Periurium est mēdaciū sacro scō firmatū. Falsum testimoniū est qn̄ q̄s ad causam diffiniēdā ꝓductus falsum dicit atq; testat'. Señ. ad Lucil. epl'a xlvij. Iam quidē etiam vbi causa sublata est: mētimur cōsuetudinis cā. Ex ꝓuerbijs sapientū: Tenue mēdaciū ꝑlucet: si diligēter inspexeris. Tulliꝰ de offi. li. j. Illiberales ⁊ sordidi sunt questus mercenarior: q̄ mercant' a mercatoribꝰ qd̄ statim vendant. Nihil enī ꝓficiūt: nisi admodū mētiant'. Idē in li. iij. Tollēdū est ex rebus cōtrahēdis omne mēdaciū tā emptor q̄ vēditor si ad loquēdū venerit: nō plus q̄ semel eloquat'. Symachus in eplari: Minus est alienā sentētiā spernere q̄ a propria discrepare. Lactā. in li. de vero cultu: Uir iustus non solū hoi amico ⁊ familiari: sed etiā inimico ⁊ ignoto existimabit mētiri nō eē suū. Nec aliqn̄ cōmittet vt lingua interpres anima ⁊ sensu ⁊ cogitatione discordet. Quintil'. viij. li. Iurare quoq; nisi vbi necesse est: graui viro parū cōuenit. Ualeriꝰ li. vij. Cum alexāder ad diruendū lapsatū: aliaslamsatū ciuitatē cū impetu ferretur: ꝓgressum extra menia obuiū habuit anaximenē preceptorē suū. sciensq; ꝙ preces ire eiꝰ opponeret: iurauit se nō facturū quicq̄d petisset. peto ergo inq̄t vt lapsatum diruas. ⁊ ita salus vrbis vniꝰ vaframēti beneficio obtēta est. Tulliꝰ vbi supra libro. iij. Est ius bellicū: fidesq; iurisiurādi: ⁊ cū hoste sepe seruāda sed nō semp. Qd̄ enī ita iuratū est vt ⁊ mens fieri oportere conciperet: id seruandū est. quod autē aliter: si non feceris: nullū est ꝑiuriū. vt si predonibꝰ vel piratis pactū pro capite preciū nō attuleris: nulla fraus est etiā si iuratus id quidē non feceris. Nam cum pirata sit cōmunis omniū hostis: nec fides nec iuramentū cum eo debet esse cōmune. Non falsum iurare peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraueris. sicut verbis concipitur more nostro: id nō facere periuriū est. Nec illa quidē ꝓmissa seruanda sunt que his ipsis inutilia sunt quibus illa promiseris. In iureiurando non quis metus: sed quod sit ius debet intelli Est enim iusiurandū affirmatio religiosa. Quod ergo affirmatiue ⁊ quasi deo teste promiseris: illud tenendū est. Idem in philippica duodecima: Optimus est portus pereunti: mutatio cōsilij.

Adhuc de eodem. C. CLXVI.

Seneca de beneficijs li. iiij. Si ꝓmiseris alicui te daturū beneficiū: ⁊ postea sciēs eum esse malū dabis an nō. Si facies: sciēs peccas. das enī cui nō debes. si negas: ⁊ h' modo peccas: ꝓmisisti enī. Sed sentētia nr̄a hoc loco titubat. ⁊ illud superbū stoici ꝓmissum nunq̄ sapiētes consilij sui penitere: nec vnq̄ emēdare qd̄ fecerit: nec mutare cōsiliū. Nō mutat sapiēs cōsiliū oībꝰ his manētibꝰ q̄ erāt cū sumeret. Ceterū ad oīa cū exceptione venit: si nihil sc; inciderit qd̄ impediat. Impudētiū enī ista fiducia est: fortunam sibi respondē. sapiēs vtrāq; eiꝰ partē cogitat. Tūc fidē falsā: tūc incōstantie crimē audiā: si cū oīa eadē sint q̄ erāt ꝓmittēte me nō prestitero ꝓmissum. Oīa eē debēt que fuerūt cū ꝓmitterē: ad hoc vt prestare tenear. Aut certe vt postea cōsideratiꝰ loquar: lic; non oīa sint: tn̄ (quod dicere solemus) linguariū dabo: verba mea redimā: aurē mihi puellā. Nō est turpe cū re mutare cōsiliū. Martial' coquus: Q, si me tonsor cū stricta nouacula subsit: Tūc libertatē diuitiasq; roget. Promittā: nec enī rogat illo tpe tonsor. Latro rogat: res est imperiosa timor. Si fuerit curua cū tuta nouacula theca: Frangā tonsori crura manusq; sil'. Oui. sine ti. li. j. Nō bene conducti vēdūt periuria testes. Idem in li. de arte. iij. Iudice me fraus est cōcessa repellere fraudē. Ennodiꝰ: Amplector sanctas que dant bona semina fraudes.

De Adulatione. C. CLXVII.

Hector. Adulatio est blāda ⁊ fraudulēta locutio: aures alicuiꝰ assentatiōibꝰ leniēs i ꝑnicē ipsiꝰ. Hinc adulator dicit' eē blādus demon. syreni quoq; maris cōparat': eo ꝙ mortiferis incantationibꝰ aures hominū demulcet. Socrates: Presentē laudare minime decet. Tull'. i rheto. secūda. Nolo esse laudator: ne videar adulator. Idē in li. de offi. j. In domo clari hois hospites multi recipiendi sunt: ⁊ admittēda hominū cuiusq; generis multitudo: atq; adhibēda est cura largitatis. Aliter enī ampla domus dedecori dn̄o fit: si est in ea solitudo: et maxime si sub alio dn̄o solita est frequētari. Odiosum est enī cū a preteruntibꝰ dicit': O domꝰ antiq̄: heu q̄ dispari dn̄o dn̄aris. Idē in li. de amicicia: Aperte quidē adulātē nemo nō videt: nisi q̄ admodū excors est. sed callidus ⁊ occultus non facillime agnoscit' quippe: q̄ etiā aduersando sepe assentat': ⁊ litigare se simulās blādit': atq; ad extremū dat maniꝰ: vinciq; patit' se: vt is qui illusus est plus vicisse videatur.

Adhuc de eodem. .C. CLXVIII.

Seneca in li. de natu. quest. li. viij. Adulatoribꝰ latus ne prebeas: artifices sūt ad captādos superiores. Et alius quidē adulatione clam vtitur parce: alius ex aperto rusticitate simulata: q̄si simplicitas illa ⁊ nō ars sit: hoc habēt in se naturale adulationū blandicie ꝙ etiā cum reijciunt' placēt. Et ad id iam demētie venimꝰ: vt qui parce adulat': pro maligno sit. Idē in li. de q̄ttuor virtutibꝰ. Tā tibi triste sit laudari a turpibus: q̄ vt laudaris ob turpia. Difficillimū cōtinētie opus est assentationes adulator repellere. Quor sermones animū quadā voluptate resoluūt. Nullius ꝑ assentationē amicitiā merearis: nec ad tuā ꝓmerēdā ꝑ hanc aditū pādas. Nō acerba sed blanda verba timeas. Oībꝰ esto benignus: nemini blādus. Idem in declama. li. iij. Hec inter se raro coeunt: vt eadem vox sit dulcis ⁊ solida. Idē in li. de clemētia secūdo: Malo veris offendere q̄ adulando placere. Plautus in aulularia: Multum inquit adulator sese aliq̄ laudāt: qui vel fugaces feras vel pugnaces bestias aut vestigijs insequunt': aut cubilibꝰ deprehēdūt: aut casu opprimūt. quanto mihi maius est ingeniū ⁊ lucrū: qui homines venor publice. ⁊ quos homines: potentes ⁊ diuites: ⁊ litteratos maxime. Petroniꝰ: Adulatores ficti cū cenas diuitū captāt: nihil prius vel potius meditant' q̄ id quod gratissimū auditoribꝰ fore putāt. Piscator nisi illā imposuerit hamis escam quā scit appetituros esse pisciculos. sine spe prede morat' in scopulo. Doctores etiā nisi dixerint talia que adolescētuli probent: soli relinquūtur in scholis. Sydoniꝰ in epistolari li. iij. Sectator epularū laudabilē profert non de bene viuente sed de bene pascēte sententiā. Uarro in sentētijs: Adulatiōis specimen est: cū laus prestolationem precedit. Ex prouerbijs sapientū Habet suū venenū blanda oratio. Bis peccas: cū peccato obsequiū accōmodas. Ualeriꝰ maximus: Diogenes syracusis cū olera ei lauanti aristippus dixisset: Si dionysiū adulare velles: ita nō esses: imo inquit si tu ita eē velles: dionysiū nō adulares. Helinandus in chronicis suis: Speusippi quoq; philosophi: qui fuit nepos platonis: ex sorore huiꝰ legitur esse illa sentētia: quā in laudantē se protulisse fertur. Adula

tot inquit desine vtrosq̧ fallere.nihil pficis:cũ te intelligã. Pru‑dentius vbi supra. Latitat lupus ore cruento. Lacteolam mentit' ouē sub vellere molli. Prosper vbi supra. Lingua assentatrix vi‑tium peccantis aceruat.Et delectatum crimine laude ligat.

¶De Detractione. .C. CLXIX.

Actor. Detractio est alterius glorie minuēde respe‑ctu mordax ad alterũ dilatio.Susurratio ē occulta ꝛ vitiosa locutio per quã odiose vel adulatiõis vel derogationis sibilo quodã alter in odiũ alterius ex‑citatur. Ambro.Detractores sunt qui aliena bona negant aut p‑uertunt. Ualerius libro quarto. Nulla tam modesta felicitas ē que malignitatis dentes vitare possit. Ennodius.Male ptuat dens liuoris obloquendi fomitē de loco glorie querit. Quintus Tercullianus in appologetico suo.Jta pleriq̧ clausis oculis in odi‑um alicuius impingunt.vt bonum ei ferentes testimoniũ.admisce‑ant nominis exprobrationē.laudant in eo que sciũt.vituperãt que ignorãt ꝛ id qđ sciũt eo quod ignorant irrumpũt.Cum iusti' sit oc‑culta de manifestis preiudicare.q̃ manifesta de occultis pdamna‑re. Ex puerbijs sapientũ.De inimico ne dixeris malũ. Tul. con‑tra salustiũ.Sepe vidi grauius offendere animos auditorũ eos qui aliena vitia aperte dixerunt.q̃ eos qui cõmiserunt. Jdē in rheto. scđa.Uitiosum est artē siue scientiã vl' studiũ vituperare pꝑter illo‑rum vitia qui in eo studio sunt. Sydonius in epistolari li.quin‑to.Est hec quedã vis malis moribus.vt innocētiã multitudinis de‑nuustent scelera paucorũ.cũ tamē e diuerso bonorũ raritas flagicia multorũ virtutibus cõmunitatis nequeat excusare. Et quis est qui nõ exacerbescat:cũ videat sordidari virtutē criminatione vitiorũ.

Claudian' in maiori:Nec cũctos paucorum crimine damnes.

Ouidius in lib.de arte tertio.Parcite paucorũ crimen diffunde‑re.in omnes. Jdem in lib.de remedijs primo.Et mala sunt vicina bonis errore sub ipso.Pro vitio virtus crimina sepe tulit. Jdem in libro de ponto.Ledere viuos.Liuor ꝛ iniusto carpere dente so‑let. Juue.lib.tertio.Lingua mali pars pessima serui. Auianus in lib mitologiarũ.Qui bene ꝓloquit' corã qui postea praue.Dic‑erit inuisus bina ꝙ ora gerat. Prosper vbi supra.Culpare ĩ quo‑quã que non sunt nota malignuꝫ est.Presertim si que cognita sũt bona sunt.

¶De Garrulitate ꝛ turpiloquio. C. CLXX.

Actor. Garrulitas est pnitas ad loquendũ ea que non expediũt.Unde garrulus ē quasi vas fractũ.vel nõ habens operculũ.Et ideo ſm legē imũdũ. Terentius in eunucho in psona garruli. Plenus ri‑marum:hac atq̧ illac perefluo. Symachus patricius in lib.epi‑stolari.Leticia loquax res est atq̧ ostentatrix sui. Natura rerũ est vt qui balbutiunt.plus loquantur.Affectant enim copiã sermõis pudore defectus. Oui.in.lib.de arte scđo.Exigua est virtus pre‑stare silentia rebus.At contra grauis est culpa tacẽda loqui. Jdē in li.de ponto.Tu modo sic timeas:ꝛ que tibi leta videntͬ.Dum lo‑queris fieri tristia posse puta. Cato vbi supra.Rumores fuge ne incipias nouus autor haberi.Nam nulli tacuisse nocet.nocet esse locutũ. Juue.quarto libro.Torrens dicendi copia multꝭ.Et sua mortifera facundia est. Sydonius in epi.li.tertio.Garrulo non re‑spondere conuitiũ est. Quintil.in lib.de causis causa sedecima. Nullã difficiliorē esse credo.q̃ silentij virtutem.Adeoq̧ pmptissi‑mo sermone facile delinquimus.vt cõstantiã tacendi nec in his fer‑re possimus. Ex puerbijs sapiẽtũ.Neminē cito laudaueris:vel ac‑cusaueris.Nullũ sine teste locũ esse putaueris.Qđ tacituꝫ esse vis nulli dixeris:qꝛ non poteris ab alio silentiũ exigere.si tibi nõ pstas

Jdē Tene semp vocis.ꝛ silẽtij temperamẽtũ:Jn hoc tamen inciũ‑be.vt libentius audias q̃ loquaris.Tacere qui nescit:nescit loqui.

Seneca in hipolito.Alium silere quod vis primus sile. Sydo‑nius in epi.lib.quinto.Non maior est gloria dixisse quod noueris q̃ siluisse quod nescis. Socrates.Sepultus apud te sit sermo quē solus audieris. Alexander in epistola ad Aristo.Solet terminũ equitatis cũstodire.ꝛ parcius omnia que gesta sunt loqui. Hie‑ronymus super ecclesiasten.Pythagoricorũ disciplina est tacere p quinquenniũ:ꝛ postea eruditos loqui. Actor.Hec quoq̧ mate‑ria habetͬ supra in caplo de taciturnitate. Turpitudo siue turpilo‑quium dicitͬ sermo turpis aut indecẽs:qui ꝛ scurrilis dicitͬ a scurra vnde ꝛ scurrilitas.qm̃ more scurrarũ abundare solet. Tul.in rhe‑torica prima.Turpe est qđ aut loco in quo dicitͬ aut ab homie qui dicit aut eo tpe quo dicitͬ:aut ab his qui audiũt aut re de qua agitͬ indignũ pꝑter inhonestã rem videtͬ. Jdē ↄtra salustiũ.Non qui ita viuit vt tu.aliter ac tu loqui põt.nec qui ita illoto sermone vtitͬ

vita honestior est. Ex puerbijs sapientũ. Turpia ne dixeris.pau‑latim enim pudor per verba discutitͬ.smo vo transibit in effectũ:si honesta loquamur. Menander comicus.Corrũpunt bonos mo‑res ↄfabulationes pessime.

¶De Contentione. .C. CLXXI.

Actor. Cõtẽtio ē improba ꝛ litigiosa vl' ꝓteruia ↄ aliquē altẽcatõ.Jtē iuxta amb.Cõtẽtio ē ve‑ritatꝭ ē ĩpugnatio p ↄfidẽtiã clamoris.Proteruia ē subi‑taneo motu ꝛ absq̧ rõne in verba obiecta prorumpere

Aristo.in topicis lib.viij.Qui litigatorie interrogat.praue dispu‑tat.ꝛ qui in rñdẽdo nõ ↄcedit qđ videtͬ. Ex puerbijs senece. Ni‑miũ altercãdo veritas amittitͬ.Sũt multi qui plurimũ vbis ↄtẽdũt ꝛ nõ re.sed ipsa q̃ spernũt.clam furantͬ. Quintil.de oratoria insti‑tutiõe.ij.li.Nõ bona cõsciã:sed victoria litigantꝭ est premiũ. Jdē in.v.li.Jn reb' apertis tam stultũ sit argumentari:q̃ in clarissimũ solem mortale lumē afferre.Qđ rei alterius illustrãde grã assumitͬ clarius eē ꝫ eo qđ illuminatͬ. Jdē in cã decimaseptima.Necesse est aũt cõtentiosius loq̃ris.q̃cqđ ꝓbare nõ possis:ꝛ affirmationẽ sumit ex hoie quicqđ nõ hꝫ ex veritate. Sydonius in epla lib.v. Jdiotaꝝ ē sicut facile vinci.ita difficile cõpesci. Lactanti' in li.de beata vita.Qui ↄtradicendi studio insaniũt:dũ sua etiã falsa defen‑dunt.aliorũ etiã vera subuertunt. Cato vbi supra.Contra vbosos noli ↄtendere vbis.Sermo datͬ cunctis animi sapiã paucꝭ. Lis mi‑nimis vbis iterdum maxima crescit.Litis preterite noli maledicta referre.Sunt quedã que ferre decet patienter amicum. Horatius in libro epistolarum.Alter rixatur de lana sepe caprina.

¶De Procacitate ꝛ irrisione ꝛ contumelia. C. CLXXII.

tellus. Que genuit. celo tegit q̄ nō habet vrnā. Statius in thebaide. Mille modis letis miseros mors vna fatigat. Prosp vbi supra Ferro peste fame vincul' ardore calore. Mille mōis miseros mors rapit vna homines. Ennodius. Nō expectatis mors venit ordinibus. Serlo. Mors omne durū. presens graue. triste futurū. Fine carēs finis. ⁊ plena ruina ruinis. Actor. De hac quoq3 materia require superi⁹ ca. de iuuenili etate. ⁊ iterū ca. de labilitate vite inferi⁹ ca. de mortis equitate.

¶ De Ipsa rōe sui ꝯ mortē. C. CXIII.

Tullius vbi supra. Meditatū esse oz ab adolescētia vt mortē negligam⁹. sine qua meditatiōe trāquillo aīo nemo esse pōt. cū certissime moriē dū sit. ⁊ quo incertū tpe. Sapiētissimus q̄sq3 equissimo aīo morit'. nec eū vixisse penitet q̄ ita vixit vt nō frustra se natū existimet. ⁊ ex hac vita discedit tanq̄3 ex hospitio nō ex domo cōmorādi enī diuersoriū natura nobis dedit nō habitādi. Idē in li. de paradoxis. Mors terribilis est his quoꝝ cū vita oīa extinguunt': non his quoꝝ laus emori nō pōt. Idē in tus. li. j. Tota phoꝝ vita (vt ait cato) cōmentatio mortis est. Nā q̄d aliud agimus cū a voluptatib⁹ carnis ⁊ a re familiari que est ministra corpis. ⁊ a reipubli. negocijs animū seuocamus. nisi q̄ ipm animū ad seipm vocamus. maximeq3 a corpe abducimus. secūq3 esse cogimus. Animū autē a corpe secernere nihil aliud est q̄3 mori discere. Hoc ergo mihi crede cōmētemur. nosq3 a corpe seiūgamus. i. mori cōsuescamus. Idē in oratione. vt interficiant' deprehēsi. Nequaq̄3 viro forti turpis mors accidere pōt. Vegetius renatus de re militari li. j. Mortem minus timet. q̄ minus delitiaꝝ nouit in vita. Seneca in agamēnone. O q̄3 miseꝝ est nescire mori. Idē3 ad lucil. epl'a. iiij. Plerūq3 iter mortis metū ⁊ vite tormēta miseri fluctuāt: ⁊ viuere nolūt ⁊ mori nesciunt. facitoq3 tu tibi iocūdā vitā oēm pro illa solicitudinem deponēdo. Nullū bonū adiuuat habētē. nisi ad cuius amissionem preparatus est animus. Idē in. xxvj. Qui mori didicit. nature seruire dedicit supra oēm potētiā est. certe extra oēm. Quid ad illū carcer ⁊ custodia ⁊ claustra. liberū hostiū h3. vna est cathena que nos alligatos tenet amor vite. Idē in. liiij. Illū lauda ⁊ imitare quē nō piget mori cū iuuet viuere. que est enī virtus cū eiciaris exire. Sapiēs nil inuitus facit. necessitatē effugit q2 vult qd coactura est. Petronius. Heu heu nos miseros q̄3 totus homuncio nil est. Nil erimus cūcti postq̄3 nos auferet' orcus. Ergo viuamus dū l3 esse bene. ego sic semper ⁊ vbiq3 vixi vt vltimā quāq3 lucē tanq̄3 nō redituā ꝯsummē. Versificator. Ne sis securus hodie vel cras moriturus. Intus siue foris est plurima cā timoris. Cūctis sis horis hominis memor iterioris. Actor. De hac iteꝝ materia reqre in li. precedenti ca. de puidētia.

¶ De Cōtēptu mortis fm phos. C. CXIIII.

Valerius li. ix. Corporis ⁊ aīe societas īfirmo vinculo coherēs dirimit'. minimoq3 studio bonū retinendū est. cuius caduca possessio tā leui afflatu violētie cōcussa dilabi pōt. Varro in sententijs. Cū natura litigat q̄ mori graue fert. duplexq3 malū est cū moleste ferimus qd necesse est. Seneca in li. de remed. fortuitoꝝ. Stultū ē timere qd vitare nō possis. optimūq3 est mori cū iuuat viuere.

Idē in li. de naturalibus questionibus. iij. Pusilla res est hoīs vita: licet ingens res cōtēptus vite. hanc qui cōtempserit securus videbit maria turbari. Securus aspiciet horridā faciē fulminantis celi. Quid ad me q̄3 magna sint quibus pereo. ipsum perire nō magnu3 est. pinde si volumus esse felices nec hoīum nec reꝝ timore versari. aīa in expedimēto habēda est. Idē in li. vj. Cōtēne mortē: ⁊ oīa q̄ ad mortē ducunt cōtempta sunt. siue bella siue naufragia siue ruinarū pondera. Nūquid amplius facere possunt q̄3 vt corpus ab aīa resoluatur. hoc nulla diligētia euitat: nulla felicitas donat: nulla potētia euincit. O te demētē ⁊ oblitū fragilitatis tue. si nūc mortē tantu3 times cū tonat. viues si fulmē effugeris. Repetet te gladius: petet lapis: petet bilis. non maximū ex periculis. sed speciosissimū fulmē est tecum si sensu3 mortis tue celeritas. infinita preueniet. Iratis dijs propitijsq3 moriendū est. Animus autē ex ipsa desperatione sumatur. Idē in li. declamationū. iij. Crudelius est q̄3 mori semp timere mortē. Ide3 in troade. Optanda mors est sine mortis metu mori.

Idē in tyeste. Abeant questus: discedat timor vite nimis auidus est. quisquis non vult mundo secum pereunte mori. Idē in hercule etheo. Nusquā ille miser est cui facile est mori.

¶ De Eodem fm poetas. C. CXV.

Idem ad lucil. epl'a. xxvj. Que querela est qd in incōmodū si q̄cq̄d debeat desinere deficit. ⁊ q̄ exit⁹ melior q̄3 in finē suū natura soluēte dilabi. Idē in li. liiij. In hoc ni fallor erramus q̄ morte3 seq̄ indicamus cū illa ⁊ pcesserit ⁊ secutura sit. Quicq̄d enī ante nos fuit mors est. Idem in. lxxvij. Nemo ta3 imperitus est vt nesciat quandoq3 sibi moriendū esse ⁊ tñ cū prope accesserit tergiuersat'. tremit. plorat. nōne tibi videt' stultissim⁹ que fleuerit q̄ añ mille annos nō vixerit. Eque stult⁹ est q̄ flet q̄ post mille annos non viuet. hec paria sunt. nō eris: nō fuisti. vtrūq3 tēpus alienū est. q̄d fles ad hanc legē natus. q̄d noui est omnib⁹ accidit. Idē in. lxxxij. Nō aūt ē mors gloriosa: sed fortē mori gloriosu3 est. q̄ demētia est fugere: cū retroire non possis. Tull'. in philippica. viij. Turpis fuga mortis omni morte peior est. Idē in tuscu. li. ij. Qui (nō mō q2 mori necesse est: verūetiā q2 nihil mors h3 qd sit horrendū) mortē nō timet: magnu3 sibi presidiū ad beatā vitā compat. Valeri⁹ li. vj. Theodor⁹ cyreneus cū regē lysimachū increpasset. ⁊ ob hoc eū ille cruci affigi iussisset: terribilis ait hoc sit purpuratis tuis. mea siq̄dē nihil īterest humi an in sublimi putrescā. Cato vbi supra. Fac tibi ꝓponas mortem non esse timendā. Que bona si nō est: finis tñ illa malorū. Nō metuit mortē q̄ scit ꝯtēnere vitā. Lucan⁹ li. viij. Mors vltia pēa ē nec metuēda viris.

¶ De Bōa morte appetēda. C. CXVI.

Macrobius in li. j. de somnio scipionis. Plato in phedrone diffinit homini nō esse sua spōte moriēdū: s3 in eodē iterū dyalogo idē dicit mortē philosophantib⁹ appetendā. ⁊ ipsa3 phiam esse meditationē moriendi. hec sibi cōtraria eē vident': s3 nō est ita. Nā plato duas mortes hoīs nouit. quaꝝ vnā natura: alterā v̄tutes ꝓstant. hō enī morit' cū aīa corpus relinq̄t solutū lege nature. Mori autē dicit': cum aīa adhuc in corpe ꝯstituta corporeas illecebras phia docēte ꝯtēnit. ⁊ cupiditatū dulces īsidias reliquasq3 oēs exuit passiones. Et hanc mortē dicit plato sapientib⁹ appetendā. Illā v̄o quā omnib⁹ natura cōstituit: cogi vel inferri vel accersiri vetat.

Mercuri⁹ trimegist⁹ ad asclepiū. Nos quidē pijssim⁹ votis optamus si diuine placeret pietati. vt nos mūdana custodia absolutos. supioris ptis nature restituat. ⁊ hec est merces pie sub deo diligent' cū mūdo viuētibus. Oui. in li. methamor. iij. Vltima sp expectanda dies homini est: diciq3 beatus. Añ obitū nemo supmaq3 funera debet. Idē in li. epi. Occurrunt aīo peundi mille figure. Morsq3 minus pene q̄3 mora mortis h3. Maximianus Morte mori melius q̄3 mortis ducere vitā. Pena minor certā subito pferre ruinā. Q̄3 q̄ pertimeas sustinuisse diu Felix q̄ potuit tranq̄llā ducere vitam. Et letos stabili claudere fine dies. Martialis coquus. Dulcia defecta moderat' carmina lingua. Cantator cignus funeris ipse sui. Ganfred⁹ i poetria noua. Q̄ñ quidē mortē si nō vitare necesse Trāseat i formā v̄tutis.

¶ De Cōpēdio mortis. C. CXVII.

Actor. Iccirco nec mors precipue miseris nō mō nō est formidabilis. verūetia3 optabilis: q2 finis est miseriarū. reqes laborū naturalis: debiti solutio: puuloꝝ curatio. carceris effractio. exilij quoq3 liberatio. ⁊ ad pria3 regressio. meritoꝝ reuelatio. phie ꝯsūmatio. Hic etiā solōis atheniēsis (vn⁹ ve3 ex illis. vij. q̄ primū i grecia sapiētes appellati floruerūt) i phia legit' eē elegās illa snīa. Felicitatis index ē dies vltim⁹. ⁊ appellatiōis honorē sapiēti ꝯfirmat rogus. Siq̄dē reꝝ initia debent' fortūe. phiā solus ꝯsecrat finis. Zenō quoq3 stoicus hac etiā collatiōe vsus est vt refert seneca. Nullū malū gloriosum ē: mors aūt gloriosa ē. mors ḡ malū nō ē. Vñ ⁊ ipse zeno man⁹ sibi intulit. vt post mortē felici⁹ viueret sic dicit Lactāti⁹. Salusti⁹ in katilinario. In luctu atq3 miserijs mors erūnaꝝ reqes ē nō cruciatus. Seneca ad lucil. epl'a. xxiiij. Multū fuit chartaginē vincē: s3 ampli⁹ mortē. Adeo mors timēda nō ē vt bñficio ei⁹ nihil añferendū sit aut timēdū. Idē i agamēnōe. Rudis atq3 tyrān⁹ ē morte q̄ penā exigit. Idē i li. de nālib⁹ q̄ōnib⁹. iij. Mors ē lex tributū officiūq3 mortaliū. malorūq3 oīu3 remediū. Optauit illam q̄sq̄s timet: mortis ḡ nomē ne formides. Effice illā cogitatiōe multa tibi familiarē vt si ita tulerit: possis ei ⁊ obuiā exire. Idē in li. de remed. fortuitoꝝ. Optimū quoq3 ē mori cū iuuat viuere. Ex pūerbijs sapiētu3. Dū vita est ḡta ꝯditio mortis ē optima. Boeti⁹ de ꝯsola. lib. j. Mors homi3 felix q̄ se nec dulcib⁹ ānis. Ingerit: ⁊ mestis sepe vocata venit. Oui. sine titu. li. ij. Pascit' in viuis liuor: post fata q̄escit. Cū su⁹ ex merito q̄sq3 tuet' honor. Iuue. lib. iiij. Mors sola fatet' q̄ntula sunt homi3 corpuscula. Valeri⁹ lib. vij. Humane felicitatis appellationē rogus consummat: q̄ se incursui malorum obicit.

¶ De Equitate mortis. C. CXVIII.

Seneca de naturalibus q̄stionibus lib. iij. Hoc etiam habet inter omnia iusticie sue nā precipuū. qd cū ad exitū vētū ē. oēs i equo sum⁹: nihil interest: vtꝝ me lapis vn⁹ elidat. an tot⁹ mōs pmat. Egregie

vagellius in illo inclyto carmine:si cadendum inquit mihi esset e celo cecidisse velim. Boetius de cõso.li.ij. Mors spernit altã gloriã:inuoluit humile pariter et celsum caput.equatq; summis infima. Horatius in li.carminũ odaruz. Pallida mors equo pulsat pede. pauperũ tabernas.regũq; turres. Uite sũma breuis:oẽs mors vna manet. Equa tellus pauperi recludit regũq; pueris. Mors vltima rer linea est. Claudianus in minori. Dia mors equas tu dãnatura nocẽtes. Tu requiẽ datura pijs te iudice sontes. Impia cogent vite cõmissa fateri. Hildebertus cenomanẽsis. Inter opes et delitias populiq; fauores. Hoc anim⁹ recolat hoc tua lingua sonet. Mors dñm seruo:mors sceptra ligonib⁹ equat. Dissimiles simili cõditiõe trahens. Actor. De hac quoq; materia require supra ca. de necessitate moriendi.ca.quoq; de compendio mortis.

¶De Potentia. C. CXIX.

Actor. Dicto de his que pertinẽt ad incolumitatẽ vite corporalis siue tuendã. siue reparandã siue etiã amore virtutis aut desiderio vite melioris cõtẽnẽdã. Restat dicẽdũ de potẽtia quã ponit. Tullius esse secũdã partẽ vel speciẽ vtilitatis. Potẽtie tamẽ amplitudinẽ et gloriã in secũdo genere.cõstituit honestatis.sicut de diuitijs superius dictũ est. Tull.in rhe.prima. Potẽtia est ad sua cõseruãda et alterius obtinẽda idonea rerũ facultas. Sydonius in eplari suo li.ij. Quidã vis fasq; cõmune supergressi:summã beatitudinẽ summaz potestatẽ putãt:hoc ipso satis miseriores q̃ parũ intelligũt se inquietissimo famulatui subiacere. Nã sicut hoibus reges:ita regibus dominãdi desideria dominant. Actor. Neq; igit tẽporali potẽtie fidendũ est:aut innitẽdũ vel ad eã aspirandũ.tum q: superbie materia est.tũ etiã q: sicut dicit poeta vix illa potentia longa est. De hac aũt materia require plenius in precedẽti libro tractatu de ramis superbie:videlicet ca.de ambitione ca.quoq; de principatu vel honore recusando. et iterum in hoc eodem li.superius ca.de dignitate.

¶De Fortuna. C. CXX.

Quoniam aũt eorũ q̃ expetunt.quedã trãsitoria sũt et caduca ac mutabilitati fortune subiecta videlz ea q̃ dicunt vtilia. Uerbigrã:dignitas.amplitudo:diuitie et potẽtia. Quedam vero fortune subiecta nõ sũt.sz hoiem liberũ et quodãmõ felicẽ in hac vita constituũt.ac de felicitate futura securũ reddũt.vt ea que dicunt honesta Dicto de vtroq; rer expetẽdarũ genere.quar videlz appetitu formãtur hoiuz mores in melius vel in peius. Restat dicẽdũ de ambiguitate seu mutabilitate fortune. et vtraq; ipsius facie psp̃a videlz et aduersa Ad extremũ vero de vtraq; felicitate presenti videlz et futura. nihilominus etiã de hac materia colligẽdo phor dicta. Naz et ipsi q̃muis gratie diuine gratificãtis exortes recteq; fidei expertes essent quodã tñ naturali ratiõis ductu(quo etiã multa vera de vnius deitatis eternitate et aiaz ppetuitatẽ senserũt atq; scripserũt)ista fortune bona vana et caduca despiciẽtes.virtutũ formã expte sectabant. p quã etiã ad felicitatẽ tẽdebãt.quã etiã i pñti virtutũ pfectiõe se adeptos vel.adepturos putabãt. et de futura sibi post mortẽ blãdiebant. Primo itaq; de vtraq; fortuna cõiunctim dicẽdũ est. Boetius in li.consola.j.Quãtas rerũ lubrica versat fortuna vices. Premit insontes debita sceleri noxia pena. At peruersi resident celso mores solio sanctaq; calcant. Latet obscuris condita virtus clara tenebris. Idẽ in.ij.Ego plus hoib⁹ reor aduersam q̃ prosperã prodesse fortunã.illa semp spem felicitatis cũ videtur blanda mentit. hec semp vera est cũ se instabilẽ mutatione demonstrat illa fallit.hec instruit.postremo felix a vero bono blanditijs deuios trahit. aduersa plerũq; ad vera bona reducẽs vnco retrahit. An hoc etiã iter minima estimãdũ putas.q̃ amicorũ tibi fidelium mẽtes. h aspa h horribilis deterit. h tibi certos sodaliũ vult⁹ ambiguosq; secreuit. Illa discedẽs suos aufert tuos relinq̃t. Idẽ in li.iiij.Eoz q̃ in pcessiõe vel pfectu vel adeptiõe vtutis sũt.oẽz quãcũq; sit bonaz iudico.in iprobitate vero manẽtib⁹ oẽz pessimã esse fortunaz. Quintus curtius li.iiij.Et calamitas querula est:et felicitas insolens ac superba.

¶De Ambiguitate fortune. C. CXXI.

Ex prouerbiis sapiẽtuz.Fortuna interea est que cũ splendet frãgit fortunã citius repias q̃ retineas.male ita gerit:quicq̃d sub fortune fide gerit. Terẽtius in adelphis. Ita vita ẽ hoiuz quasi cũ ludas thesseris. Illud q̃d maxime iactu est opus nõ cadit.forte vt illud q̃d cecidit arte corrigas. Tullius in rheto.ij.Sola virtus in sua potestate est.omnia preter eaz sub fortune subiecta sunt dominatiõe.Errãt aũt qui in prosperis rebus omnes impetus fortune fugisse se putant.sapienter autez cogitant qui in tẽporibus secundis aduersos casus formidant. Seneca ad lucil. epla.viij. Uitate ergo quecũq; vulgo placent:ad omne fortuitũ bonũ suspiciosi pauidiq; subsistite. Naz et fera et piscis aliq̃ spe oblectante decipitur.munera ista fortune putat:insidie sunt.q̃sq̃s tutaz agere vitam volet.viscata bñficia ista deuitet.in precipiti cursus iste deducit.huius eminentis vite exitus.deinde ne resistere quidem licet cũ conceperit transuersos agere felicitas. Scitote tam bene hominem culmo tegi q̃ auro. Cogitate nil preter aĩm eẽ mirabile:cui magno nihil magnum est. Non est tuum fortuna quod fecit tuũ.

¶De Eodem fm poetas. C. CXXII.

Hildebertus de exilio suo. Nuper erã locuples multisq; beatus amicis.Et risere diu ppria fata mihi.Sepe mihi dixiq; suã tam psp̃era rerũ.Quid sibi vult tantus: tam cito agger opum. Heu mihi nulla fides nulla est cõstantia rebus. Res ipse q̃d sint mobilitate docent. Res hoiuz atq; hoies leuis alea vsat in horas.Et venit a summo sũma ruina gradu. Cũcta ideo ancipiti pendent mortalia casu.Et spondent ppria mobilitate fugaz.Quicquid habes hodie cras te fortasse relinquet. Aut modo dũ loqueris desinet esse tuũ. Has ludit fortuna vices regesq; supbos. Aut seruos hũiles nõ finit eẽ diu. Illa dolosa comes sola leuitate fidel. Nõ impũe fauet aut fine fine pmit. Illa mihi quodã vultu blãdita sereno. Mutauit vult⁹ nubila fctã suos. Oui. in li.tristiũ.iiij. Passibus ambiguis fortũa volubil errat. Permãet i nullo certa tenaxq; loco Sed mõ leta mãet:mõ vult⁹ sumit acerbos.Et tñ cõstãs in leuitate sua est. Idẽ in li.de põto.Dia sũt hoiuz tenui pendẽtia filo. Et subito casu q̃ valuere ruũt. Ludit in humanis diuina potẽtia rebus. Et certã pñs vix hz hora fidẽ. Ganfredus in poetria noua. Nulla fides rerũ sequit post mella venenũ.Et claudit nox atra diẽ:nebuleqz serenũ.Dibus ire crede tuis:si tpe puo. Illuxere tibi:mox sunt clausura serenũ.Turbida fata diẽ:ducentq; crepuscula noctem.

¶De Mutabilitate eiusdem. C. CXXIII.

Tullius celsus lib.j.Consueuit deus imortalis, quo graui⁹ hoies ex cõmutatiõe rerũ doleãt quos p scelere eoz vlcisci voluit.his secũdiores iterdũ res et diuturniorẽ impunitatẽ cõcedere. Idẽ in lib.iiij.Fortuna plerunq; eos quos plurimis bñficijs ornauit.ad duriorẽ casũ reseruat. Boetius de ɔsola.li.ij. Dis subita rerum mutatio nõ sine q̃si quodã fluctu ɔtingit aĩoz. In omni aduersitate fortune infelicissimũ infortunij gen⁹ est fuisse felicẽ. Ualerius li.v.Optima vindex ẽ isolẽtie varietas ɔditiõis humane. Idẽ in li.vj.Alcibiadẽ q̃si due fortune partite sunt.altera q̃ ei nobilitatem eximiã.abũdãtes diuitias.formã pstãtissimã fauorẽ ciuiũ ppensũ sũma impia.pcipue potẽtie vires flagrãtissimũ ingeniũ assignaret. altera q̃ dãnationẽ exiliũ:inopiã:odiũ patrie: violentã mortẽ infligeret.ne aut hec aut illa vniuersa sed varia pplexa freto estuiq; filia Dionysius cũ hereditatis noie a patre syracusanoz ac pene totius sycilie tytãnidẽ accepisset:maximaz opum dñs: exercituũ dux:rector classiũ:potẽs equitatuũ:tandẽ ppter inopiã litteras.puerulos corinthi docuit.eodẽq; tpe tãta mutatiõe maiores natu ne quis nimis fortune crederet magister ludi factus ex tyrãno monuit. Idẽ in lib.ix. Humane vite cursus modo aspo mõ tranq̃llo motu pagitur.spe semp minor.dũ et cupide votis extẽdit. et fere fine rõne ɔsumit. Salusti⁹ in katilinario. Fortuna sil cũ morib⁹ mutat. Seneca de nãlibus questiõib⁹ li.vij. Nescit fortuna quiescere leti gaudet tristia miscet. Itaq; secũdis nemo cõfidat:aduersis nemo deficiat:alterne sunt vices rer. Idẽ in declamatiõib⁹ li.iiij. Ludit de suis fortuna muneribus que dedit aufert.que abstulit reddit. Nec vnq̃ tutius est illam experiri:q̃ cum locũ iniurie nõ habet. Idem in tyeste. Res deus nostras celeri citatas turbine versat. Et puer hijs sapientuz. Leuis est fortuna cito reposcit q̃d dedit. Ouidius in lib.tristiũ.iij. Largitur quodcũq; libet fortuna rapitq;.Est gracilis subito qui modo crossus erat. Cato in lib.de moribus. Labitur exiguo quod partum est tempore longo. Indulget fortuna malis:vt ledere possit. Fronte capillata post hoc occasio calua.

¶De Aduersitate fortune. C. CXXIIII.

Quintus curtius li.vij.Facilius est aduersam q̃ prosperã regere fortunã. Seneca in hercule etheo.Fortuna peior amorẽ inflãmat magi. Boetius de cõso.li.ij. In oĩ aduersitate fortune infelicissimũ infortunij genus est fuisse felicem. Ualerius lib.vij.Solon aiebat si vnum in locum mala sua cuncti contulissent: futurum vt propriam deportare domũ q̃ ex cõi miseriarũ aceruo portionez suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos que fortu-

to patimur. precipue ⁊ intolerabilis amaritudinis indicare. Ouidius in li. de ponto. Fortuna miserrima tuta est. nã timor euentus deterioris abest. Idẽ in li. tristium. j. Tot mala sũt passus quot. in ethere sydera lucẽt. Paruaqꝫ quot siccus corpora puluis hꝫ. Idem in li. iiij. Littora quot conchas quot amena rosaria flores. Quotqꝫ soporiferum grana papauer hꝫ. Silua feras quot alit. quot piscibꝰ vnda natat. Tot ꝑmor aduersis. Uirgilius in li. vj. eneid. Nõ mihi si lingue sint cẽtũ: corpora cẽtũ. Ferrea vox oẽs celeꝝ depréẽdere. formas. Omnia penarũ percurrere nomina possum.

De Prosperitate. C. CXXV.

Tullius in li. de offi. Panetius auditorem ⁊ familiarẽ suũ aphricanũ solitũ ait dicere. vt equos ꝓpter crebras cõtẽtiões ꝑlioꝝ ferocirate exultãtes domitoribꝰ tradere solẽt vt his faciliorib ꝰ possint vti. sic hoies secũdis rebꝰ efferatos. sibiqꝫ ꝑfidẽtes tanq̃ꝫ in gyrũ rati õis ⁊ doctrine duci oportet. vt ꝑspiciãt reꝝ hũanaꝝ imbecillitatẽ varietatẽqꝫ fortune. In rebꝰ aũt ꝓsꝑis supbia fugiẽda ẽ ⁊ arrogantia. Nã vt aduersas res: sic ⁊ secũdas imoderate ferre leuitatis est. Salustiꝰ in catilinario. Secũde res etiã sapiẽtũ aios fatigãt. Terẽtius in phormione. Dũ maxime boiꝫ scde sunt res. tũc maxime meditari eũ oportet. quo pacto aduersam erũnaꝫ ferat. ne q̃d aio fit nouũ. ⁊ sic q̃cq̃d ꝑter spem eueniet in lucro deputare. Claudianus in minori. Disuasor honesti luxus: ⁊ hũanas oblimat copia mẽtes. Seneca in hipolite. Honesta q̃dã scelera successus facit. Ualeriꝰ li. j. Lẽto gradu ad vindictaꝫ sui diuina ꝓcedit ira. Tarditatẽqꝫ sui grauitate supplitij compensat. Horatius in libro epistolaꝝ. Quem res plus nimio delectauere secunde. Mutare quatient. Tu quamcũqꝫ deus tibi fortunauerit horam. Grata sume manu. Idem in li. sermonuꝫ. Multorum ingenium res aduerse nudare solent. Celare scde. Ouidius in li. de arte. ij. Luxuriãt animi rebꝰ plerũqꝫ secũdis. Nec facile ẽ equa cõmoda mẽte pati. Prosꝑ vbi supra. Qui se peccatis gaudet feliciter vti. Infelix nimis ẽ ꝓsꝑitate sua. Panphredus vbi supra. Quo magis optat: magꝭ effluat: oĩa lapsũ. Spõdent. ⁊ citius sit ꝓsꝑa ꝓrupta ruine. Insidias ponit semꝑ sors aspera: blãde. Anticipatqꝫ fugã: melior fortuna repẽte. Syrẽnes exẽplar habe: decearis in illis. Casibus in letis semꝑ peiora cauere. Res fortuna secundas impat esse breues. Breuis ẽ distantia leti. Dis ⁊ mesti: nox est vicina diei. Actor. De hac quoqꝫ materia require supra ca. de ambiguitate ⁊ mutabilitate fortune.

De Falsa felicitate. C. CXXVI.

Boetius in li. de ꝯsola. ij. Impreciosaꝫ estimet q̃s felicitatẽ abiturã: an cara sit fortũa ꝑsens nec manẽdi fida. Et cuꝫ discesserit allatura merorẽ. Nõ qd ante oculos sitũ est sufficit intueri. Reꝝ exitꝰ prudẽtia metit: q̃ꝫ multis amaritudinibꝰ hũane felicitatis dulcedo respsa ẽ. q̃ ⁊si fruẽti iocũda videat. tñ quo minus habeat cũ velit: retineri nõ põt. Uarro. Nõ ẽ felicitas q̃ secũ recipit miseriã. Ex prouerbijs sapientũ. Nulla tã bona fortuna de qua nihil possis queri. Martialis coquus. Fortuna multꝭ dat nimis: ⁊ nulli satꝭ. Tullius in li. de paradoxis. O q̃ te beatũ q̃ te florẽtẽ putas. te miserie te erũne premũt. te tue libidines torquẽt. tu die noctuqꝫ cruciaris. cui nec satis est qd est. ⁊ idipꝫ ne nõ diu futurũ sit times. te cõsciẽtie stimulãt maleficioꝝ moꝝ. te metus exanimãt iudicioꝝ atqꝫ legũ. Seneca in declamationibꝰ li. iiij. Acrior est cupiditas ignota cognoscẽdi q̃ꝫ vota repetẽdi. Prosꝑ vbi supra. Qui se peccatis gaudet feliciter vti. Infelix nimis est ꝓsperitate sua. Cato vbi supra. Cũ fueris felix: que sunt aduersa caueto. Nõ eodẽ cursu rñdẽt vltima primis. Ouidius fastoꝝ. vj. Scilicet interdũ miscent tristia letis. Actor De hac quoqꝫ materia req̃re satis in ꝑcedẽtibꝰ capitulis de fortuna In li. quoqꝫ precedenti de intelligentia ⁊ rerum estimatione.

De Uera miseria: C. CXXVII.

Tullius in philippica secũda. Optimus est portus peneñti mutatio cõsilij. Idẽ in lib. de paradoxis. Sicut aũt improbo ⁊ stulto ⁊ inerti nunq̃ꝫ bene potest esse sic bonus vir ⁊ sapiẽs ⁊ fortis miser esse non potest. non peccata rerũm euentu sed vitijs hominum metienda sunt. Idem in oratione de responsis aruspicum. Miseriores cuꝫ in omnem fraudem oculis raperis. q̃ꝫ si omnino oculos non habueris. Seneca in hercule etheo. Nũq̃ꝫ est ille miser cui facile ẽ mori. Statiꝰ in thebaide li. ix. Mille modis leti miseros mors vna fatigat. Uirgilius in geor. li. iij. Optima queqꝫ dies miserꝭ mortalibus eui. Prima fugit: subeũt morbi tristisqꝫ senectus. Frigidus in venerem senior frustraqꝫ laborẽ. Ingratũ trahit. Ouidius in libro de nuce. Res timida est omnis miser. Idẽ in libro. de ponto. Credẽ mihi miseros prudentiã prima reliquit. Et sensus cũ re ꝯsiliũqꝫ fugit. Idẽ in li. epi. Ingeniũ nimijs deficit omne malis. Actor. De hac quoqꝫ materia req̃re supra ca. de mltiplici huiꝰ vite misia.

De Contemptu seculi. C. CXXVIII.

Aristoteles in lib. de vegetabilibus. Tria sunt. vt ait empedocles in tota reꝝ varietate ꝑcipua. s. mobilis affluentie ꝯtemptus future felicitatis appetitus. mentꝭ illustratio. Quoꝝ primo nihil honestius. secũdo nihil felicius. tertio nihil ad amboꝝ adeptionẽ efficacius. Tullius in oratiõe sua pridie q̃ꝫ iret in exilium ꝑsẽtes fructus negligamus: posteritatis glorie seruemus. sꝑnemꝰ qd volumus. qd acciderit feramus. Idem in oratiõe ꝓ domo sua. Caduca sunt ⁊ mobilia nõ ꝟtutis atqꝫ ingenij sed tempoꝝ munera quoꝝ nõ tam facultas ⁊ copia extendenda est. q̃ꝫ in vtendo rõ. ⁊ in carẽdo patiẽtia. Idẽ in tuscu. li. v. Non sunt ea bona dicenda nec hñda. qbꝰ abundantẽ licet eẽ miserrimũ. Tardis mẽtibꝰ ꝟtus non facile cõmittit. Uarro Nunc in segetibꝰ aiũt in herbis in frumẽtis bona sunt. nolite ibi nimiã speꝫ habere. Sepe audiui inter os ⁊ offam multa interuenire posse. verũ inter herbã ⁊ offam longũ interuallũ est. Seneca ad lucil. epla. xv. Discedũt aliqñ ista bona insidiosa. ⁊ sperãtibꝰ meliora q̃ꝫ assecutis. Si q̃d in illis esset solidi aliqñ implerẽt. nũc aũt hauriẽtiũ sitim cõcitãt. Idẽ in. xviij. Diuitiarũ possessionẽ tibi nõ interdico. sꝫ efficere volo. vt illas intrepidus possideas. qd vno mõ cõsequeris. si te etiã sine illis beate victuruꝫ tibi ꝑsuaseris. si illas tanq̃ꝫ ituras aspexeris. Idem in. xxij. Qd male implicuisti soluas potiꝰ q̃ꝫ abrũpas. Dummõ si alia rõ soluendi nõ erit. necesse est vt abrũpas. Nemo tã timidus ẽ vt malit sꝑ pendere: q̃ꝫ semel cadere. Idẽ in lxij. Cõtẽnere aliq̃s oĩa potest. habere omnia nemo põt. Itaqꝫ breuissima ad diuitias ꝑ ꝯtẽptũ diuitiarũ via est. Idẽ in. lxxiiij. Aut ista bona nõ sunt q̃ vocant. Aut hõ felicior deo est: qñ que parata sunt nobis deus nõ hꝫ in vsu. Neqꝫ enĩ opes nec epulaꝝ letitia: nec q̃cq̃ꝫ ex his hominẽ inescãtibꝰ ad eũ ꝑtinet. Idẽ i. lxxxiiij. Relinque diuitias aut piculũ aut onus possidere possidentiũ. relinque voluptates. molliũt enĩ ⁊ eneruãt. Relinque ambitũ timida res est vana ⁊ vẽtosa. nullũ hꝫ terminũ. laborat duplici inuidia cui inuidet ⁊ inuidet. Idẽ in li. de remeđ. fortuitoꝝ. Paupertas tibi grauis ẽ: imo tu paupertati. Illa. n. expedita ẽ hilaris tuta. tu opiniõe laboras: nõ re. pecuniã si ꝑdidisti. eris nũc in via expeditior domi tutior. Qd dãnũ putas remediũ est. Defles genus miserũ. te calamitas ꝙ opibꝰ excussus es. tuo initio ista tibi iactura tristis ẽ nõ tã moleste ꝑditas ferres: si tãq̃ꝫ perditurꝰ habuisses. Naufragiũ fecisti: cogita nõ quid perdideris: sed ꝙ euaseris.

Exempla eorũdem de eodem. C. CXXIX.

Ualerius li. viij. Anaxagoras post lõgã ꝑegrinationẽ ꝓ studio sapiẽtie in patriã reuersus cũ possessiones desertas videret: nõ essem ego inq̃t saluꝰ: nisi iste ꝑiissent. Actor. Crates ꝑhus thebanus fuisse dicit natiõe. de quo legit ꝙ magnũ pondus auri in mare ꝓiecerit dicẽs. Abite pessime diuitie. ego vos mergã: ne ego mergar a vobis. Stilbon aũt magister eiꝰ ipse est quẽ epla epicuri insequit. Qui capta patria: ⁊ amissis vxore ⁊ liberis cũ ex incendio solus exiret publico. interrogãti demetrio: cui cognomẽ ab exitio vrbiuꝫ poliocertes fuit. nunq̃d oĩa ꝑdidisset. oĩa inq̃t bona mea mecũ porto. pectore enim illa gestabat nõ humeris. Dydimus ad alexãdrũ. Nos nõ sumus incole mũdi: sed aduene. nec ita in orbẽ terrarũ venimus. vt in eo libeat cõsistere sed transire. ꝓperamus enĩ ad larẽ patriũ. Nullis delictoꝝ ponderibꝰ ꝑgrauati: nec aliq̃bꝰ illecebraꝝ tabernaculis cõmorãtes: nec flagitioꝝ caupõibꝰ obligati. Nihil. n. indecoꝝ pene ꝯtegimus. q̃ppe qui nuda cõscientie fronte progredimur vt expediat. ac faciles spatiũ ꝓpositi decurramꝰ itineris.

De Eodem sm poetas. C. CXXX.

Gaufredus in poetria noua. Cui potior deus est q̃ꝫ mundus. nõ nocet illi ꝯspũs imũdus. Arator li. j. Turba ꝑhẽnem. Portatura crucem dñmqꝫ secuta fidelẽ. spreuit agros habitura polos: hec nẽpe facultas. Fortior est de ꝑte magis cõquirere totũ. Atqꝫ caducoꝝ pẽsare manentia causis. ⁊ q̃stũ ꝑ dãna sequi. Prosꝑ vbi supra. Est ⁊ in vita req̃es multꝭ data sanctis. Quoꝝ aĩus mũdꝰ nõ tenet occiduꝰ. Quos desiderijs nullꝭ ꝑitura fatigãt. Et quibꝰ oẽ bonũ est christus ⁊ oĩs honor. Celestem ad patriã christo redimẽte vocatus. Uitã labentis tꝑis hospes agit. Dumqꝫ ad ꝓmissam requiem per nõ sua tendit. Mũdane patit multa pericula vie. Que nunc obsessa aduersis nũc plena secũdis. Aut frangit trepidos obligat aut dubios. Inter quos laqueos currentem ad gaudia vera

Nō capiet mūdus cui via mūdus erit. Nō placeat vanis aīum sub nectere reb⁹. Pestiferisq; auidā mētem onerare cibis. Cor mūdū ꝛ sapiēs fructu vtut| alat. Et chri in nostro pectore regnet amor. Qui credūt veros veꝝ cecinisse pphas. Et ꝗ nō dubitāt vba manere dei Qui chr̄ꝫ passuꝫ penas crucis vltima mort|. In toto celsi pr̄is bono re vidēt. Quiq; ipꝫ multa cū maiestate tremēdū. Expectāt pingui lā pade peruigiles. his sordēt terrena patēt celestia. nec se. Captiuos seruos tpis hui⁹ agūt. Impia fasces indocti munera vulgi. Qua sq; orbis scelerū femina ferit opes. Calcarūt: sancta celū ambitiōe petē tes. Querere nil cupiūt: pdere nil metuūt. Esse volēs: gaudere optās scire abdita querēs. Ut te nō teneāt vltima sūma pete. Serlo. Si mūdo morier| moriēdo nō morier|. Mūdus clamat aue: ſꝫ aue con uertit i haue. Cū mūdus trāsit: nescis si ne forsitan an sit. Eius cerne vices: o flos mō fex mō vices. Si mūdū sequer|: post esse fuisse que rer|. hic stat⁹ absq; statu: locus ħ locat in cruciatu. hec tria vba fi dē nō dent tibi post mō pdē. Post pēdet: cecidit pdē: mō nō sibi fi dit. Uersificator. Spnere mūdū: spnere nullū spnere sese. spnere se spni: qttuor ħ bona sē. Actor de hac quoq; mā reqre supra in tra ctatu de diuitijs. ꝛ in tractatu de fortuna. In pcedēti quoq; li. ca. ō reꝝ estimatiōe. ꝛ ca. de sufficiētia siue de volūtaria paupertate.

De Presenti iustoꝝ felicitate. C. CXXXI.

Aristoteles i ethi. li. j. Ois cognitio ꝛ pbe resis bonū aliqð exoptat. pfe ctius aūt dicimus qð p se ē p seqbile: ꝗ qð pp̄ter aliud est eligibile. tale aūt felicitas marie esse videt. hāc enim semp eligim⁹ pp se ꝛ nūq; pp aliud. Quis ḡ phibet felicē dicere eū ꝗ ſm vtutē opat̄ pfectā. ꝛ exteriorib⁹ abūdat sufficiēter. Felicitas igit̄ ē act⁹ aīe ſm vtutē pfectā. Oia eni honesta ꝯcordāt rōni. Idē in topicis. iij. Oia ꝗdē bōa appetūt. Qð aūt pp se eligēdū eo qð pp aliud magis ē eligēdū. ꝛ qð ppinquius ē fini. ꝛ oīno qð ad vite finē appetibilius. Seneca ad lucill. epl̄a. xij. Ille beatissimus est ꝛ secu rus sui possessor. ꝗ crastinū sine solicitudine expectat. Idem in. xv. Iocūdū ē nihil poscere ꝗ magnificū ē plenuꝫ esse: nec ex fortuna pēdere. Tull. in li. de padoxis. Sicut iprobo ꝛ stulto ꝛ inerti nemi ni bene esse pōt: sic bon⁹ vir ꝛ sapiēs ꝛ fortis miser esse nō pōt. Ua lerius li. vij. Anaxagoras iterrogāti cuidā: ꝗsnā eēt beat⁹: nemo in qt ex his quos tu felices existimas: ſꝫ eū in illo numero repies: ꝗ ex miserijs a te ꝯstare credit̄. Nō. n. erit ille diuitijs aut honorib⁹ abū dans. ſꝫ aut exigui ruris: aut nō ambitiose doctrine fidelis ꝛ ptinax cultor. in secessu ꝗ in fronte beatior. Horatius in li. carminū. Nō semp feriet qðcūq; minabit̄ arcus. Semp auarus eget. Oui. in li. methamor. iij. Ultima semp expectāda dies hoi: diciq; beat⁹. Ante obitū nemo supremaq; funera dꝫ. Cato vbi supra. Felices obiunt quoꝝ sine crimine vita ē. Prosp vbi supra. Felices vere faciūt sem perq; beatos. De do ꝛ sūmo gaudia nata bono. Nā mūdi ex opib⁹ breuis ac pitura voluptas. Edita: ppetue semina mortis hꝫ. Galthe rus in alexādreide li. viij. O felix mortale gen⁹ si semp hr̄et. Ethere um pre mēte bonū finemq; timeret. Actor. De hac quoq; materia require in precedenti li. ca. de securitate mentis. ꝛ require iterum in hoc eodem li. ca. de paupertatis securitate.

De Spe imortalitatis future. C. CXXXII.

Xenophon in li. de cyro. Cyrus maior mo riēs dixit. Nolite arbitrari o fi lij mei charissimi. me cū a vobis recessero nusq; aut nul lū fore. Nec eni dū esseꝫ vobiscū: aīuꝫ meū videbat|. ſꝫ eū esse in hoc corpe ex eis reb⁹ quas gerebā itelligebat|. eūdē igit̄ esse creditote: etiā si nullū videbit|. Macrobi⁹ de somnio scipionis li. ij. In phedrone quoq; platonis quē trāstulit cicero validissimis ar gumētis aīe imortalitas asserit̄. Actor. Legit̄ ꝗ therobrot⁹ cū le gisset librū platonis de imortalitate aīe: e muro se pcipitē dedit pre desiderio melioris vite. Tull. in li. ō senectute. Nō ē lugēda mors quā imortalitas ꝯsequit̄. Idē in tusc. li. j. Nemo vnq; sine spe im mortalitatis se p patria offerret ad mortē. Et nescio quō iheret mē tib⁹ ꝗsi seculoꝝ quoddā auguriū futuroꝝ. Idq; in maximis igenijs ꝛ altissimis animis ꝛ maxime existit ꝛ apparet facillime. Quo ꝗdeꝫ dēpto: quis tā esset amens qui semp in laborib⁹ ꝛ periculis viueret Ouidius in li. methamor. xv. Morte carēt anime. Stati⁹ in the baide li. vij. Ite alacres nostri nunq; moriunt̄ honores.

De Desiderio vite ppetue ſm phos. C. CXXXIII.

Tullius in li. de senectute. Cū in his inclusi cor poris cōpagib⁹ sumus: munere quodā necessitatis ꝛ graui ope pfungimur. Est eni aīus celestis altissimo domicilio depssus. ꝛ quasi demersus in terram locū diui ne nature eternitatiq; ꝯtrariū. O pclaꝝ diem cū ad illud diuinum aioꝝ ꝯsiliū cetūq; pficiscar. Cūq; ex hac turbe colluuione discedā pficiscar eni ad viros sapientes. ꝛ ad Catonē meū pcipue cui⁹ cor pus a me crematū est. quo nemo vir melior natus est: nemo pietate pstantior. Idē in li. de padoxis. Mors terribilis est his quos cū vita oia extinguunt. nō his quoꝝ laus emori nō pōt. Idē in phi lippica. xiiij. Breuis a nā nobis data est vita: ſꝫ memoria bn̄ acte vi te sempiterna. ꝗ si nō eēt longior ꝗ hec vita. ꝗs eēt tam amēs ꝗ ma ximis laborib⁹ ꝛ piculis ad sūmā laudē gloriāq; cōtendēt. Tull. in tuscu. li. j. Nulla est celeritas ꝗ cū animi celeritate possit ꝯtēdere Quisi pmāet icorrupt⁹ suiq; silis: necesse est vitta ferat̄ vt penetret ꝛ diuidet oē celū. h eiq; illi demū sedes nālis erit. cū ad sui sile pe netrauerit. in quo nulla re egens alet̄. ꝛ sustētabit̄ eisdē reb⁹ ꝗbus astra sustētant̄. Cūq; corpis facibus ad oēs cupiditates inflāmari soleat. pfecto hti erim⁹ cū corpib⁹ relict| ꝛ cupiditatū ꝛ emulatōnū exptes fuerim⁹. totosq; nos in ꝯtēplādis reb⁹ pspiciendisq; pone mus. qꝛ ꝛ nā inest in mētib⁹ nostris insatiabilis quedaꝫ cupiditas veri vidēdi. qꝛ pcipue visione fruent̄. ꝗ tūc id etiā cū has terras in colentes caligine circūfusi erāt. cū acie mentis ꝯspicere cupiebāt. qꝛ nō modo qꝛ mori necesse est. verūetiā qꝛ nihil mors hꝫ qð sit bonē dū. mortem non timet magnū sibi presidiū ad beatā vitaꝫ cōparat. Mercurius trimegistus asclepiades. Nos pijssimis votis opta mus si diuine placeret pietati. vt nos mūdana custodia absolutos. supioris partis nature restituat. ꝛ hec est merces pie sub deo dilige ter cū mūdo viuētib⁹. Quintil. in. iiij. cā. Si ꝗs sciat quis est finis bonoꝝ: ꝗ vera felicitas: nunq; sibi videbit̄ prematura morte peritu rus. Seneca ad lucil. epl̄a. xx. O qn̄ ille veniet dies qn̄ nemo in honorē tuū mentiat̄. huc ergo cogitationes tue tendant. hoc cura: hoc opta. Idē in. lxxiij. Miraris hominē ad deos ire. deus ad ho mines venit. imo in homines. nulla enim bona mens sine deo. Idē ad paulum. epl̄a. vi. Feramus equo animo ꝛ vtamur foro qð fors concessit. Donec inuicta felicitas finem malis imponat.

De Eodem ſm poeta. C. CXXXIIII.

Orator lib. ij. Quantū p inania currit mens igna ra boni. Certeq; humanū trāscēdūt gau dia votū. hoc facile est patrare deo cui muneris vsus. hic potior ꝗ nemo putat. Prosp vbi supra. Semper erūt qð erāt eterna gaudia vite. Gaudendi qn̄ cā erit ipse de⁹. Nec varios pariet motus diuersa voluntas. Unum erit cūctis lumen ꝛ vnus amor. Inq; bonis summis posita expientia felix. Nec valet augeri nec metuet minui. Ad patriā vite de noct| valle vocati. Uir tutū gradibus scandite lucis iter. Gratior est fructus quā spes pro ductior edit. Ultro obiectorū vile aderit precium. Delitias iā nunc promissi cōcipe regni. Uirtute atq; fide qð cupis esse tene. Exulta agnoscens tē verbi in carne renatū. Cuius si pars es: pars tua chri stus erit. Qui ne damnandi legeres mala gaudia mundi. Promis sum ad regnum se tibi fecit iter.

Liber Sextus Incipit.

De Scientia echonomica. C. I.

Isidorus in li. etymologia rum scdo. Echo nomica siue dispensatiua ē ars vel sciē tia qua domesticarū rerū sapienter or do disponit̄. sicut politica siue ciuilis ē qua totius ciuitatis vtilitas admistra tur. Richardus in lib. exceptionum. Echonomica est scientia que familiar| offici| curā mediocri dispositione com ponens distribuit. Actor. De hac ꝗ dem scientia nullū speciale volumen a quoq; editū vsq; quaq; potui repire ꝗq; pulcherrimū xenofōt| so cratici librū echonomicū in nostraꝫ linguā eleganti sermone legat̄ hieronymus transtulisse. Sed qm̄ is liber ad man⁹ nostras hucus q; peruenire nō potuit. Ex ceteris autoꝝ libris pauca capitula de his que ad eandē spectant scientiā vtrinq; colligere placuit. Itaq; qm̄ echonomica nō solū familiā sapienter regit atq; componit. ve rūetiam res familiares siue domesticas prudēter administrat ꝛ or dinat siue disponit. hmōi scia vel ars videt̄ esse biptita. ꝛ illa ꝗdem eius ps ꝗ ppriā familiā siue psonas familiares respicit qttuor pti culas cōprehēdit. Quaꝝ prima est de mutua societate ꝛ amore diu gū. Secūda de educatiōe filioꝝ. Tertia de regimine fuoꝝ. Quarta de cultu amicoꝝ. Illa quoq; ꝗ ad domesticaꝝ reꝝ dispositōeꝫ spectat qttuor nihilomin⁹ ꝯsiderat. Prīa naq; ꝯsiderō ei⁹ ē i reb⁹ solert̄ ac

fideliter acquirendis. Secũda in eis caute conseruandis. Tertia in eis prudenter dispẽsandis. Quarta vero in debitis non ꝯtrahẽdis.

¶ De domo viri illustris ab ipso ornãda ⁊ illustrãda. C. II.

ANte oĩa sciendũ ꝙ bonus paterfamilias domũ totã suã: totãqꝫ famjliã suis vtiqꝫ bõis moribꝰ ⁊ actibꝰ potius q̃ꝫ varijs ac preciosis materiebꝰ aut speciebꝰ illustrat ⁊ ornat. Sicut etiã ex hilosophorũ dictis liq̃do cõstat. Tull. de offi. li. j. Ornãda est dignitas domo. nõ ex domo tota querẽda ẽ: nec domo dñs: ſ; dño domus honestãda est. In domo clari hoĩs hospites multi recipiẽdi sunt. ⁊ admittẽda hoium cuiusqꝫ generis multitudo. atqꝫ adhibenda est cura largitatis. Aliter enĩ ampla domus dedecori fit dño. si est in eo solitudo. ⁊ maxime si sub alio dño solita est frequẽtari. odiosuꝫ est enĩ cũ a pretereuntibꝰ dicit: o domus antiqua. heu q̃ꝫ dispari dño dominaris. Idẽ in li. ij. Decorũ valde est patere domos illustriũ virorũ illustribus hospitalibꝰ. Idẽ cõtra salustiũ. Nõ q̃ viuit vt tu aliter loq̃ potest q̃ꝫ tu: nec q̃cq̃ꝫ domui tue turpius est q̃ꝫ tu. Ualerius maximꝰ li. ij. Quid prodest foris esse strẽnuũ: si domi male viuit. Idẽ in eodẽ. Quorũ opa splẽdorẽ suũ ꝑcul obtinuisse vident. eorũ dignitatẽ indignũ est ⁊ deforme domi collabi. Lactãtius in li. de vero cultu. Nõ iusti ⁊ sapiẽtis domus illustribꝰ oꝫ patere ſ; humilibꝰ ⁊ abiectis. nihil enĩ a viro iusto faciẽdũ est: qđ nõ sit beneficiũ. aut si refertur interit ac finit. Seneca in li. de quattuor virtutibꝰ. Salubriter habita nec dñm velis esse notũ a domo: ſ; domũ a dño. Idẽ ad lucilliũ epl'a. v. Qui domũ intrauerit nos potius miret q̃ꝫ supellectilẽ nostrã. Magnus ille est q̃ fictilibꝰ sic vtit quõ argento. nec ille minor est: q̃ sic argento vtit quõ fictilibꝰ. Tibullus li. ij. Quid ꝓdesse põt pondus graue diuitis auri. Aruaqꝫ si findãt pinguia mille boues. Quidve domus prodest frigijs innixa columnis. Aurateqꝫ trabes marmoreumqꝫ solum.

¶ De bona vxore ampletẽda malaqꝫ cauẽda. C. III.

FUlgentius in li. mitologiarum. j. Sicut nihil benigna superius coit cõiuge: sic nihil infesta crudelius muliere. Quãtũ enĩ sapiẽs pro viri salute suã opponit aĩam pignori. tantũ maligna ad mortẽ mariti etiã suã vitã reputat nihili. ergo cõiunx quãto est iure cõiunctior: tanto est aut morũ dulcedine mellea aut felle malitia toxica. Est q̃ppe aut ꝑpetuale refugiũ. aut ꝑhẽne tormẽtũ. Hieronymus cõtra iouinianũ li. j. Duellius q̃ prius rome nauali certamine triũphauit. iliaꝫ virginẽ duxit vxorẽ tãte pudicitie vt illo quoqꝫ seculo ꝓ exẽplo fuit quo impudicitia monstrũ erat nõ vitiũ. Is iã senex ⁊ tremẽti corpore in quodã iurgio audiuit exprobrari sibi os fetidũ. ⁊ tristis se domũ cõtulit. Cũ vxorẽ questus esset quare nũquã se monuisset: vt huic vitio medẽt. fecisseꝫ inq̃t illa nisi putasseꝫ oĩbꝰ viris sic os olere. laudãda ĩ vtroqꝫ pudica ⁊ nobilis mulier. ⁊ si ignorauit vitiũ viri ⁊ si sapiẽt tulit. Et ꝙ maritꝰ ĩfelicitatẽ corꝑis sui nõ vxoris fastidio: ſ; maledicto sẽsit inimici. Socrates xãtipẽ ⁊ myrõe ptẽ aristidis duas hẽbat vxores. q̃ cũ crebro int̃ se iurgarent. ⁊ ille eas irridere eẽt solitus. ꝙ ꝓpter se fedissimũ hoiem symis naribus recalua fronte: pilosis humeris: ⁊ repãdis cruribꝰ disceptarẽt: nouissime verterat in eũ impetũ. ⁊ male mulctatũ fugientẽqꝫ diu ꝑsecute sunt. Lutij sylle felicis (si nõ habuisset vxorẽ) metalla cõiunx palam erat ĩpudica. ⁊ q꞉ nouissimi mala nostra discimus. id athenis cantabat ⁊ sylla ignorabat. secretaqꝫ domus sue primũ hostiũ cõuitio didicit. Martialis coquus. Predia solus habes. ⁊ solus cãdide nũmos. Et cor solus habes solus ⁊ ĩgeniũ. Oĩa solus hoc te puto velle negare. Uxorẽ ſ; habes cãdide cũ populo. Tibullus li. j. Casta ꝑcor cõiunx maneas sanctiqꝫ pudoris. Assideat custos sedula semper anus. Ne seuo sis casta metu ſ; mẽte fideli. Uersat celeri sors leuis orbe cito. Actor. De hac quoqꝫ materia require in precedenti li. ca. de castitate. ca. quoqꝫ de moribus feminarum.

¶ Utrũ sapiẽti expediat nubere. C. IIII.

UAlerius maximus li. vij. Socrates ab adolescentulo ꝯsultus. vtrũ vxorẽ duceret an se omni matrimonio abstineret. R̃ndit: vtrũ eorũ fecisset acturũ penitẽtiã. Nã hic te inq̃t solitudo: ibi te orbitas: hic generis interitꝰ. illic heres alienus excipiet. illic ꝑpetua solicitudo: cõtextus querelarũ: dotis exprobratio. affiniũ graue supciliũ garrula socrus lingua: subsessor alieni matrimonij: incertus liberorũ euẽtus. Idẽ in eodẽ. Quidã vnice filie pater themistoclẽ cõsulebat. vtrũ eã pauperi ſ; ornato aut locupleti parũ ꝓbato collocaret Cui ille malo inq̃t virũ pecunia: q̃ꝫ pecuniã viro indigẽtẽ. Hieronymus ꝯtra iouinianũ. Martia catonis filia minor cũ quereret ab ea cur post amissum maritũ denuo nõ nuberet. R̃ndit: nõ se inuenire virũ q̃ se magis vellet q̃ꝫ sua. quo dicto elegãter ostẽdit diuitias magis in vxoribꝰ eligi solere q̃ꝫ pudicitiã ⁊ multos nõ oculis ſ; digitis vxores ducere. Optima sane res qđ ⁊ auaritia ꝯciliat: amicaꝫ cũ ꝓpinquꝰ moueret vt alteri viro nuberet. eẽ enĩ ei etatẽ integrã ⁊ faciẽ bonã. nequaq̃ꝫ inq̃t h̾ faciã. Si. n. virũ bonũ inuenero vt aũ habui volo timẽ ne ꝑdã. Si malũ q̃d necesse est post bonũ pessimum sustinere: Epicurꝰ voluptatis assertor q̃ꝫq̃ꝫ metrodorꝰ discipulus eiꝰ leonicõ hũit vxorẽ. raro dicit sapiẽti ineũda ꝯiugia: q꞉ multa ĩcommoda admixta sint nuptijs. Et quõ diuitie ⁊ honores ⁊ corporũ sanitates: ⁊ cetera q̃ in dñia noĩamus nec bona nec mala sunt: sed velut in meditullio posita vsu ⁊ euẽtu vel bona vel mala sũt. ita ⁊ vxores sitas in bonorũ malorũqꝫ ꝯfinio. Graue aũt eẽt viro sapiẽti venire in dubiũ. vtrũ bonã an malã ductur'ꝰ sit. Fert ⁊ aureolus theofrasti liber de nuptijs in quo q̃rit an vir sapiẽs ducat vxorẽ. Et cũ definiuisset: si pulchra eẽt: si bñ morigerata: ⁊ honestis ꝑentibꝰ. si ipse sanus ac diues. Sic sapiẽtẽ aliq̃n inire m̃rimoniũ nõ vetuit. stati aũt ĩtulit. h̾ aũt raro ĩ nuptijs vniuersa ꝯcordãt. Nõ ẽ igit vxor ducẽda sapienti.

¶ De incõmodis nuptiarum. C. V.

PRimũ enĩ patet ĩpedire studia ph̾ie. nec posse queq̃ꝫ libris ⁊ vxori parit inseruire. multa ꝗtiã eẽ q̃ matronarũ vsibꝰ necessaria sũt. ꝓciose vestes: aurũ gẽme. sumptꝰ ancille. suppellex varia: lectice ⁊ exedra deaurata. deĩde ꝑ totas noctes garrule ꝯq̃stiões. Illa ornatior ꝓcedit in publicũ. hec honorat ab oĩbꝰ. ego in ꝯuẽtu feminarũ misella despicior. cur aspiciebas vicinã. q̃d cũ ancillula loq̃baris. de foro veniẽs q̃d attulisti. nõ amicũ hr̃e possumꝰ nõ sodalẽ. alteriꝰ amorẽm suũ odiũ suspicat. Si doctissimꝰ ꝑceptor in q̃libet vrbiũ fuerit. nec vxorẽ relinq̃re. nec cũ sarcina ire possumꝰ. pauperẽ alere difficile est diuitẽ ferre tormẽtũ. Adde q̃m nulla est vxoris electio. ſ; q̃liscunqꝫ obuenerit hñda si iracũda: si fatua: si deformis. si supba: si fetida. qđ cũqꝫ vitij ẽ. post nuptias discimꝰ. Equꝰ: asinꝰ: bos: canis: ⁊ vilissima mãcipia. vestes quoqꝫ ⁊ lebetes sedile ligneũ: calix ⁊ vrceolꝰ fictilis ꝓbant priꝰ ⁊ sic emunt. sola vxor nõ ostẽdit ne aũ displiceat q̃ꝫ ducat. Attẽdẽda est sp̃ eiꝰ facies. ⁊ pulchritudo laudanda. ne si ad alterã aspexeris se estimet displicere. vocanda dña. celebrãdus natalis eiꝰ. iurãdũ ꝑ salutẽ illiꝰ. vt sit sup̃stes orandũ. honoranda nutrix eiꝰ ⁊ gerulã. fuꝰ paternus ⁊ alũnus ⁊ formosus asseda. ⁊ ꝓcurator calamistratus ⁊ in longã securãqꝫ libidinẽ erectus spado. sub q̃bus noĩbus adulteri delitescũt. quoscũqꝫ illa dilexerit. ingratis adamãdi. Si totã domũ regendã cõmiseris. seruiendũ ẽ. Si aliq̃d tuo arbitrio reseruaueris. fidẽ sibi haberi nõ putabit. ⁊ in odiuꝫ vertit ac iurgia. ⁊ nisi cito cõsuleris parabit venena. Anus ⁊ aurifices ⁊ ariolos ⁊ institores gẽmarũ sericarũqꝫ vestiũ si intromiseris. ꝑiculũ pudicitie ẽ. Si ꝓhibueris suspitiõis iniuria. verũ q̃d ꝓdest etiã diligẽs custodia. cũ vxor ĩpudica suari non possit. pudica nõ debeat. Infida enĩ custos est castitatis necessitas. Illa v̾o pudica dicenda est. cui licuit peccare si voluit. pulchra cito adamat. feda facile cõcupiscit. difficile custodit qđ plures amãt. Molestũ ẽ possidere qđ nemo hr̃e dignat. minori tñ miseria deformis habet: q̃ꝫ formosa suat nihil tutũ ẽ in quo totiꝰ ppl'i vota suspirãt. aliꝰ forma. aliꝰ ingenio aliꝰ facetijs. aliꝰ liberalitate solicitat aliquo modo expugnat quod vndiqꝫ incessit.

¶ Adhuc de eodem. C. VI.

QUod si propter dispensationẽ domus ⁊ languoris solacia ⁊ fugã solitudinis ducunt vxores. multo melius seruꝰ fidelis dispensat. obediens auctoritati dñi. ⁊ dispositiõi eius obtemꝑans q̃ꝫ vxor que in eo se estimat dñam si aduersus viri faciat volũtatem. i. qđ placet nõ qđ iubet. Assidere autẽ egrotanti magis possunt vernule beneficijs obligati. q̃ꝫ illa que nobis ĩputet lachrymas suas. ⁊ hereditas spe vendat ingluuiẽ ⁊ solicitudinẽ iactans languentis aĩm cõturbet. Q꞉ si languerit coegrotãdũ est. ⁊ nunq̃ꝫ ab eius lectulo recedẽdum. Aut si bona fuerit ⁊ suauis vxor q̃ tñ rara auis est. cũ parturiente gemimus. cuꝫ periclitante torquemur. Sapiens aũt nunq̃ꝫ solus esse põt. habet secũ oẽs qui sunt quicũqꝫ fuerunt boni. ⁊ aĩuꝫ liberũ quocũqꝫ vult transfert. Qđ corpore nõ põt. cogitatione cõplectitur. Et si hoĩuꝫ inopia fuerit loquet cũ deo. nunq̃ꝫ minus solus erit q̃ꝫ cũ solus fuerit. Porro liberorũ causa vxorẽ ducere vt vel nomen nr̃m nõ intereat. vel habeamus senectutis ꝑsidia ⁊ certis vtamur heredibus. stolidissimũ est. Quid enim ad nos ꝑtinet recedentes e mundo: si nomine nr̃o alius nõ vocet. cuꝫ ⁊ filius non statim patris vocabulum referat. ⁊ innumerabiles sint qui eodẽ appellantur nomine. aut que senectutis auxilia sunt. nutrire domi qui aut prior te forte moriatur. aut peruersis moribus fit. aut certe cum ad maturã etatẽ ꝑuenerit. tarde ei videaris mori. heredes aũt meliores

⁊ certiores sunt amici ⁊ ppinqui quos iudicio eligas. ꝙ quos velis nolis hr̄e cogaris: ꝫ certa hereditas sit oīū ad viuis bene vti substātia tua. ꝙ tuo labore quesita in incertos vsus relinquere. hec ⁊ hmōi theofrastus disserēs q̄ ora suffundāt christianoꝝ quoꝝ cōuersatio in celis est. Cicero quoqꝫ rogat⁹ ab hirco vt post repudiū terētie so rozē eius duceret oīno facere supsedit dicēs nō posse se vxori ⁊ phi losophie parit̄ operā dare. Gorgia rhetor librū pulcherrimū de cōcordia grecis tūc iter se dissidētib⁹ recitauit olimpie. Cui melanci⁹ inimicus eius: hec nobis inqͭ de cōcordia pcipit. q̄ se ⁊ vxorē ⁊ ancillulā tres in vna domo cōcordare nō potuit. Emulabat̄ q̄ppe vxor eius ancille pulchritudini. ⁊ castissimū virū quotidianis iurgijs exagitabat. Terētius in echira. Unoquoqꝫ aio oēs socrus oderunt nurus. Ouidius in li. de remedijs. ij. Turpe vir ⁊ mulier mō iūcti ptinus hostes. Idē in li. methamor. j. Imminet exitio vir cōiugis illa mariti. Filius ante diē patrios inquirit in annos. vel honores. Idē in li. epi. Quā male inequales veniūt ad aratra iuuenci. Tam pr̄mitur magno coniuge nupta minor.

Ⓒ De Immoderato vxoris amore. C. VII.

Hieronimus vbi supra. Tota amoris insectatio apud platonē posita ē ⁊ oīa eius incōmoda lisias explicat. qꝺ nō iudicio ꝫ furore ducat̄. ⁊ maxime vxorū pulchritudini grauissimus custos accubet. Refert preterea seneca cognouisse se quēdā ornatū hoiem. q̄ exiturus in publicuꝫ fascia vxoris pectus colligabat. ⁊ ne pūcto q̄dē hore p̄sentia eius carere poterat. potionēqꝫ nullā nisi alternis tactis labris vir ⁊ vxor hauriebant. Alia deinceps nō minus inepta faciētes: in q̄ iprouida vis ardētis affectus erūpebat. Origo q̄dē amoris honesta erat. ꝫ magnitudo deformis. nihil aūt inter ē ꝙ ex honesta cā q̄s insaniat. vnde ⁊ sextus in sentētijs. Adulter est inqͭ in suā vxorē amator ardētior. In aliena q̄ppe vxore oīs amor turpis ē. in sua nimius. Sapiēs vir iudicio dꝫ amare cōiugē nō affectu regit impet⁹ voluptatꝫ. nec pceps ferat̄ in coitū. Nihil ē fedi⁹ ꝙ vxorē amare quasi adulterā. Certe q̄ dicūt se cā reipu. ⁊ generis humani vxorib⁹ iungi. ⁊ liberos colere. imitent̄ saltē pecudes. Et post ꝙ vxorū vēter itumuerit ne pdāt filios. nō amatores se vxorib⁹ exhibeāt. ꝫ maritos. Quorūdaꝫ matrimonia adulterijs cohesere: ⁊ o rē iprobā. ijdē illis pudicitiā preceperūt qui abstulerant. Itaqꝫ cito eiusmodi nuptias satietas soluit.

Ⓒ De Mutua parētū ⁊ filioꝝ exhibitiōe. C. VIII.

siue in sinistram. Declinare in dexterā est non dei gratie sed sibi tri/
buere velle q̄ꝺ rectū est. Uel declinare in dexterā ⁊ sinistrā est pec/
care ꝓpter eoꝝ felicitatem q̄ appetuntur. aut ꝓpter eoꝝ infelicita/
tem que fugiunṫ. Uel ad dexterā declinare est v̄tutibꝰ ipsis vehe/
menṫ insistē: ⁊ in virtutī opibꝰ q̄ in modo ꝯsistit excedere modū. vñ
Iul'. Insani sapiēs nomen feret equꝰ iniqui vltra q̄ satis est v̄tutē
si petat ipsam. Oīs vehementia saluti inimica est: ⁊ excessus oīs in
culpa. bonarūqꝫ rerū ꝯsuetudo nimia pessima est. Vñ Salomon.
Noli eē nimis iustus. Quid ḡ nimiū ꝓdest: si regina v̄tutū nimie/
tate sua obest. Nimia quoqꝫ humilitas maxīa ꝑs sup̄bie est. Item
ad sinistrā declinat qui in subditoꝝ culpis puniēdis nimis ꝓteruꝰ
est ad vindictam. Ad dexterā v̄o qui mansuetudini nimis īdulget.

De Premio regalis iustitie. C. XIX.

SEquitur vt longo tempore regnet ipse ⁊ fili/
us eius super israel. De virtute nan
qꝫ parentū sepe ꝓtendiṫ successio filiorum ⁊ succeden/
tiū. Felicitas ex decedētiū iniq̄tate p̄escidiṫ iuxta istud
iniustiq̄ disꝑibūt simul reliq̄e ipioꝝ īteribūt. Itē regnū a gēte ī gē
tē trāsferṫ ꝓpter iniustitias ⁊ iniurias ⁊ ꝯtumelias ⁊ diuersos do/
los. Iniustitia vt stoicis placet ē mētis habitus q̄ a regiōe moꝝ ex
terminat eq̄tatē. Iustitia est non nocere: ⁊ ex hūanitatis officio no/
cētes ꝓhibere. Nocere. n. iniuria est. nocentes nō īpedire iniustitia
Cōtumelia est q̄ñ tumorē mētis in lesiōe alterius manifesta operis
sequela comitaṫ. Dolus vt a q̄buspā diffiniṫ: est cū aliud agiṫ ⁊ ali/
ud simulaṫ malus q̄ñ fit intētiōe nocēdi ⁊ quasi insidijs nocet. Do/
lus igiṫ qꝛ ex timore est aduersaṫ fortitudini. Cōtumelia prudētie
q̄ diċ sibip̄i. Quid sup̄bis terra ⁊ cinis. Iniuriā tēperātia nō admit
tit. nolēs inferre alij q̄ꝺ sibi nollet ab alio irrogari. Iniustitiaꝫ iusti/
tia excludit. faciēs alij q̄ꝺ vellet sibi fieri bene ⁊ honeste. Qꝛ aūt ad
dit diuersos puto ⁊ oīa cōmuniter referēdū: nō solū ad vitioꝝ diuer
sas species: sꝫ etiā ad diuersas ꝑsonas ⁊ ad oēs modos q̄bꝰ a quo/
cūqꝫ hec vitia cōmittunṫ. Princeps. n. tenetur ꝓ oībꝰ ⁊ oīum actoꝛ
videṫ esse: qꝛ cū oīa possit corrigere: eoꝝ merito particeps ē q̄ noluit
emēdare. Cū eñi potestas publica sit oīum vires exhaurit: ⁊ ne in se
deficiat: in columitatē oīum dꝫ ꝓcurare mēbroꝝ. Sicut aūt poten/
tes potēter tormēta patienṫ: si a iustitia deflexerint. sic ⁊ iustitie p̄e
mijs fruenṫ abūdātius: si recte exercuerint potētatū. Et tātā in futu
ro p̄e subditis habebunt gloriā: quāta virtute eos in magna delin/
quēdi licētia precesserūt. vnde potuit inq̄t trāsgredi ⁊ nō ē trāsgres
sus ⁊c̄. Ad iustitiā nāqꝫ reputaṫ principibꝰ etiā dū tēperāt ab iniu/
rijs. ⁊ facultas delinquēdi est eis materia meritoꝝ. Declinare a ma/

lo in eis magnū est etiā si magna bona nō faciūt: dū tn̄ subditos in
dulgētia sua nō perimāt: patri ergo succedit filius: si patris iustitiaꝫ
imitaꝰ. Charitatis aūt ordo minime seruaꝰ cū amorē q̄ patrie ꝛ pa
rentibꝰ p̄cipue debeꝰ pater trāsfundit in filios. ꝛ filialis affectꝰ pa/
terni pectoris cellā solus exhaurit. At hodie vitia liberoꝝ saluti rei/
publice p̄ferunꝰ. lꝫ salutē populi liberꝭ oībus oporteat anteferri. In
libro regū latēter saul arguitur ꝙ in voto sancto de diurno ieiunio
pepercit Jonathe cōtra religiōis votū cuius priuatiōe populus cor
ruerat. Et bely lꝫ in se sanctus esset: qꝛ filijs pepercit piꝫt: vt auteꝫ de
ceteris taceā quātū rēpublicā dilexit deus pater. qui ꝓpter eā pro/
prio filio non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illum.

¶ De Reuerentia dei ꝛ cultu sui. C. XX.

Quattuor vt dictū est principibꝰ inculcare plu
tarchus nitiꝰ: reuerentiā dei. cultuꝫ
sui. disciplinā officialiū ꝛ potestatē. affectū ꝛ ꝓtectionē
subditoꝝ. miro aūt mō deus intelligētiā sui sic infundit
vt subtrahat. sic subtrahit vt infundat. In multis. n. multipliciter lu
cet. Est aūt a maiestate mirabilis. a sapiētia venerabilis. amabilis a
bonitate. Et hic est funiculus triplex inter creatorē ꝛ creaturā. q̄ faci
le nō rumpiꝰ. s. vt timeaꝰ. honoreꝰ ꝛ diligaꝰ. Coliꝰ aūt deus tripli/
citer affectu mētis. ꝛ exhibitiōe opis. reuerētia q̄ corpaliter exhibeꝰ
aut in psonis cōsistit aut in rebꝰ. In psonis. aut a natura. aut ab of/
ficio. aut a moribꝰ. aut a cōditiōe. aut a fortuna. Natura vt gentes
cognati ꝛ affines. Officiū est debitū exequēdi q̄ vnicuiqꝫ ex institu/
tis aut moribꝰ agēda sūt. quoꝝ agēdoꝝ alia ad publicū. alia ad suū
cuiusqꝫ ptinēt statū. Nā officioꝝ quedā publica. quedā priuata di
cunꝰ. priuata tot sunt quot psone. Publica aut a diuino aut ab hu/
mano iure descendūt. publico officio tāta debeꝰ reuerētia. quanta
est eminētia cuiuslibet magistratus. Mos est mentis habitus ex
quo singuloꝝ opeꝝ assiduitas manat. hic virtutes ꝛ vitia eque com
plectiꝰ. vnde bonos ꝛ malos mores dicimus moratos siue morige/
ros a bono: morosos a malo nominamus. Cōditio est status perso
ne fortuitus quo aut in aduersis aut in ꝓsperis versaꝰ. In his autē
qui diuina iura ministrāt: deus pre ceteris aut honoraꝰ aut spemiꝰ
cū illoꝝ honorē ꝛ cōtēptū propriū reputet dicēs. Qui vos spnit me
spnit. ꝛ q̄ vos recipit me recipit. Reuerētia q̄ in rebꝰ cōsistit aut in
corpalibꝰ est: vt in edibꝰ ꝛ locis sacris aut sacrificijs. aut in spūalibꝰ
vt sup iura que sacris rebus cōpetūt. q̄ temerare sacrilegiū est mor/
te expiādū reꝝ sacraꝝ imunitates cōuellere insurgere in deū ē. Cul/
tus sui maxime tēperātia cōsistit marcū catonē eni eodē vino quo
remiges cōtentuꝫ fuisse tradunt. Gaius curius sabinoꝝ victor nolēs
agros suos ex senatuscōsulto ampliari. gregaliū portiōe cōtētus fu
it. malū ciuē dicēs esse. cui nō satis eēt idē qō ceteris ciuibus.

¶ De Officialiū disciplina. C. XXI.

Sequitur de potestate ꝛ officialiuꝫ disciplina.
Nihil iniquo diuitis cōsiliario pni/
tiosius. vnde in ꝓuerbijs. Omni custodia serua cor tuuꝫ
quoniam ex ipso vita procedit. Est igitur prouidendum
potestati. ne consiliarij eius indigeant. neue aliena īmoderatius cō/
cupiscant. Nihil est scelestius q̄ꝫ amare pecuniaꝫ non solum in cor/
de. id est in consiliario. sed etiam in ventre ꝛ intestinis reipublice. i.
questoribus ꝛ commentariensibus. hec ratio seruanda est. In late/
ribus quoqꝫ. id est illis qui semper principi assistunt. nam a conui/
ctu mores formantur. ꝛ qui tangit picem inquinabitur ab ea. vuaqꝫ
contacta liuorem ducit ab vua. Ita quidam legati sedis apostolice
in prouintijs debachanꝰ. ac si ad ecclesiā flagellandā egressus sit sa/
than a facie domini. Receptores personaꝝ ꝛ quasi quidā honoruꝫ
mallei. Unde iuuenalis. Omne vitiū animi tanto conspectius in se
Crimē hꝫ. quāto maior q̄ peccat habeꝰ. Epoꝝ nomē ꝛ officiū vene
rabile esset. si tāta īpleret solicitudine. quāta interdū petiꝰ ambitio
ne. ꝛ diligenꝰ vt patres. timerenꝰ vt dn̄i. colerenꝰ vt sancti. si exacti/
onibus parcerent ꝛ proijcerent ex animo quicquid prouenit ex calū
nia. nec omnem questum pietatem putarent.

¶ De Muneꝝ acceptoribus. C. XXII.

In domibus prelatoꝝ ꝛ principū omnia
hodie venalia sunt. frustra
apō curiales de testimonia ꝯsciētie. de venustate moꝝ.
de torrēte eloquētie. nisi p̄cio īteruenīēte ꝯsidis. Ipse lꝫ
venias musis comitibꝰ homere. Si nihil attuleris ibis homere fo/
ras. Ego credo me vidisse hostiarios cerbero duriores apud īferos
cū cerberus vt aiunt vnus ē. Sꝫ quot sunt diuerticula curiaruꝫ. tot
cerberi. tota familia aut mordet aut latrat. vetus prouerbiuꝫ est. va/
cue manus temeraria petitio est. Importunus precator est qui dan
das res ad verba confidit. Apud aduocatos quoqꝫ ꝛ ipsum silen/
tium venale est. Hoc fortassis a demosthene acceperunt. qui cū
aristodinū autorē fabularū īterrogasset quantū mercedis vti age/
ret accepisset. ꝛ r̄ndisset talentū. At ego ait demosthenes plus acce/
pi vt tacerē. Causidicoꝝ lingua dānifica est. nisi eā vt dici solet fu/
nibꝰ argēteis vincas. Nihil aūt vt ait seneca venali iūia turpiꝰ. In/
iustū ꝓrsus est iūiaꝫ vēdere siue iustitiā. In lege vō scriptū est. Iu/
ste vō iustū est exeq̄ris. lege quoqꝫ iulia repetēdaꝝ teneꝰ qui cū ha
beret aliquā ptātē ob iudicādū vel nō denūciādū pecuniā accepit.
quo magis aut minꝰ q̄d ex officio faceēt. Itēqꝫ oēs cognitores ac iu
dices a pecunijs ꝛ patrocinijs manꝰ abstineāt. neqꝫ alienū iurgium
suā putēt predā. plebiscito etiā ꝯtineꝰ. ne q̄s presidiū munꝰ donūue
capet nisi esculētū poculētūue. ꝛ id q̄dē intra dies ꝓximos ꝓdigaꝰ
Sed nec exenia ꝓducēda sunt ad īnumerū q̄litatē. de taliū muneri
bus ait ep̄la seueri īperatoris. vetus ꝓuerbiū ē. Nec oīa nec semp
nec ab oībus. Nā valde inhumanū est a nemine accipere. passim vi
lissimū per oīa amarissimū. Nunc aūt sic oēs post munera currunt
ac si alibi laboꝝ requies doloꝝqꝫ solatiū non possit inueniri. ac si
naufragi de periculo facilius enatent. si ꝑgrandi sarcina onerentur.
Quis vlcerosus vnq̄ꝫ spinas ꝯgessit. vt sup eas mollius quiesceret.

¶ De Publicis exactoribus. C. XXIII.

Egregie de talibꝰ ait laurētius mediolan̄. ep̄s
vbi publicos exactores describit. pu/
blicanus inquit est caput rapine. lex violētie. predo sine
pudore: medicꝰ exterminij īmanior furibꝰ. Nam fur ti/
mens delinq̄t. hic aūt ꝯfidenter. Fur laq̄os legis timet. hic q̄cq̄d fe
cerit legē vocat. quis eo iniquior qui vbis iustitie iustitiā damnat.
ꝛ armis īnocētie spoliat vulnerat occidit inocentes. lege vtiqꝫ legē
pimit. ꝛ dum alios vrget ad legē exlex est. Publicanoꝝ aūt a maxi
mo vsqꝫ ad minimū cetus ꝯcussiōi potius q̄ꝫ iustitie vacat. ꝛ ita in
populū debachanꝰ. vt qō reliquit vnus alij nō moreꝰ auferre tan
q̄ꝫ ad hoc īstituti sint. vt residuū locuste comedat bruchus. Officia
li cesaris nisi in oībus acquieueris cesari ꝯtradices. ꝛ quicq̄d dicit
ꝛ nisi sit sic. ꝛ nisi sic stet. est in ꝓsonā regis contraqꝫ coronā. Quic/
q̄d dixerit ita obtinet ac si inueniaꝰ in actis. Et cū al's moderatione
inculpate tutele vim vi repellere liceat. ꝯcutientibꝰ offitialibꝰ. spo/
liantibꝰ. torquentibꝰ. mutire nō licet. hec aūt omnia in principē re/
dundant. singuli quippe tenenꝰ ad singula. principi vero onera in/
cūbunt vniuersa. Princeps aūt legis nexibꝰ diciꝰ absolutus. nō qꝛ
iniqua ei liceant: sed qꝛ is esse debet qui nō timore pene sed amore
iustitie equitatē colat. Nā in negocijs publicis nil ei velle licet. nisi
qō lex aut equitas ꝓsuadet aut ratio ꝯmunis vtilitatis inducit. Eq̄
tas aūt est (vt iurispiti asserunt) rerū eminētia que cūcta coeq̄pat
ratione. ꝛ in paribꝰ causis paria iura desiderat. lex vō eiꝰ interpres
est. Quicq̄d aūt equum est ita demū iustū est si est volūtariū. Pe
trus cōmestor in historia scholastica. Tyberius (vt refert iosephus)
in oībus negocijs suis morosus erat. vnde cū statueret ꝓcuratores
in ꝓuintijs. vix aut nunq̄ꝫ mutabat eos. Qō cū sepius quesitū eēt
ab eo quare. s. nō mutaret procuratores. Respondit se in hoc parce
re plebicule. scientes eni procuratores se ad modicū habere procu/
rationē emungunt vsqꝫ ad sanguinem: ꝛ tanto dominantur graui/
uis quanto breuius. ꝛ qui recentes superueniūt. dissipāt quicquid
inueniūt. qō ostendit exemplo cuiusdam vulnerati. q̄ cū iaceret in
via ꝛ nō ammoueret multitudine muscaꝝ a vulnere. superueniens
alter putauit ꝙ hoc omitteret ex imbecillitate. ꝛ abegit muscas qui
opuerāt vlnus. Ad quē ille: male fecisti mihi: qꝛ musce quas āmo/
uisti iam plene erant sanguine ꝛ parcius molestabant me. q̄ autem
superuenient recentes acrius pungent me. Sic ꝛ ꝓcuratores vel of
ficiales recenter substituti. acrius in subiectos deseuiunt. Actor.
De hac quoqꝫ materia require superius in li. de virtutibus capi. de
crudelitate ca. quoqꝫ de malis moribꝰ principum in libris sequēti.

¶ De Electione militum. C. XXIIII.

Helinādus vbi supra. Uidimꝰ de mēbris ce
teris reipu. nunc de militibus vi/
deamus q̄ manus appellanꝰ. Nullus est (vt ait vegetiꝰ
renatus) quē oporteat plura vel meliora scire q̄ꝫ ꝑncipē.
christianus princeps milites magꝭ a fide ꝛ moribus q̄ꝫ a viribus de
bet eligere. nostri hodie milites sic ad bella quasi ad nuptias deal/
bati ꝓcedunt. In castris sermo illis est de conuiuijs. in cōuiuio de
armis. Hec sunt que faciunt militē tam corporaleꝫ q̄ꝫ spiritualē. ele
ctio ꝛ sacramentū. Longa pax militē incuriosius legit. Cato militē
nō dicit nisi eum qui sacramento ad militiam iam cōsecratus est.
ergo qui non electus seipsum militie ingerit. in se gladiū prouocat.
quē ꝓpria temeritate vsurpat. Usus autē militie ordinate est tueri
ecclesiā: impugnare ꝑfidiam. ꝛ sacerdotiū venerari. pauperū ꝓpul/

sare iniurias.pacare prouinciam pro fratribus.z vt sacramenti do/ cet cõceptio fundere sanguinẽ. Miroꝛ autẽ quõ principes illis hʒ fi dẽ.quos videt deo suo cui(vt cetera taceã) z sacramẽto militie alli/ gati sunt.fidẽ debitã nõ seruare. Nõ est quo se vertat impius. ꝗ ꝗ boiẽ deo pfert:nequaꝗ fidẽ seruabit scdaꝫ ꝗ primã irritã facit. De niꝗ cõsecratio militis hec est. Cõsuetudo solẽnis est vt ea die qua ꝗs militari cingulo decoraẽ ecclesiã solẽniter adeat.gladioꝗ super altare posito z oblato quasi celebri pfessiõe facta seipm altaris ob/ sequio deuoueat.z gladij.i.officij sui iugẽ deo spõdeat famulatuꝫ. Eis ḡ p ecclesia plurimũ.cõtra ecclesiã lʒ nihil. Aut.n.plus aut non minus in sua pfessiõe faciũt ꝗ epi vel abbates ꝗ scedulã offerunt. In ꝗbusdã etiã locis moris est militẽ in crastino cõsecranduꝫ totã noctẽ precedẽtẽ puigilẽ in orationib⁹ ducere.z nec iacẽdi nec sedẽ/ di hẽre licentiaꝫ.nisi forte repentine infirmitatis necessitas coegerit. Sʒ tota nocte stantẽ orare. Primũ boiũm deo debeẽ cuius est bo/ mo creatione z redẽptiõe. Secũdũ domini.saluo tñ p oĩa dominio dei.qui ab oĩb⁹ hoĩb⁹ suis exigit innocẽtiã. Cũ periculo ergo inno/ centie nemo cuiꝗ debet fidem.nec abbati monachus.nec patri fili/ us.nec domino seruus.nec marito vxoꝛ.

¶ De Regimine eoꝝ. C. XXV.

Est enim principis puidere in pꝛimis.ne mi/ les suã pdat innocentiã p defensio ne reipublice.sine qua respu.salua esse nõ põt.solus eni ille princeps bonus est z iudex incoꝛrupt⁹:cuius sñia ex cõteplatiõe assidua imago est eꝗtatis.est eni publice eꝗtatis iudex z eꝗtatis seruus. z in ea psonã publicaꝫ gerit. ꝗ oĩum iniurias z da/ mna coꝛrigit.z crimina oĩa media eꝗtate punit.cui⁹ officiuꝫ est illis ꝗ minimũ pñt plurimũ pdesse.z ꝗ nocere desiderãt plurimũ aduer sari.vnde z in sacra scriptura colũbe gladi⁹ appellaẽ. ꝗꝛ sine felle ri xaẽ.sine iracũdia ferit.z cũ dimicat amaritudinẽ nullã recipit. Naꝫ vt ait cicero oratoꝛ egregius.sicut lex psequiẽ culpas sine odio pso/ naꝝ.ita z princeps dʒ facere. Pulchꝛe sm stoicos lictoꝛ diciẽ quasi legis ictoꝛ. ꝗꝛ ad eius spectat officiũ ferire quẽ lex iudicat feriẽdum vnde z antiꝗ⁹illi cuius manu iudex innocẽs inocẽtẽ punit.cuꝫ reo gladius imineret dicebaẽ. obtẽpa legis arbitrio vel legẽ iple.vt vel sic mansuetudo verboꝝ puniẽdi rei tristitiã mitigaret. Cũ ergo mili es sint manus coꝛpis publice potestat. illius principis manus san guine plene sunt.cuius officiales z milites vel innocentũ sanguineꝫ fundunt.vel innocentes oppꝛimunt.huius ergo pꝛincipis oꝛatio nũ ꝗ exaudienda est.elemosyna deo nũquã acceptanda.

¶ Q recte militare nõ sit peccatũ. C. XXVI.

Gratianus causa.xxiij.q.j. Qõ militare qui dẽ alienũ videaẽ ab euangelica disciplina hinc videẽ posse pꝛobari:ꝗꝛ oĩs militia vel ob iniuriã ppulsandã.vel pter vindictã inferẽdã est insti tuta. Iniuria aũt vel a pꝛopꝛia psona.vel a socio repelliẽ. qõ vtrũꝗ euangelica lege pꝛohibetur.his ita respondetur pꝛecepta patientie non tam ostentatione coꝛpoꝛis ꝗ pꝛeparatione coꝛdis sunt retinen da. Unde augustinus in sermone de puero centurionis. Agenda sunt etiam multa cum inuitis quadam benigna asperitate plecten/ dis.quoꝛum potius vtilitati consulendum est ꝗ voluntati. Ac per hoc si terrena res ista publica chꝛistiana pꝛecepta custodiat. Etiam ipsa bella sine beniuolentia non gerentur. Sed vt potius ad pieta/ tis iustitieꝗ societatem victis facilius consulatur. Naꝫ cui licentia iniꝗtatis eripiẽ. vtilius vincitur:quoniam nihil infelicius felicitate peccantium.qua penalis nutritur impunitas z mala volũtas velut interioꝛ hostis roboꝛatur z paulo post. Naꝫ si chꝛistiana disciplina omnia bella culparet.hoc potius consilium salutis petentib⁹ in euã gelio diceretur.vt abicerent arma seꝗ militie omnino subtraherẽt dictum est autem eis.neminem concusseritis.estote contenti stipen diis vestris.quibus pꝛopꝛium stipendium sufficere debere pꝛecepit militare vtiꝗ non pꝛohibuit. Item eiusdem ad bonifacium. Noli existimare neminem deo placere posse.qui armis bellicis ministrat in his erat sanctus dauid z centurio qui ait. Non suꝫ dignus vt in/ tres subtectum meum zc.

¶ De Recta ĩtẽtiõe z obediẽtia militãtiũ. C. XXVII.

Bellum eni dʒ esse necessitat. vt liberet oẽs a ne/ cessitate z õseruet in pace. Nõ.n.pax ꝗri tur.vt bellũ exerceaẽ.sʒ bellũ ꝗriẽ vt pax acꝗraẽ. Esto ḡ bellãdo pacific⁹.vt eos quos expugnas ad pacis vtilita/ tẽ vicẽdo pducas. Itaꝗ hostẽ pugnãtẽ necessitas pꝛimat ñ volũ/ tas.sic aũt bellãti z resistẽti violẽtia reddiẽ ita victo z capto mĩa iã debeẽ.maxĩe i quo paci pturbatõ ñ timeẽ. Itẽ õ maichẽos. Quid culpaẽ i bello an ꝗꝛ moꝛiũẽ ꝗñꝗ moꝛituri.vt dominẽẽ i pace victu ri.hoc repꝛehendisse timidoꝛum est:non religiosoꝛũ. nocẽdi cu piditas.vlciscẽdi crudelitas.implacatus atꝗ implacabilis aĩus.fe ritas rebellãdi.libido dñandi.z siqua silia. hec sunt ꝗ in bellis iuste culpanẽ.vñ neꝗ iohãnes ab armis iubet discedere milites. z chꝛs tributa cesari monet reddi.ꝗꝛ pter bella necessario militi stipẽdia pbeanẽ. Oꝛdo aũt iste nãlis moꝛtaliũ paci accomodat⁹ hoc poscit. vt suscipiendi belli auctas atꝗ õsiliũ penes pꝛincipes sit. Sed si hu mana cupiditate bellũ geriẽ.nõ nocet sanct in quos non hʒ quisꝗ ptãtẽ nisi desup datã. Ergo vir iust⁹ si foꝛte etiã sub rege hoĩe sacri lego militet recte põt illo iubẽte militare.bellare si vicẽ pacis oꝛdi seruãs qõ ibi iubeẽ vel nõ eẽ õ dei pꝛeceptũ certũ ẽ vel vtꝝ sit certũ nõ ẽ ita vt foꝛtasse reũ faciat regẽ iniꝗtas imperãdi:inocẽtẽ aũt mi litẽ oñdat oꝛdo seruiendi. Itẽ eiusdẽ in lib.de vbis dñi. Milita/ re nõ est delictũ:sed pp̃ pdã militare pctũ est. Nec rempub.gere/ re criminosuꝫ est sʒ ideo agere rempu. vt diuitias augeas:videẽ esse dãnabile. pterea in quadã puincia stipẽdia militib⁹ õstituta sũt. nedũ sumpt⁹ queriẽ:pꝛedo grasseẽ. Igiẽ qõ cesar pcipit ferendum est.qõ impat tolerandũ est:sʒ sit intolerabile dum pꝛedã exactoꝛes accumulãt. Quicũꝗ stipendia sibi publice decreta õsequiẽ: si am plius ꝗrit taꝗ cumulatoꝛ z õcussoꝛ iohis sñia õdẽnaẽ. Itẽ eiu dem de diuersis ecclesie obseruatiõib⁹. Apud veros dei cultoꝛes z ipsa bella pata sunt.ꝗ nõ cupiditate aut crudelitate sed paci studio geruntẽ:vt mali coerceanẽ:z boni subleuenẽ. Itẽ.xxiij.q.j.Grego. vniuersis militib⁹ neapoli. Sũma militie laus inter alia bona me/ rita hec est obedientiam reipublice vtilitatibus exhibere quicquid sibi vtiliter imperatum fuerit obtemperare.

¶ De Iniusto bello. C. XXVIII.

Quod aũt sit iustũ bellũ Isidoꝛus ethymol.lib. xviij.inꝗt. Iustũ est bellũ qõ ex edicto ge riẽ de reb⁹ repetendis aut ppulsandoꝛuꝫ hostiũ causa. Itẽ augu.in lib.questionũ. Dñs deus noster iubebat iesum naue vt õstitueret sibi retroꝛsum insidias.i.insidiantes bella toꝛes ad insidiãdũ hostib⁹.hic admonemur hoc nõ iniuste fieri ab his qui bellum iustũ gerunt. Cũ aũt iustus bellũ suscepit vtrũ apte pugnet an ex insidijs nihil interest ad iustitiã. Iusta aũt bella solẽt diffiniri que vlcisciũẽ iniurias. sic gens vel ciuitas plectenda vel bello petenda est:ꝗ vindicare neglexerit qõ a suis impꝛobe factum est:vel reddere quod p iniurias ablatũ est sed z hoc genus belli est sine dubio iustũ quod deus imperat:qui nouit quid cuiꝗ fieri de beat. In quo bello ductoꝛ exercitus vel ipse populus nõ taꝫ auctoꝛ belli ꝗ minister iudicandus est. Augu.in lib. questionũ numeri. Notandũ est sane queadmodũ iusta bella gerebãtur a filiis israel cõtra amoꝛreos.innoxius enim trãsitus negabaẽ:qui iure humane societatis equissimo patere debebat. Ex sũma de casibus. Nota ꝗ quinꝗ exiguñẽ ad hoc vt bellum sit iustũ.s.psona.res causa:ani mus z auctoꝛitas. Persona vt sit secularis cui licitũ est fundere san guinẽ.nõ aũt ecclesiastica:cui est phibitũ nisi in necessitate ineuita bili. Res vt sit p rebus repetendis.vel p defensiõe patrie. Causa si p pter necessitatẽ pugneẽ:vt p pugnam pax acquiraẽ. Animus ne fi at pter odiũ vel vltionem vel pter cupiditatẽ.sed pter charita/ tem iustitiã z obedientiã. Auctas vt sit auctoꝛitate ecclesie psertim cũ pugnaẽ p fide vel auctoꝛitate pncipis.si aliꝗõ istoꝝ defuerit.bel lũ diceẽ iniustũ. Videẽ tñ casus in quo sine auctãte pncipis vel ec clesie posset moueri bellũ:vim p reb⁹ repetẽdis z defensiõe patrie. Nã de iure nãli cuiꝗ licitũ est vim vi repellere incõtinẽti z cũ mo deramine ĩculpate tutele. De h aũt reꝗre plenius ĩfra l:b.xj.in tracta tu de homicidio.miles hñs iustũ bellũ cõtra aliũ militẽ licite facit suũ ꝗcquid capit ab hoste vel coadiutoꝛib⁹.siue subditis suis siue alijs.quousꝗ iuxta õsciaꝫ suaꝫ sit sibi satisfactuꝫ de omni dãno da to z laboꝛe z opere tã sui ꝗ suoꝝ hoĩuꝫ vel donec ipse host offerat ius vel velit satisfacẽ ipsi.subditos aũt illos ꝗ deũ plus ꝗ hoĩes ti mentes:nolunt suo dño in bello illicito impendere consiliũ auxiliũ vel fauoꝛẽ.credo nullatenus spoliandos vel in aliquo puniendos.

¶ De Pꝛopulsanda iniuria socioꝛum. C. XXIX.

Gratia.xxiij.q.iij. Quod vo iniuria socioꝛum ar mis ppulsanda nõ sit.exemplis ac aucto ritatib⁹ pbaẽ. Dñs.n.cũ ab herode quereret ad interfi ciendũ:nõ patrociniũ sibi ꝗsiuit armoꝝ:cũ occulto istru ctu posset in eũ õuertisse manus iudeoꝝ.sʒ fugiẽs in egyptũ latuit ibi p septẽniũ. Ipsi etiã iudei captiui ducti sunt.ꝗꝛ spem sue libera tionis nõ in solo deo sʒ etiã in homine posuerũt.sed multa rite pre/ stanẽ que tamen iure nõ petunẽ.bonus.n.nõ rite iniurie vindictaꝫ petit:ꝗꝛ maluꝫ pꝛo malo redderet:nõ ꝗꝛ iniqua est vltio quã lex sta tuit:sʒ ꝗꝛ vitiosa est libido vlciscendi:magisꝗ ad iudicem ptinet h

inter hoīes decernere q̃ꝫ ad bonū hoiem sibi expetere: hic enī malū ꝓ malo redderet: iudex vero nō: sꝫ delectatione iustitie iustū ꝓ iniusto qḋ est bonū ꝓ malo qḋ etiā deus iudex facit. Itē ab aliquo capto iniuste sua exigūt. ꝓ vita tn̄ redimēda iuste offerunt. Itē sacra vasa ab aliquo barbaro iniuste exigūt. ꝓ redēptiōe captiuoꝝ iuste prestant. sic etiā iniurie ꝓpulsatio lꝫ iniuste postulet: iuste tn̄ p̄stat q̃ꝫq̃ꝫ ⁊ ipa postulatio nō vsq̃ꝫquaq̃ꝫ iniusta ꝓbet. aliud est. n. iniuriam ꝓpellere vt sibi liceat viuere voluptuose: aliud vt alioꝝ vtilitati libere possit vacare. Sicq̃ꝫ aliud est suffragiū ab hoīe tanq̃ꝫ a ministro iustitie postulare. vt mala voluntas aduersantiū ei⁹ ministerio careat effectu. ⁊ bonoꝝ volūtas eius suffragio sortiat effectū. aliud spem suā a deo in hoīeꝫ trāsferre: vt aduersa q̄ inferunt a deo ad vite correptionē humano pellant auxilio nulla precedēte correctiōe. Petere ergo vel p̄stare in tribulatiōe subsidiū. vt voluptuose q̄s in crimine viuat est dānabile. Petere aūt vel p̄stare solatiū. vt mala facultas delinquēdi adimat. vt ecclesia pacē adipiscat: vt aliq̄s multoꝝ vtilitatib⁹ seruet vtile est ⁊ honestū. dissimulare vero grauissimū. hinc de paulo legit ꝙ cū q̄dā iudeoꝝ iurassent se nō cōmesturos panē nisi eū īterficerēt petijt milites a p̄tore. quoꝝ p̄sidio illesus seruaret ab iniuria iudeoꝝ. nō sue voluptati sꝫ oīum vtilitati victurus. hinc etiā ecclesia auxiliū ab impatore ad sui defensioneꝫ petere monet. Itē Ambro. in li. de offi. Fortitudo q̄ bello tuet a barbaris patriā: vel domi defendit infirmos: vel a latronib⁹ socios: iustitia plena est. Itē hieronymus sup sophoniā. Si q̄s fortitudinē latronis vel pirate eneruat: ⁊ īfirmos reddit. ꝓdest illis sua īfirmitas debilitata enī mēbra q̄b⁹ prius nō bene vtebant: a malo ope cessabūt. Itē ambrosius in li. de officijs. p̄mo. Nō in īferēda sꝫ ī depellēda iniuria lex virtutis est. Qui enī nō repellit a socio iniuriā si pōtā est in vitio q̃ꝫ ille q̄ facit. Itē anastasius papa ⁊ damasus. Posse obuiare ⁊ ꝑturbare ꝑuersos ⁊ non facere: nihil aliud est q̃ꝫ fauere īpietati eoꝝ. nec caret scrupulo societatis eoꝝ occulte. q̄ manifesto facinori desinit obuiare. Ecce ꝙ nōnūq̃ꝫ obuiādū est ꝑuersis. ⁊ iniuria socioꝝ armis propulsanda est. vt ⁊ malis adēpta facultas delinquendi prosit. ⁊ bonis optata facultas libere consulendi ecclesie ministretur. hoc qui non facit: consentit.

De Affectu mutuo principis ⁊ subditoꝝ. C. XXX.

Helinandus vbi. s̄. Vltimū eoꝝ que plutarchus hr̄e iubet p̄ncipē ē amor subditoꝝ. Codrus atheniēsiuꝫ rex ꝓ victoria populi sui seipm̄ morti tradidit. Nā mutato regis habitu sarmenta colligens castra hostiū ingressus. a milite quē falce in iurgio percusserat īterfect⁹ est. Vnde istud poeticū. ⁊ iurgia codri. Decios duces romanoꝝ se ꝓ suis exercitib⁹ morti deuouisse ꝑcelebre est. Julius cesar dicere solitus erat. dux q̄ nō laborat vt militib⁹ charus sit militem nescit amare: nescit humanitatē ducis in exercitu ⁊ aduersus hostes debere esse. Idē pistorē in vincula cōiecit. qꝛ sibi meliorē panē q̃ꝫ ceteris militib⁹ in mēsa supposuerat. Alexāder militem suū macedonē senio cōfectū nimio frigore obstupefactū ipse in sublimi ⁊ propinqua igni sede sedens cum animaduertisset statim descēdit: ⁊ suis manib⁹ corpus frigore duplicatū in suaꝫ sedē īposuit. Plato cū vidisset dionysiū tyrānū sycilie corporis sui circūseptū custodib⁹. Quid tantū malū inquit fecisti: vt a tā multis necesse habeas custodiri: principē sic oportet vincire obsequijs omniū affectus. vt quisq̃ꝫ subditus ꝓ eo periculis īminētib⁹ caput opponat: sicut vrgēte natura ꝓ capite cetera se solēt mēbra opponere. Vnde claudianus. Nō sic excubie nō circunstātia tela. Tutat amor extorquebis amari. Hoc alterna fides hoc simplex gratia donat. Hucusq̃ꝫ dictuꝫ sit de institutiōe regū ⁊ principū: qualiter se habere debeant vel domi vel militie non solum ſm leges diuinas sed etiā humanas.

De Distinctione potestatis principum ⁊ pontificum. C. XXXI.

Ex decretis Gratiani prima parte dist. x. Cyprianus iuliano episcopo mediator dei ⁊ hominū hō chr̄s ihesus sic actib⁹ ꝓprijs ⁊ dignitatib⁹ distinctis officia potestatis vtriusq̃ꝫ discreuit. ꝓpria volēs medicinali hūilitati sursuꝫ efferri. nō hūana supbia rursus in īferna demergi vt etiā christiani īpatores ꝓ eterna vita pōtificib⁹ īdigerēt. ⁊ pōtifices ꝓ cursu tpaliū tm̄mō reꝝ īpialib⁹ legib⁹ vterēt. q̃tin⁹ spūalis actio a carnalib⁹ distaret incursib⁹. ⁊ deo militās minime se secularib⁹ negocijs īplicaret. ⁊ vicissim nō ille reb⁹ diuinis p̄sidere videret. q̄ eēt secularib⁹ negocijs īplicat⁹. Hugo. de sacramētis li. ij. Ecclesia sancta. i. vniuersitas fideliū corpus chr̄i vocatur propter spm̄ christi quē accipit. cuius participatio in noīe designat. q̄ñ a christo christianus appellat. christus quippe vnctus interpretatur. illo videlicet oleo leticie qḋ pre cunctis participibus suis quasi caput mēbris ſm ꝑticipationē trāsfudit. sicut vnguentū in capite qḋ descendit ⁊c̄. vt ad totū efflueret ⁊ totū viuificaret. vniuersitas aūt hec duos ordines ꝯplectit: laicos ⁊ clericos q̄si duo latera corpis vnius. q̄si enī ad sinistrā sunt laici. q̄ vite p̄ntis necessitati inseruiūt. Clerici vō q̄ñ ea q̄ ad spūalē vitā ꝑtinēt dispēsant q̄si dextra ps. Laicus interp̄tat popularis. grece enī laos: latine dicit pp̄lus. Cleric⁹ dicit a greco cleros: qḋ latine sortē sonat: siue ꝙ ipse sorte electus sit a deo: ⁊ ad seruitutē dei: siue ꝙ ipse de⁹ sors illi⁹ sit ⁊ ꝙ portionē aliā in terra hr̄e nō debeat clericus nisi deū. ⁊ ea que ad partē dei spectāt. Laicis enī terrena possidere ꝯcedit. clericis vō spūalia tm̄ ꝯmittunt ⁊ cōcedunt. Due q̄ppe vite sunt. vna terrena: alia celestis. Vna q̄ corp⁹ viuit ex aīa. alia qua aīa viuit ex deo. Vita t̄rena hōis terrenis alit: spūal spūalib⁹. Vt āt ī vtraq̃ꝫ vita iustitia seruet. ⁊ vtilitas ꝑueniat. primū vtrinq̃ꝫ distributi sunt qui vtriusq̃ꝫ bona ſm necessitateꝫ vel rōnē studio ac labore acq̄rāt. deinde alij qui ea potestate officij ꝯmissi ſm equitatē dispensent: ꝓpterea ī vtroq̃ꝫ populo ſm vtrāq̃ꝫ vitā distributo potestates sunt ꝯstitute secularis ⁊ spiritualis in vtraq̃ꝫ diuersi sunt gradus ⁊ ordines. Terrena potestas caput habet regē: spūalis habet summū pontificem.

De Preeminentia potestatis principum. C. XXXII.

Quantum aūt vita spūalis dignior est q̃ꝫ terrena. ⁊ spūs q̃ꝫ corpus. tm̄ spiritualis ptās terrenā honore ac dignitate p̄cedit. Nā spūalis terrenā ⁊ instituere habet vt sit. ⁊ iudicare si bona nō fuerit. ipsa vō a deo p̄mū instituta est. ⁊ cū deuiat a solo deo iudicari habet ⁊ pōt. sicut scriptū est. Spiritalis diiudicat oīa. ⁊c̄. Nam ⁊ in veteri testamēto p̄mū a deo sacerdotiū institutū ē. postea vō ꝑ sacerdotiū iubēte deo regalis ptās ordinata. Vñ ⁊ adhuc ī ecc̄lia dei sacerdotalis dignitas regalem ptātē sacrat. Et ap̄lus. Qui bn̄dicit maior est. Extra. v. de maioritate ⁊ obediētia. Clemēs papa. Oēs principes terre ⁊ ceteros hoīes ep̄is obedire beatus petrus p̄cipiebat. Innocēti⁹. iij illustri ꝯstantino impatori. Mirata est īperialis sublimitas ꝙ te ausi fuimus in nr̄is lr̄is increpare. huic aūt admiratōi nō cāꝫ sꝫ occasionē p̄buit ꝙ legisti beatū petrū scripsisse. Subditi estote oī hūane creature ⁊c̄. Qḋ āt sequit: regi tāq̃ꝫ p̄cellēti nō negam⁹ q̄n p̄cellat īpator ī tpalib⁹ ill' dūtaxat q̄ recipiūt ab eo tpalia. sꝫ potifex in spūalib⁹ antecellit. que tanto tpalib⁹ sunt digniora q̄nto anima p̄fert corpi. Qḋ aūt sequit: ad vindictā maloꝝ: laudē vō bonoꝝ. intelligendū nō est ꝙ rex vel impator sup bonos ⁊ malos gladij accepit potestatem: sed in eos solūmodo qui vtentes gladio ei⁹ sunt iurisdictioni cōmissi. Ad firmamētū ergo celi. hoc est. vniuersalis ecclesie. fecit deus duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates. que sunt pontificalis auctoritas: ⁊ regalis potestas. sed illa q̄ p̄est dieb⁹. i. spūalibus maior. que vō carnalib⁹ minor. vt quanta ē inter solē ⁊ lunam. tāta inter pontifices ⁊ reges cognoscat differentia. Extra. ij. de iudicijs. Innocē. iij. Cū valentinian⁹ īclytus impator suffraganeis mediolanensis ecclesie dixisse legatur. taleꝫ in pontificali sede cōstituere ꝓcurate. cuius ⁊ nos qui gubernamus imperiū sincere iurisdictiōi nr̄a capita submittamus. ⁊ eius monita cuꝫ tanq̃ꝫ homines deliq̄rimus suscipiam⁹ necessario velut medicamēta curātis. Nec illud omittamus qḋ theodosius impator statuit. ⁊ karolus inouauit. Qucūq̃ꝫ videlꝫ litē hn̄s siue petitor fuerit siue reus siue in initio litis. siue decursis tēpoꝝ curriculis: siue cū negociū porat. siue cū iam cepit ꝓmi sn̄ia. si iudiciū elegerit sacrosancte sedis antistitis. ilico sine aliqua dubitatiōe etiam si pars alia refragetur ad ep̄oꝝ iudiciū cū sermone litigātiū dirigat. Cū enī nō humane cōstitutionis legē sed diuine potius imitamur. qꝛ potestas nr̄a nō est ex hoīe sꝫ ex deo. Null⁹ sane mētis ignorat q̄n ad officiū nostruꝫ spectet. de quocūq̃ꝫ mortali peccato corripe quēlibet christianum. ⁊ si correptionem contempserit per districtioneꝫ ec. coercere.

Q. Decreta pontificum preferenda sunt legibus imperatorum. C. XXXIII.

Hector. Sicut ḡ potestati seculari precellit ptās ecclesiastica. cū ex ptāte imperātiū depēdeat tenor ⁊ obediētia p̄ceptoꝝ. pꝫ ꝙ ⁊ precepta canonū siue decretoꝝ pontificaliū p̄ferēda sunt edictis ⁊ legib⁹ imperatoꝝ. vt innuit Gratian⁹ vbi supra dist. x. Ex decretis gratiani in prima pte. dist. j. Jus nature est qḋ in lege ⁊ in euāgelio ꝯtinet. quo q̄sq̃ꝫ iubet alij facere qḋ sibi vult fieri. ⁊ ꝓhibet alij inferre qḋ sibi nolit fieri. Di. iij. Ecclesiastica institutio canonis nomine censet. Ideꝫ in dist. x. Cōstitutiōes vō p̄ncipū ecclesiasticis ꝯstitutionibus nō p̄eminēt: sꝫ ecclesiasticis legib⁹ postponēde sunt. vbi aūt euangelicis atq̃ꝫ canonicis decretis non obuiauerint. omni reue-

rentia digne habeant. Helinandus vbi supra. Humane leges eatenus valēt quatenꝰ a diuinis nō discrepāt. alioqn falsū ē qd̄ in lege scriptū ē. qd̄ placet legis hȝ vigorē. Nullas leges credit qdā ciuilibꝰ pferēdas: sȝ has anatharsis telis aranee cōparauit q̄ muscas et culices detinēt. et volatilia grādiora trāsmittūt. Ex summa iuris. Nota q̄ cōstitutio a pncipe lata sup ecclesiastico negocio nō valet. eo q̄ a pncipe lata ē. nisi forte puilegiū fuerit qd̄ impator ecclesie tribuit. hoc enī ipso iure valet. Sup seculari vō negocio lata si nō otradicit canoni valet. et ipsaȝ ecclesia tāq̄ suā approbat et tenet. ac p ea negocia decidit. vbi canon nil statuit. q̄ si etiā imutet a principe ipsam quoq̄ imutatā habere debet ecclesia. nisi p canoneȝ specialiter fuerit cōfirmata. Si vero canoni otradicit. tūcetiā in secularibꝰ et in foro seculari valet nisi legi vel euāgelio otraria fuerit. tūc enī nō valet vt sūt leges de vsuris loquentes. et de diuortijs. In foro autē ecclesiastico canon illi legi cōtradicēs obseruari debet. et fm illū iudicari. sicut est ille de prescriptione. xxx. annorum.

¶De Legibus et effectu et qualitate eaꝝ. C. XXXIIII.

Actor. Dicto de ciuibus et regibꝰ siue principibus tertio loco sȝ ordinē supradictū: restat dicēdū de legibꝰ. Nā et ipse osensu ciuiū. i. maiorū natu sanctiunt a pncipibꝰ et indicunt ciuibꝰ. Ex summa azonis Lex aliqñ stricte ponit vt p statuto populi romani cū dicit. Lex ē id qd̄ ppls senatorio magistratu iterrogāte velnti osuli ostituebat. Cōsul enī q̄ senator erat: pplm osulebat an ei placeret ita statui: populusq̄ rndebat: ita. Porro qntū ad snia; lȝ alia vba sint eadē ē diffinitio q̄ dicit: lex ē cōe pceptū delictor q̄ spōte vel ignorātia otrahunt coertio. cōis reipu. spōsio. Qñq̄ vō large ponit p oī rōnabili statuto. vñ et dicit lex ē sanctio sancta iubēs honesta: phibēs otraria. Iustinianus in li. j. institutionū. Impatoriā maiestatē nō solū armis decoratā. sȝ etiā legibꝰ oȝ esse armatā: vt vtrūq̄ tps et bellorū et pacis recte possit gubernari. Qd̄q̄ pncipi placuit legis hēat vigorē. qd̄cūq̄ igit īpator p eplaȝ ostituit. vel cognoscēs decreuit. vl' edicto pcepit. he sūt q̄ ostitutiōes appellant. Ex his qdā psonales sūt. vt qd̄ pnceps alicui ob meritū indulsit. vel si cui penā irrogauit. vel si cui sine exēplo subuenit psonā nō egredit. Papinianus in li. diffinitionū. Lex ē cōe pceptū viroȝ prudētiū osultatio: delictor q̄ spōte vel ignorātia otrahunt coertio. reipu. sponsio cōis. Celsus li. v. dig. Ex his q̄ forte vno aliquo casu accidere possunt iura nō constituunt. Idē in li. vj. Nā ad ea potius oȝ aptari ius: q̄ et frequēter et facile q̄ q̄ praro eueniūt. Modestinus li. j. regulaȝ. Legis virtꝰ hȝ est imperare: vetare: pmittere: punire. Ulpianus lib. iij. ad sabinū. Iura nō in singulas psonas sȝ generalit ostituunt. Ideȝ li. xvj. ad eūdē. Non ambigit senatū ius facere posse. Isido. vbi supra li. v. Ois aūt lex aut pmittit aliqd. vt vir fortis petat pmiū aut vetat: vt sacraȝ virginū nuptias nulli petere liceat. aut punit vt q̄ cedē fecerit capite plectat. eius enī pmio aut pena vita moderat hūana. Facte sunt aūt leges vt eaȝ metu hūana coerceat audacia: tutaq̄ sit inter iprobos innocētia: et in ipsis iprobis formidato supplitio refrenetur nocēdi facultas. Erit autē lex honesta: iusta: possibilis fm naturaȝ: fm cōsuetudinē patrie: loco tēporiq̄ cōueniēs: necessaria: vtilis. manifesta quoq̄ ne aliqd per obscuritatē in captiōe cōtineat. nullo priuato cōmodo sȝ pro cōmuni ciuiū vtilitate cōscripta.

¶De Institutiōe eaꝝ. C. XXXV.

Ex summa Azo. Cōdende sunt autē leges ab impatore cōsilio pceꝝ sacri palatij ac cetu senatorum honestissimo. qui erant et dicebantur patres vel etate vel cure similitudine. Cōscripti vero qm̄ eorū nomina imperator habebat scripta in suo diademate. Delegatur aūt lex primo alicui dictanda. dictata quoq̄ recensetur. i. iterum tractatur an sit equum ita censeri. et si tandē omnes consentiant: in sacro consistorio recitabitur. vt per principē firmetur. eiusq̄ iussu in populos diuulgetur. et valeat post duos menses a tēpore insinuationis. Potest etiā condi lex a prefecto pretorij. si nō sit contraria legibus principis. et iterū ab his quibus imperator mādauerat. Nec obstat qd̄ scriptū est: soli principi licere. legem condere: qm̄ et senatus et prefectus et iuriscon sulti condunt ex principis autoritate. Qualiter autē condi debeat lex: patet: q2 clare et aperte certeq̄ et indubitāter. Nihil enim adeo propriū est legislatoris vt claritas. Debet etiā condi cum deliberatione illa quam dixi supra. Hic autē loquor de legibus generalibus non de specialibus vel priuilegijs. que purpurea tantū scriptione leguntur. Scitur autē lex esse generalis ex hoc ipso q̄ cōtinet in corpore iuris: nisi in casu. Aliter auteȝ non est generalis nisi imperator de causa cognouerit et inter partes diffinitiue pronunciauerit. vel nisi mittat legem ad senatum vel nisi vocet

edictum. vt sepe dicit hac edictali lege. vel nisi iubeat eam per oēs pplos diuulgari. vel in sīlibꝰ causis idem statui. vel nisi vocet eā generalē. Qñ vō condi debeat si queraf: vtiq̄ qñ sup hoc pces impatori porrigunt. vel cū a sua sponte mouet. vel qñ nō est p legē diffinitū id qd̄ querit. Paulus li. ij. regulaꝝ. Qd̄ quisq̄ iuris in alterū statuerit. ipse eodē iure vtat. In extrauagātibꝰ. i. de ostitutōibꝰ. Innocē. iij. Qd̄ q̄sq̄ iuris in alterū statuit. ipse oȝ vti: q2 sapiens dicat auctoritas. patere legē quā ipse tulerī. Gratianus in decreto pma pte dis. iij. Augu. ait de vera religiōe. In istis tpalibꝰ legibus q̄sq̄ de his hoīes iudicēt cū eas instituūt. tñ cū fuerint istitute et firmate iudicare de ipsis nō licebit sȝ fm ipsas. Leges instituunt cū pmulgant: firmant cū moribꝰ vtētiū approbant. sicut enī moribꝰ vtentiū in cōtrariū nōnulle leges hodie abrogate sunt: ita moribus vtentiū leges ofirmant. Vñ illud Thelesphori pape decretū qd̄ decreuit vt clerici generalit a qnqgesima ieiunādi ppositū susciperēt. et a carnibꝰ et delitijs abstinerēt. q2 moribꝰ vtentiū approbatū non est. aliter agentes trāsgressionis reos nō arguit. Nisi forte q̄s dicat hec nō decernendo esse statuta. sȝ exhortando conscripta. Decretuȝ vō necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatē excitat.

¶De Primis actoribus legum. C. XXXVI.

Isidorus vbi supra li. v. Oēs aūt leges aut sunt diuine: aut hūane. Diuine nā hūane moribꝰ ostāt. Ideoq̄ he discrepāt: qm̄ alie alijs gentibꝰ placent. Fas lex diuina est: ius lex hūana. Trāsire p alienū agꝝ fas est: ius nō est. Moyses gēti hebree pmus diuinas leges sacris lrīs explicauit. Foroneus rex grecis pmus leges iudiciaq̄ ostituit. Mercuriꝰ trimegistus primꝰ leges egyptijs tradidit. Solon atheniēsibꝰ. Ligurgus pmꝰ lacedemonijs iura ex apollinis auctoritate ofinxit. Numa pōpiliꝰ q̄ romulo successit in regnū primꝰ leges romanis edidit. Deinde cū ppls seditiosos magistratꝰ ferre nō posset: decē viros legibꝰ scribēdis decreuit. q̄ leges ex libris solonis ī latinū sermonē trāslatas de. xij. tabulis exposuerūt. Fuerūt aūt hi. Apiꝰ: Claudius: Genutiꝰ: Ueteriꝰ: Iuliꝰ: Maniliꝰ: Sulpitiꝰ: Sextiꝰ: Curatiꝰ: Romelius: Postumiꝰ. Hi decē viri legū oscribendaꝝ electi sūt. Leges aūt redigere in libris pmus cōsul pompeiꝰ instituere voluit: sed nō pseuerauit obtrectatoꝝ metu. Deinde cesar cepit id facere sed añ interfectus est: paulatim autem antique leges vetustate atq̄ incuria exoleuerūt. quaꝝ etsi nullꝰiam vsus est: noticia tñ necessaria videt. Noue leges a ostātino inceperūt cesare et reliqs succedētibꝰ: erātq̄ pmixte et inordinate. postea Theodosius minor augustꝰ ad similitudinē gregoziani et hermogeniani codicē factū ostitutionū a ostantini tpibꝰ sub pprio cuiusq̄ impatoris titu. disposuit. quē a suo nomine theodosianū vocauit.

¶De Iure vniuersali. C. XXXVII.

Isidorus vbi supra. Ius generale nomē ē Lex āt iurī spēs ē. et dr̄ ius: q2 iustū est. Iustinianus vbi supra. Iusticia est cōstans ac perpetua voluntas ius suū vnicuiq̄ tribuens. Iurī prudentia est diuinarū atq̄ humanarū rerū noticia iusti et iniusti scientia. Iuris precepta sunt honeste viuere: alterū non ledere. sua cuiq̄ tribuere. Ius publicū est quod ad statū rei romane spectat. Ius priuatū quod ad singuloꝝ vtilitatē. Ius priuatum collectū est. aut ex naturalibus preceptis aut gentiū aut ciuilibꝰ. Ius naturale quod natura oīa animalia docuit. hinc descendit maris et femine cōiunctio. quam nos matrimoniū appellamus. liberorū procreatio et educatio. Ulpianus li. j. institutionū. Iuris nomen a iusticia descendit. Nam vt eleganter celsus diffinit. Ius est ars boni et equi: cuiꝰ merito quis nos sacerdotes appellat. iusticiam nanq̄ colimus: et boni et equi notitiam pfitemur. equum ab iniquo seperantes. licitum ab illicito discernentes bonos non solum metu penarum verū etiam premiorum exhortatione efficere cupientes. veram (ni fallor) philosophiam non simulatam affectantes.

¶De Speciebus iuris. C. XXXVIII.

Publicū ius et sacris in sacerdotibꝰ et magistratibꝰ osistit. Priuatū ius ē qd̄ ad singuloꝝ spectat vtilitatē: qd̄ tripticiū est. collectū est. n. ex nālibꝰ pceptis: aut gentiū aut ciuilibꝰ. Pōponiꝰ li. singulari enchiriō. Ius gētiū ē apud deū religio vt parētibꝰ et pātrie pareamꝰ. Florētinꝰ: li. j. istitutionū. vt vim atq̄ iniuriā ppulsemꝰ nā iure hȝ euenit. vt qd̄ q̄sq̄ ob tutelā corpis sui fecerit: iure fecisse existimet. Et cum inter nos cognationē quandā natura cōstituit: consequens est hominē homini insidiari nefas eē. Papinianꝰ li. j. diffinitionū. Ius ptorīū est qd̄ ptores introduxerūt adiuuādi vl' supplēdi vel corrigēdi iuris ciuilis gratia pter vtilitatem publicā. qd̄ et ho-

norarium dicitur. ab honore pretorꝫ sic nominatũ. Martianus li. j. institutionũ. Nã ⁊ ipsum ius honorariũ viua vox est iuris ciuilis. Paulus. Pretor quoq; ius reddere dicit̃ etiã cũ inique decernit. resolutiõe facta nõ ad id qđ p̃tor facit ſʒ ad id qđ p̃torẽ facere cõuenit. Isidorus vbi supra. Ius gẽtiũ ẽ sediũ occupatio: edificatio: munitio: bella: captiuitates. seruitutes: postliminia: federa pacis: indutie: legatorꝫ nõ violãdorꝫ religio. cõnubia inter alienigenas ꝓhibita Et inde ius gẽtiũ: qꝛ eo iure oẽs fere gẽtes vtũt̃. Ius militare ẽ belli inferẽdi solẽnitas. federis faciẽdi nexus: signo dato egressio in hostem vel cõmissio. Item signo dato receptio. Item flagitij militaris disciplina si locus deserat̃. Itẽ stipendiorũ modus. dignitatuʒ gradus: premiorum honor veluti cum corona vel torques donantur. Item prede decisio ⁊ pro personarum qualitatibus ⁊ laboris iusta diuisio. ac principis portio.

¶ De ortu iuris triplicis. C. XXXIX.

GRatianus dis̃. v. Naturale ius inter omnia ꝑmatũ obtinet: ⁊ tẽpore ⁊ dignitate. Cepit enĩ ab exordio rationalis creature. nec variatur tempore sed immutabile permanet. Sed cum naturale ius in lege ⁊ in euangelio supra dicatur esse cõprehensum. quedam autẽ cõtraria his que in lege statuta sunt. nunc inueniunt̃ concessa. non videtur ius naturale imutabile permanere. In lege nãq; precipiebatur: vt mulier si masculuʒ pareret. xl. si vero femina. lxxx. diebus templi cessaret. ingressu. nũc autẽ statim post partũ ecclesiaʒ ingredi nõ prohibet̃. Di. vj. §. his itaq; respondetur. Sunt in lege quedã moralia: vt nõ occides ⁊c̃. quedã mystica: vtpote sacrificiorꝫ precepta ⁊ alia his similia. Moralia mandata ad naturale ius pertinent. ⁊ ideo nullã mutabilitatẽ recepisse monstrant̃. Mystica vero quãtũ ad sup̃ficiẽ a naturali iure probant̃ aliena. quãtũ ad moralem intelligentiã inueniunt̃ sibi annexa. ac ꝑ hoc si ſm sup̃ficiem videant̃ esse mutata. tñ ſm moralẽ intelligentiã mutabilitatem nescire probant̃. Ius vero consuetudinis post naturalẽ legẽ exordiũ habuit. ex quo homines cõuenientes in vnũ ceperũt simul habitare qđ ex eo tp̃e factũ credit̃. ex quo cayn ciuitatẽ legit̃ edificasse. De. di. vij. Ius autẽ cõstitutionis cepit a iustificationibus quas dominus tradidit moysi dicens. Si emeris seruum hebreum ⁊c̃.

¶ De differentia eorꝫ ⁊ ordine. C. XL.

DIst. vij. Differt autẽ ius nature a cõsuetudine ⁊ cõstitutione. Nã iure nature omnia sunt cõmunia oĩbus. qđ nõ solũ inter eos seruatũ credit̃. de quibꝰ legit̃: Multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ anima vna ⁊c̃. verũetiã ex precedenti tẽpore a ph̃is traditũ inuenit̃. Unde apud platonẽ illa ciuitas iustissime ordinata traditur. in qua quisq; ꝓprios nescit affectus. Iure vero ꝯsuetudinis vel ꝯstitutiõis hoc meũ ẽ. illud vero alterius. Unde augu. ait sup iohãnẽ. vnde q̃sq; possidet qđ possidet. nõne iure humano. Nã iure diuino dñi est terra ⁊ plenitudo eius. Iura aũt hũana iura sunt impatorꝫ. quare: qꝛ ipsa iura humana ꝑ ĩpatores ⁊ reges seculi deꝰ distribuit hũano generi. Iteʒ tolle iura impatoris ⁊ q̃s audet dicere: hec villa mea ẽ. meus ẽ iste seruus mea est hec domus. Sʒ dicitis q̃d nobis ⁊ impatori. sed vt iã dixi de de iure hũano agit̃. Ap̃lus voluit seruiri oĩbꝰ regibꝰ. voluit honorari reges. ⁊ dixit: Regẽ veneremur. Noli ergo dicere quid mihi ⁊ regi. Quid tibi ergo ⁊ possessioni: ꝑ iura reguʒ possident̃ possessiões. dixisti: q̃d mihi ⁊ regi. Noli ergo dicere possessiões tuas. qꝛ ipsa iura renũciasti hũana q̃bꝰ possessiões possident̃. Tullius in rhetorica ij. Nature ius ẽ qđ cognatiõis aut pietatis cã seruat̃ quo iure parentes a liberis colunt̃ ⁊ ecõuerso. Lege ius ẽ qđ ꝓprio iussu sancituʒ est. Cõsuetudine ius ẽ qđ sine lege eque acsi legitimũ sit vsitatũ est. Gratianus vbi supra. Dignitate vero ius naturale similit̃ p̃ualet cõsuetudini ⁊ cõstitutiõi. Quecũq; enĩ vel moribꝰ recepta sunt vel scriptis cõprehẽsa. si naturali iuri sũt aduersa vana ⁊ irrita sũt habẽda. Nicolaus papa. Mala ꝯsuetudo nõ minus q̃ꝫ ꝑniciosa corruptela est abiciẽda. Que nisi citiꝰ radicitus euellat̃: in priuilegiorꝫ ius ab impijs assumit̃. Aug. Ueritate manifestata cedat cõsuetudo veritati. Item Grego. papa. vij. Certe vt beati. Cypriani vtamur sententia: quelibet consuetudo quãtũuis vetusta: quãtũuis vulgata. veritati omnino est postponenda. ⁊ vsus qui veritati est contrarius: est abolendus. hoc plane verũ est. qꝛ ratio ⁊ veritas cõsuetudini preponẽda est. ſʒ si cõsuetudini veritas suffragat̃ nihil oꝫ firmiꝰ retineri.

¶ De Iure naturali. C. XLI.

ISidorus vbi supra. Ius aut nãle ẽ. aut ciuile: aut gẽtiũ. Ius nãle ẽ cõe oĩum nationũ ⁊ qđ vbiq; ĩstictu nature. nõ ꝯstitõe aliq̃ habet̃ vt viri ⁊ femine coniunctio. liberorꝫ susceptio ⁊ educatio cõmunis omniũ possessio. ⁊ oĩuʒ vna libertas. acq̃sitio eorꝫ que celo terra mariq; capiunt̃. Item deposite rei vel cõmendate pecunie restitutio. violentie ꝑ vim repulsio. Nam hoc ac si q̃d huic simile est nunq̃ꝫ iniustũ: sed naturale ⁊ equuʒ habet̃. Ex decretis Gratiani in prima p̃te. dist. j. Ius nature est qđ in lege ⁊ in euãgelio ꝯtinet̃. quo q̃sq; iubet̃ alij facere qđ sibi velit fieri. Di. ij. Ecclesiastica institutio canõis noĩe censet̃. Regula iuris. Iure naturali equũ est neminẽ cũ alteriꝰ detrimẽto ⁊ iniuria fieri locupletioreʒ. Tull. in li. de legibꝰ. j. Req̃re supra in li. de ethica ca. ⁊ iterũ sub illo tit. ꝙ nobis ĩnata sunt virtutũ semina. Ex decret. di. xij. Ex ꝯcilio toletañ. Placuit sancto ꝯcilio. vt metropolitãe sedis auctoritate coacti vniuscuiusq; ꝓuincie ciues rectoresq; ecclesiarũ vnũ eundẽq; in psallẽdo teneãt modũ. quem in metropolitana sede cognouerint institutũ officia publica. i. vespas: matutinũ vel missam aliter q̃ꝫ in principali ecclesia celebrare nõ liceat. Actor. Quia vero dictũ est supra iuris naturalis esse ꝯiunctionẽ maris ⁊ femine quã natura oĩa aĩalia docuit. ne ꝑ hoc videat̃ ꝙ liceat alicui carnẽ suã in plures diuidere. Nota ꝙ ius naturale qđdã est vniuersalissimũ. s. qđ est in oĩbꝰ rebus. i. in cõcordia oĩuʒ reruʒ. ⁊ de tali iusticia naturali agit plato in thimeo. vnũ eniʒ elementũ nõ põt esse sine alio. Quoddã aũt minꝰ vniuersale qđ. s. natura omnia aĩalia docuit. Et hoc modo de naturali iure est coniunctio maris ⁊ femine. Quoddaʒ vero speciale qđ scʒ naturalis ratio dictat ⁊ tale ius est in solis vtentibus ratiõe. vnde de tali iure est fidelitas quã vir debet vxori sue. Est itaq; de iure naturali spãli vnicã vnius eẽ. verũtñ cũ antiq̃s patribus dispensauit deus non q̃ꝫtũ ad essentiã virtutis precepti. s. castitatis sed q̃ꝫtũ ad opus: virtus enim immutabilis est: sed opera variabilia sunt.

¶ De Iure positiuo. C. XLII.

EX summa iuris. Constitutio est ius hũanuʒ. qđ dicit̃ positiuũ q̃si positum ab hoĩe siue compositũ. Constituere põt in secularibus imperator. Põt etiam ciuitas legẽ municipalẽ facere. In ecclesiasticis aũt põtest ap̃licus facere generalẽ cõstitutionẽ ⁊ synodus generalis. Põt etiã synodus metropolitana vel etiã ep̃alis cõstitutionẽ facere sed nõ generalẽ. sil̃r ⁊ capl̃m. Uidet̃ quoq; ꝙ vniuersitas cõstituere possit. dũmõ talis ꝯstitutio nõ sit per quã onus alijs inferat̃. ⁊ ad ꝯstituẽtes nõ extendat̃. tũc enim nõ valeret. Cõstituendi cã est malitie coertio. vel questionis noue iudicialis diffinitio. Officiũ cõstitutiõis vnico versiculo sic comp̃hendit̃. Permittit punit impat atq; vetat. Preiudicat aũt ꝯstitutio posterior anteriori: si ꝯtraria sit. alioquin posterior ſm prioreʒ intelligit̃. ⁊ hoc dico si ab eodẽ emanauerit impante. Si aũt a diuersis illa p̃iudicat q̃ facta est ab illo q̃ est maioris auctoritatis. Itẽ nota ꝙ ex cã statuit̃ aliq̃ñ dispẽsatio ⁊ tũc cessante cã oꝫ cessare ꝯstitutio: qꝛ cũ dispẽsatio iuri cõi detrahat nõ ẽ trahẽda ad ꝯñam. Uñ dicit regula iuris que ꝓpter necessitatẽ recepta sunt. nõ debent in argumentũ trahi. Et hoc dico nisi loco illiꝰ succedat alia cã. Aliq̃ñ vero ius cõe statuit̃ ex cã. ⁊ tũc aut exp̃ssuʒ est hꝯ ĩ ꝯstitutõe. ⁊ tũc etiã si cesset cã oꝫ ⁊ cõstitutio cessare. Aut nõ: ⁊ tũc erit ꝯstitutio ꝑpetua. In sũma vero notã qꝛ ius positiuũ. i. cõstitutionẽ vl̃ legẽ scriptã siue ius cõe cessare faciũt aliq̃ñ necessitas: vtilitas: pietas: scandalũ: ꝯ̃ria ꝯstitutio: ꝯ̃ria quoq; ꝯsuetudo.

¶ De Iure ciuili. C. XLIII.

getur vbi de ecclesiasticis officijs agetur: quod aũt in domino papa dixi. in ĩpatore intellige in suo ĩperio: ꝛ in rege in regno. Alij võ nõ condũt nec interp̃tanť: sed solũ vtunť condito iure: sicut de personis ecclesiasticis diximus pro diuersitatibus singuloꝝ. hoc excepto q̄ prefectus p̃torio oriẽtis. ꝛ prefectus pretorio illirici possunt leges condere: dũ tñ non sint ꝯrie generalibus vel cõstitutionibus alioꝝ qδ nullus alius põt nisi pricipis auctoritate suffultus: p̃toꝛ ẽt edicta proponit iuris ciuilis iuuandi grã. Et q2 de iure ciuili principaliter ad presens hic agimus: quarundam personarum publicarũ secularium officia breuiter perstringemus.

℄ De Quarũdã personaꝝ publicaꝝ officijs. C .LXII.

Ex digest. lib. j. Ulpianus lib. j. de officio consulis. Officium consulis est consiliũ prebere. Aurelius archadius crisius magister liberoꝝ libro singulari. A prefectis pretorio facultas appellãdi interdicta est sñia principali. Credidit enĩ princeps eos q̃ ob singularẽ industriã: explorata eoꝝ fide ꝛ grauitate ad huius officij magnitudinẽ adhibenť nõ aliter iudicaturos eẽ pro sapientia ac luce dignitatis sue q̃ȝ ipse foret iudicaturos. Ulpianus lib. singulari de officio questoris. Opinio est tullium hostiliũ primum in rempublicam induxisse questores ꝛ a genere querendi questores initio dictos. Paulus libro singulari de officio prefecti vigilũ. prefectus vigilũ appellať: qui agnoscit de incendarijs: furibus: raptoribus: effractorib⁹: receptoribus: nisi si qua tam atrox ꝛ tam famosa p̃sona sit vt prefecto vrbis remittať. Et q2 plerũqȝ incendia culpa fiunt inhabitantiũ: qui negligẽtius ignẽ habuerũt. hos prefectus vigilum aut castigat fustibus: aut seuera interlocutiõe cõminatus fustium castigationẽ remittit. Sciendũ est aũt p̃fectũ vigilũ p̃ totã noctẽ vigilare debere ꝛ quoquo errare calciatũ cũ armis ꝛ dolabris: ꝛ oẽs inquilinos admonere vt curã adhibeãt ne aliqua negligẽtia incẽdij casus oriatur. Et vt aquã vnusquisqȝ inq̃linus in cenaculo paratam habeat. Ulpianus lib. j. Obseruare proconsulẽ oportet ne in hospicijs prebendis oneretur prouincia. Idem in libro primo de officio proconsulis. Anteq̃ȝ fines prouincie sibi decrete proconsul ingrediať: edictũ debet de aduẽtu suo mittere. Seuerus ꝛ antonius imperatores in epistola sic scribũt: Quantũ ad exenia p̃tinet audi quid sentimus: vetus ꝓuerbiũ est. Extonata silena. quod exponiť. Neqȝ oĩa neqȝ semp̃ neqȝ ab oĩbus. Nã valde inhumanum est a nemĩe accipere: sed passim vilissimũ ꝛ p̃ oĩa auarissimũ ꝛ quidẽ in mãdatis cõtineť: ne donũ vel munus ip̃e ꝓconsul: ꝛ qui in aliquo officio erit accipiat: ematve: quid nisi victus quottidiani causa sed nec exenia ꝑducẽda sunt ad muuerũ q̃litatẽ. i. necessitatẽ: aduocatos quoqȝ petentibus debebit indulgere plerũqȝ feminis vel pupillis vel alias debilibus vel his qui sue mẽtis non sunt: si quis eis petat vel si nemo sit qui petat: vltro eis dare debebit. Si quis p̃ potentiã aduersarij nõ ĩuenire se aduocatũ dicat eque oportebit ei aduocatũ dare. Ulpianus lib. xx. Ad legẽ iuliã ꝛ papiã. ꝓconsules nõ amplius q̃ȝ sex fascibus vtantur. Idem lib. xij. ad eδ. Proconsul portã rome ingressus deponit imperiũ. Marcus lib. p̃rio de officio p̃sidis. Nomẽ presidis generale est eo q̄ ꝛ ꝓconsules ꝛ legati cesaris ꝛ oẽs ꝓuincias regentes licet senatores: p̃sides appellantur. Paulus lib. xiij. ad sab. In mandatis pricipũ ẽ vt curet is qui prouincie p̃est malis hominibus ꝓuinciã purgare: nec distiguitur vñ sint. Ulpian⁹ lib. j. opinionũ. Illicitas exactiones ꝛ violentias factas ꝛ extortas metu vẽditiões vel sine p̃cij numeratione ꝓhibeat p̃ses ꝓuincie: ꝛ ne quis iniquũ lucrũ aut dãnũ sentiat: ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant: neve defensores eorũ calumniosis criminibus insectentur inocentes. Illicitas exactiões sub specie tributorũ fieri ꝓhibeat. Neqȝ licita negociatiõe aliquos ꝓhiberi: neqȝ ꝓhibita exerceri: neqȝ innocẽtibus penã irrogari sinat: Idẽ lib. iij. opinionũ. Preses ꝓuincie inspectis edificijs dominos eorũ causa cognita reficere ea compellat: ꝛ aduersus detrectantes cõpetẽti remedio deformitati auxiliũ ferat. Paulus lib. iiij. epistolaꝝ. Non tã spectandũ est quid rome factum est q̃ȝ quid fieri debeat. Modestinus li. v. regũ. Plebiscito ꝯtineť. Ne quis p̃sidũ munus donũve caperet nisi esculentũ poculentũve qδ intra dies proximos prodigatur.

℄ De Iudicibus ordinarijs. C. LXIII.

Ex summa iuris. Predicti autẽ oẽs ordiarij sunt iudices. Et dico ordinariũ eẽ illũ qui eoipso q̄ eligiť ꝛ ꝯfirmať a sup̃io: ꝛ vel eoipso q̄ p̃riceps sibi dat in aliquo territorio vł ꝓuincia dignitatẽ vł sup̃ collegio p̃matũ iurisdi. hȝ sup̃ q̃b⁹ ẽ ꝯstitut⁹. In q̃litate iudicis ordiarij ꝯsideraň ista q̃nqȝ s̃ȝ iura: ꝯditio: sex⁹: etas discretio fama. Cõditio q̃dẽ ne seruus sit. Sexus: ne femina. Etas autẽ vt maior sit. xx. annis: vł ad minus annoꝝ. xviij. Discretio võ: ne sit indiscret⁹ in iudicio. Fama quoqȝ ne sit ĩfamis. Sed lȝ infamia faciat ne possit ordinarius de iure ꝛ merito subditos suos iudicare: sñia tñ ĩfamis vł criminosi iudicis tenet: nec ꝓpter talia repelli põt ordinaria iudicãdo q̃ȝdiu sustineť ĩ offõ suo: sȝ delegat⁹ repelli põt. Omnẽ aũt prelatũ ecclesiasticũ ordinariũ esse puto. Archiep̃s quidem est ordinarius suffraganeoꝝ suorũ: sed non subditorũ illorũ. Officiũ prelati vel iudicis est curã habere subditorũ. Eiusqȝ p̃tãs circa tria versať. s. circa correctionẽ ꝛ iudiciũ ꝛ animaduersionem. Igiť in correctione debet esse beniuolus: in iudicio iustus: in aĩaduersione misericors. Isidorus lib. ix. Iudices dicti sunt q̃si ius dicẽtes populo siue q̄ iure disceptent. i. iuste iudicent: non est enĩ iudex: nisi sit in eo iusticia. Gratianus causa. iij. q. vij. Q2 autẽ iudex esse nõ possit quẽ cũ reo par aut maior macula inficit: multis auctoritatibus ꝓbať: sicut enim sancta romana synodus dixit. Infamis p̃sona nec ꝓcurator esse põt nec cognitor. Itẽ Ambrosius sup̃ beati ĩma. Iudicet ille de alteri⁹ errore: qui non hȝ qδ in seipso condemnet: ne cum de alio iudicet in se ferat sñiam. Gratianus vbi supra. Sed obiciť. Saul enĩ cũ a dño esset reprobat⁹ p̃p̃lm de iudicabat: Multi etiã alij tam in veteri testamẽto q̃ȝ in nouo ĩueniuntur quorũ vita cũ esset blasphemabilis: tñ eoꝝ sentẽtia: q2 ex officio suo (seruata iudiciarij ordinis integritate) ꝓcessit ĩueniť seruata. Unde in euãgelio dñs ait. Sup̃ cathedrã moysi sedebũt scribe ꝛ pharisei ꝛc. hinc liquido constat q̄ mali pastores dum sñia iusti examinis aliorũ crimina feriũt sibipsis nocẽt: dũ sine exemplo sue emendationis aliorũ vitia corrigere curant. Subditis vero prosũt si eoꝝ interp̃tatiõe correcti vel sentẽtia coerciti vitã suã in melius cõmutare didicerint: ac per hoc dũ ab ecclesia tolerati fuerint: eoꝝ iudiciũ subterfugere nõ lȝ. Itẽ vt supra eadẽ. q. v. c. q2 suspecti. Nicolaus papa scribit michaeli imp̃atori. Q2 aũt suspecti ꝛ inimici iudices esse non debeant: ꝛ ipsa ratio dictat: ꝛ plurimis ꝓbať exemplis. Et dige. li. Marcellus li. iij. digest. Cassius longinus nõ putat p̃mittendũ eundẽ: qui ꝓpter turpitudinẽ senatu mot⁹ ẽ nec restitut⁹: iudicare vel testimoniũ dicere: q2 l. iulia. repetundaꝝ hoc fieri vetat. Ex. iij. li. Cecus retinere põt iaȝ ceptũ magistratũ: aspirare aũt ad nouũ penit⁹ ꝓhibeť. Ex. v. li. ff. de iudicijs. l. cũ p̃torũ. §. nõ aũt oẽs. ꝛ. iij. q. vij. c. ĩfamis. Qnidã lege ꝓhibenť: ne iudices sint: quidã natura: quidã moribus. Lege vt qui senatu motus est. Natura vt surdus mut⁹ ꝛ p̃petuo furiosus ꝛ impubes: q2 non hñt iudiciũ. Morib⁹ femine ꝛ serui: nõ q2 iudicio careant: sȝ q2 p̃ceptũ est vt ciuilib⁹ officijs nõ funganť. Qui aũt possunt esse iudices: nihil interest vtrũ in p̃tãte an sui iuris sint. Aphrican⁹ li. iij. questionum. In priuatis negocijs pater filiũ vel filius patrem iudicẽ hẽre põt. Paulus. vj. lib. Ad planciũ. Iudicare publicũ munus est.

℄ De Moderatiõe iudicis. .C. LXIIII.

Ex digest. li. j. Calistrat⁹ li. j. de cognitionib⁹. Obseruandũ est ius reddenti vt in adeũdo facilẽ se p̃beat: sed ꝯtemni patiať: vnde mãdatis adiciť: ne p̃sides ꝓuinciaꝝ in vlteriorẽ familiaritatẽ ꝓuinciales admittant. Nã ex conuersatione equali ꝯtemptus dignitatis nasciť: sȝ in cognoscẽdo neqȝ excandescere aduersus eos quos malos putat: neqȝ p̃cib⁹ calamitosorũ illachrymari oportet. Id enim nõ est ꝯstantis ꝛ recti iudicis: cui⁹ animi motũ vult⁹ detegit: ꝛ summatĩ ita ius reddere dȝ: vt auctoritatẽ dignitatis ingenio suo augeat. Seuer⁹ ꝛ antoni⁹ imp̃atores in epi. sic scribũt. Quãtum ad exenia p̃tinet: audi q̃d sentimus: vet⁹ ꝓuerbiũ est. Extonata silena. i. neqȝ oĩa: neqȝ semp̃: nec ab omni hoĩe. Nã valde ĩhumanũ est nil accip̃e: sȝ passim vilissimũ ꝛ per oĩa auarissimũ ꝛ quidẽ in mandatis ꝯtineť: ne donũ vel munus ipse ꝓcõsul ꝛ qui in aliquo officio erit accipiat: ematve q̃d: nisi victus quotidiani ãnexa: sȝ nec exenia ꝑducenda sunt ad muneꝝ qualitatẽ. Regula iuris. Porro factũ a iudice qδ ad officiũ eius non pertinet: ratum est.

℄ De Iudicibus delegatis. C. LXV.

Ex summa iuris. Delegat⁹ iudex est: cui a p̃ncipe in secularib⁹ vł ab ap̃lico ĩ ecclesiasticis vel ab alio ordinario causa cõmittiť. Huius officiũ est mãdati fines obseruare cũ exacta diligẽtia ꝛ a partibus cõuocatis que vtrinqȝ ꝓponenť audire. Et si mãdati fines excedat: nihil aget. In duob⁹ tñ casib⁹ recedere dȝ a forma mãdati: p̃m⁹ est si rõnabile exceptiões opponanť (v̄bigrã) si mãdeť vt cito restituať ecc̃lia qua q̃s spoliat⁹ est: ꝛ aduersarius opponat exceptionẽ de spontanea renũciatiõe facta in manu p̃lati sui: dȝ absoluere reũ: ꝛ sic a forma recedere mãdati. Scđs est si ĩpetrate sint lr̃e

tali falsitate suggesta: q̃ nõ suggesta lr̃e nullatenus darent̃. In quo casu si fraus ⁊ dolus interuenerit ꝓcedet nõ sm̃ formã rescripti: sꝫ sm̃ ius cõe. Ad officiũ quoqꝫ delegati ꝑtinet cognoscẽ tã sup̃ principali q̃ꝫ super incidentibus q̃õnibus sine q̃bus causam sibi cõmissam cõmode nõ valet explicare. Nã ex quo questio principalis ei cõmittitur oĩa que ad illã ꝑtinẽt ei cõmissa intelliguntur. Et nota ꝙ delegatus maior est oĩ eo cuius sibi causa delegatur. Iurisditionis eius ꝓrogatio tripliciter fit. Primo quidẽ de persona ad personã: ⁊ hoc auctoritate iuris preter consensũ partiũ: vt si alicuius ecclesie prelato cã mandetur eius ꝓprio noĩe nõ expresso eo mortuo mandatũ ad successorẽ extendetur. Secũdo mõ de re ad rẽ: sꝫ hoc ex consensu partiũ. Nã si datus sit iudex vt cognoscat sup̃.x. ⁊ partes velint vt cognoscat super.xx. prorogabitur eius iurisdictio ad rẽ illã maiorẽ ⁊ sic a quãtitate ad quãtitatẽ. Quãdoqꝫ etiã a genere cause in aliud genus cause. Tertio mõ de tpe ⁊ ad tẽpus. ⁊ hoc itidem ex cõsensu partiũ: vt si iudex sit datus vt cognoscat infra certũ tẽpus poterũt partes eius iurisdictionẽ prorogare in tẽpus prolixius. Necesse est tamẽ vt ⁊ iudex consentiat. Extra primo de officio ⁊ po. iudi. de. Alexander. iij. epõ londo. Si pro debilitate vel pro alia qualibet graui necessitate tractandis causis que tibi a sede ap̃lica cõmittuntur interesse nõ poteris liberꝫ tibi sit ꝑsonis discretis ⁊ idoneis vices tuas cõmittere. ita ꝙ si res tanti est te consulere debeant nisi forte cause ita graues sint ꝙ sine presentia tua non possunt cõmode terminari. Idẽ. Si iudex ad mãdatũ iudicis delegati a nobis nõ vult aut nõ põt alijs resistẽtibus sentẽtiã ab eo latam effectui mãcipare: delegatus iudex eã aucto. apo. sibi cõmissa põt executioni mãdare. ⁊ si qui sibi restiterint eos sñia ecclesiastica coercere. Idẽ. Ex quo iudex delegatus ꝑ se vel ꝑ aliũ sententiã executioni mãdauit vel mãdari p̃cepit: eius auctoritas ⁊ iurisdictõ cessat: q꞉ semel est officio suo functus. Idem. Iudex a nobis delegatus vices nostras gerit. vñ in causa illa superior est ⁊ maior illis quorꝫ cãm suscipit terminãdam. Ideoqꝫ si ep̃s vel alia ꝑsona q̃ nõ sit de iurisdictione illius in cã quã ei delegamus rebellis ⁊ contumax fuerit sm̃ qualitatẽ facti poterit vel interdicti vel suspẽsiõis sñia a iudice delegato cõpelli: ita ꝙ iudex sm̃ negocij qualitatẽ tẽperate ꝓcedens epõ vel ingressum ecclesie vel sacerdotale officium interdicat: aut ẽt terrã illius que ad iurisdictionẽ suã ꝑtinet specialiter interdicto supponat. Inno. iij. Cum ordinarius teneat̃ obsequi delegato ⁊ si sciat illã sñiam iniustã exequi nihilominus tenetur eãdẽ nisi apud eũ possit efficere: vt ab hoc onere ip̃m absoluat.

Idem. Cũ. xx annũ peregeris dari potuisti in etate huiusmodi delegatus: ceterũ constituto infra etatẽ eandem nisi partes sciẽtes cõsentirent in eũ qui annum. xviij. transcendisset: facta delegatio ab alio q̃ꝫ a principe non teneret.

¶ De Singularitate ⁊ pluralitate eorum. C. LXVI.

Alexander. iij. Postq̃ꝫ alicui cã licet simpliciter ⁊ nõ ordinarie delegat̃ satis põt nostra auctoritate ꝑtes compellerẽ. ⁊ cõtumaces seueritate ecclesiastica coercere: q꞉ ex eo ꝙ cã sibi cõmittitur sup̃ oĩbus que ad cãm ipsam spectare noscunt̃ plenariã recipit ꝑtãtẽ. Si võ duobus cã cõmittat̃: etiã si nõ apponat̃ vt vnus sine altero ꝓcedat in ea: nihilominus vnus ex ip̃is sine suo coiudici siue alij vices suas cõmittere põt in hac ꝑte. Idẽ. Cũ cã duobꝰ cõmittit̃: sñia vniꝰ nõ tenet. Celestinus. iij. Cũ aliquis delegatorꝫ iudicũ ꝑ certũ excusatorẽ vel nunciũ literatorie destinatũ nõ ostenderit se interesse nõ posse: vl̃ al̃s de eodẽ canonice cõstare non poterit: residui ꝓcedere ad cãe cognitionẽ nõ debẽt: ꝙ si ꝓcesserint nihil reputabuntur egisse: cũ (sicut canones attestantur) integrum sit iudiciũ qð plurimorꝫ sentẽtijs ꝯfirmat̃. Inno. iij. Si q̃s iurisdictione a suo sibi collega delegata eo viuẽte vti nõ cepit: q꞉ mãdatũ huiusmodi re ĩtegra morte mãdatoris expirauit: nõ hꝫ solꝰ offm̃ iudicãdi. Si võ añ mortẽ illiꝰ iurisdictiõe vti cepit tal̃r de mãdata: vices suas ⁊ illiꝰ poterit adiplere. Ex sũma iuris. In sũma võ nota ꝙ si cã ꝑl̃ibꝰ cõmittat̃: ⁊ ista clausula appõat̃ ꝙ si oẽs ĩtereẽ nequeritis: ip̃a refert̃ tã ad ĩpotẽtiã facti q̃ꝫ ad ĩpotẽtiã iuris: vt si alij non p̃nt ĩtereẽ vel nolũt: ꝓcedet vnꝰ. Itẽ qñ iudici delegato cã aliq̃ appellatõe re. cõmittit̃: ip̃e nõ põt cãm alij ꝯmitterẽ: p̃terq̃ꝫ ĩ vno casu qñ. s. ꝓcurat reꝰ ne iudex d̃legatꝰ possit ĩtereẽ cãe ĩ t̃mĩo assignato

¶ De Expiratione interdicti. C. LXVII.

Iurisdictio delegati finit̃ vel ex cursu tp̃is qñ. s. cã cõmittit̃ ei cognoscenda ĩfra certũ tp̃s. Vel ĩterpositõe appellatiõis: qñ. s. appellatio fuerit recepta ꝑ iudicẽꝫ appellatõis ⁊ cã alij cõmissa. Vel renũciatione siue reuocatione delegantis: qñ. s. alij delegat. Vel ẽt recusatiõe. Vl̃ morte mãdatoris ĩteruenĩẽte re integra existente. Vel morte mãdatorij. s. vbi delegata fuit ei causa ꝓprio noĩe expresso. Finit̃ quoqꝫ sentẽtia lata ⁊ executioni mãdata. Finit̃ etiã per reuocationẽ delegantiũ. Extra. j. vbi supra. Alexãder. iij. Guilelmo cardinali electo. De causis que infra certũ terminũ decidende tibi cõmittunt̃. hoc tuã volumus cognitionẽ tenere: ꝙ nisi dies p̃fixus de cõmuni ꝯsensu partiũ ꝓroget̃: eo trãsacto mandatũ expirat. Luciꝰ. iij. cantuarieñ: archiep̃o ⁊ suis suffraganeis. Si lis fuerit ante p̃decessoris nostri obitũ ꝯtestata: mandatũ in morte mandatoris nullatenus expirauit. si võ ante litis ꝯtesta. decesserit: nõ est a iudicibus quos delegauerat ex delegatiõe hmõi ꝓcedẽdũ.

Urbanus. iij. Cõsuluit nos deuotio vestra an añ obitũ delegantis ꝓposito citationis edicto. lite võ post mortẽ ꝯtestata nihilominus debeat in causa ꝓcedere delegatꝰ. R̃ndemus ꝙ cũ citatiõe facta negociũ sit quasi ceptũ: ⁊ maxime si delegatꝰ nõ sit certꝰ de obitu delegantis: põt ⁊ dꝫ in causa ꝓcedi. Inno. iij. toletañ. archiep̃o. Distinguendũ est vtrũ iurisditio duret post terminũ ꝑemptoriũ: an expiret in illo. si duret in diem alterꝫ equitate suadente poteris expectare: nec erit pars ꝯtumax ꝑemptorio elapso citãda: nisi grãm ei fecerit benignitas iudicãtis. Si aũt expiret nisi ꝑtes cũ id nouerint se tibi p̃sentauerint: illa hora qua cõgrue possis ꝓcedere ad exequẽdum id ꝓpter qð eis legitime terminũ ꝑemptoriũ assignasti. ex tũc exequi poteris qð intendis: ne frustra iudicialis ĩstãtia euanescat. Ne võ iudiciũ ecclesiasticũ exerceat̃ in tenebris: q꞉ iuxta testimoniũ veritatis qui male agit lucẽ odit. Licet sm̃ consuetudinẽ ⁊ constitutiões ⁊ legitimas more romano dies a medietate noctis p̃cedentis incipiat: ⁊ in medio noctis desinat subsequẽtis. Unde qð in duabꝰ dimidiatis noctibꝰ agit̃. ꝓinde sanxit habendũ legalis auctoritas ac si qualibet parte lucis agat̃. Nos tñ eam ꝓcedẽdi horã congruã intelligimꝰ. ex qua possis ante noctis tenebras perficẽ qð incumbit. Porro discretꝰ iudex in assiguatione ꝑemptoria nõ dꝫ iurisditionẽ suã nisi necessitas exigat adeo coartare. Idem. Si vero delegatus a nobis excõmunicet illuꝫ qui rei iudicate parere ꝯtẽnit licet aliq̃bus videat̃ ꝙ suo sit functꝰ officio. vt vlterius nõ habeat ex delegata sibi iurisditione ꝓcessum: statuimꝰ vt delegatꝰ a nobis nõ solũ vsqꝫ ad quadrimestre tp̃s qð ad soluẽdũ debitũ a lege reo ꝯcedit̃: sꝫ vsqꝫ ad integrũ annũ iurisditionẽ cõmissam sibi ad exequendũ sententiã valeat exercere: sicut obseruat̃ in illo qui ante li. ꝯtest. cõtumax inuenitur.

¶ De Subdelegatis. .C. LXVIII.

Idem. Cum delegatꝰ a nobis iurisdictionẽ suã in aliũ trãsfert totã. si fuerit appellandũ nõ ad eũ: sed ad nos appellari debebit. Idẽ. Cũ delegato a p̃ncipe iurisdictõ dãdi iudicẽ sit a lege ꝯcessa: dũmodo ip̃se exonerare seip̃m malitiose non q̃rat: põt cõpellere renitentẽ: eoqꝫ iurisdictõ illa nulliꝰ videret̃ momẽti. si coertionẽ aliquã nõ haberet: dꝫ tñ delegatus solicite ꝓuidere: vt si ꝑsonis supiorībꝰ exigẽte necessitate negociũ duxerit delegandũ in coertionibꝰ inferẽdis dignitati deferat ⁊ ꝑsone. Itẽ cũ totũ negociũ alij possit cõmittere citationis officiũ põt cuilibet discretiõe vel rõne p̃uia demãdare ac punire merito ꝯtẽptorẽ. Idẽ. Uno delegatorꝫ vl̃ arbitrorꝫ (sicut ꝓponis) rebus humanis exempto: eorꝫ officiũ expirauit: nisi aliud in delegatiõe vel cõpromisso fuisset expressum. Is aũt cui iniũgit̃ vt ꝑsonaliter negociũ exequat̃: põt (dũmõ ꝑtes ꝯsẽtiãt) h̃ alijs delegare: p̃terq̃ꝫ si inquisitionẽ fieri vel ecclesijs de p̃latis ⁊ alijs ministris ꝓuideri mãdauerimꝰ: cũ in his casibꝰ finẽ ⁊ industriã ꝑsone cui talia cõmittimꝰ eligere videamur. Ceterꝫ salua legatorꝫ ap. se. auctoritate. Nulli cui cõmissum est p̃dicare crucẽ. excõmunicare: absoluere aliquos dispẽsare cũ irregularibꝰ: vel iniũgere p̃nias. liceat hoc de cetero alijs demãdare: q꞉ nõ sibi iurisdictio. sꝫ certũ ministeriũ cõmittit̃ potius in hac ꝑte. Ex sũma iuris. In sũma vero nota ꝙ delegatꝰ a p̃ncipe differt a ceteris: q꞉ sñiam suã ip̃se per se exequitur delegatus ab alijs nequaquam: immo sententiam eius exequitur ordinarius. Item delegatus a principe potest alijs causam subdelegare: ⁊ renitẽtes compellere: delegatꝰ ab alio minime. Item quãdo delegatus a principe causaꝫ delegat ⁊ aliquid sibi de iurisdictione reseruat: ad ip̃m appellat̃: alioquin ad papã. In ceteris aũt nõ sic est. imo semꝑ ad delegantẽ appellat̃: nisi forte causarum vniuersitas delegaret̃. tũc enim a delegato ad illũ appellat̃ ad quẽ a delegante appellaret̃: ⁊ tũc delegatꝰ ⁊ iudicẽ posset dare: licet non esset delegatꝰ a p̃ncipe. Itẽ delegatꝰ a principe citãt cum solẽnitate ⁊ añ litẽ: ceteri võ nõ sic. Põt etiã cuicũqꝫ voluerit officiũ citatõis demãdare ⁊ ꝯtumaces punire. Itẽ delegatꝰ a p̃ncipe mittit in possessionem (ex secundo decreto) causa rei seruande: ceteri vero non.

possunt: quia hoc ẽ magis imperij q̃ iurisdictionis: ⁊ ea que sunt imperij non delegantur. Item potest alijs sententiam exequendã demandare ⁊ renitẽtem compellere: quod non ceteri.

¶ De Assessoribus. .C. LXIX.

Ex summa Azonis. Assessor dicitur q̃ ab eo cui data est iudicãdi potestas rogatur: vt in cognitione cãe sibi assideat: vt eũ debito sine cãm decidere instruat. Nõ aũt metu terribili vel necessitate icõgrua libertati ad hoc debet assessor cõpelli. Ex dige. lib. j. de officio assess. Paulus lib. singulari. Oẽ officium assessoris quo viri studiosi ptibus suis fungunt̃ in his fere cãis constat. i cognitionibus: libellis: edictis: decretis. epistolis. Martianus lib. j. de iudicijs publicis. Liberti assidere possunt. Infames autẽ licet non pħibeãtur legibus assidere. attamẽ arbitror vt aliquo quoq̃ decreto principali referet̃ constitutũ nõ posse officio assessoris fungi. Paulus lib. j. sentẽtiarũ. Consiliarijs eo tpe quo assidẽt negocia tractare in suũ quidẽ auditoriũ nullo mõ ↄcessuz est: in alienuz aũt nõ pħibentur. Põponius lib. j. responsorũ. In cõsiliũ curatoris reipublice vir eiusdẽ ciuitatis assidere nõ pħibet̃: quia publico salario non fruitur.

¶ De Aduocatis vel patronis. C. LXX.

Ex summa iuris. Aduocatus siue patron⁹ ipe ẽ q̃ postulat patrociniũ videlicet prestans ei q̃ litigat. Est aũt postulare desideriũ suũ vel amici sui apud eũ qui iurisdictiõni preest exponere vel agẽdo vel rñdendo. Ex digest. iij. lib. de postu. l. j. §. ait p̃tor si non hẽbũt aduocatũ ego dabo. Qꝫ aũt femie pħibent̃ pro alijs postulare ideo est: ne cõtra pudicitiã sexui cõgruẽtẽ alienis causis se immisceant: nec virilibus officijs fungant̃ mulieres. Origo võ introducta est a caphamia iprobissima femia: que inuerecunde postulans ⁊ magistratũ inq̃etãs cãm dedit edicto. Regula iuris. Neq̃ iterdicto neq̃ in ceteris causis pupillo nocere oportet dolũ tutoris siue soluẽdo est siue nõ est. Culpa est imiscere rei ad se nõ pertinẽti. Nemo qui cõdẽnare nõ põt: absoluere põt. Helinandus vbi supra. Ut aũt dicitur in libro codicũ secundo. pcliuiora sunt iura ad defendẽdũ q̃ ad ipugnãdũ. faciliusq̃ exceptionẽ q̃ actionẽ trahũt. Uñ cũ nõ omnes ad accusationẽ admittant̃: ad defensionem admittunt̃ oẽs: neq̃ aliquis absens damnãdus est. p̃tor tñ a postulãdo prorsus remouet minorẽ. xvij. annis. ⁊ surdũ qui prorsus nõ audit. Quibusdã personis postulare p se tñ pmittit vt ceco ⁊ mulieri ⁊ q̃ passi sunt muliebria sui corpis. Quibusdã pro se ⁊ pro certis psonis vt ifamibus. Postulare aũt est p tribunali petere siue intendas siue agẽtẽ repellas. Ipsos quoq̃ aduocatos iudex pari distributione ptibus exeq̃bit siue eos petierit siue nõ: vt equo marte possit cã pcedere: hec aũt paritas ⁊ in virtutis merito ⁊ viuacitate igenij: cõsilij: psunditate: ⁊ opinione sciẽtie: ⁊ nois auctoritate cõsistit vt hec oia (si fieri põt) apud partes quadã equitatis lance librentur. Qꝫ si vnius pre ceteris est fama clarior ex officio iudicantis (prout poterit) pti aduersarie cõpẽsabitur. Qui tñ alicuius litigatorum arcana pnouit: nõ patrocinabit̃ aduersario: nisi forte circa conuiuentiã iudicis separatĩ cũ pluribus alter tractauerit: vt alteri par defensionis copia subtrahat̃: nec est qui a iudice pmonitus sine excusatione pbabili possit cuicũq̃ parti patrociniũ denegare: nisi forũ sibi pcludi velit ipperuũ. vt postmodũ in causis agẽdis minie audiatit̃. Rationib⁹ aũt pbris cõtendendũ est ⁊ ex edicto principis patur opinionis dispẽdiũ quisq̃s negocio procax in aduersarij ↄtũeliã aut palã pergit aut subdole. Si patronũ vinci cõtigerit. in nullo ledit̃ fama eius: si nihilominus sit ex contingentibus ⁊ clientis sui iusticiã fideliter fouerit: nõ. n. cogitur patrocinari mẽdacio. Ex decretis cã. iij. q. vij. §. Tria. Preterea nõ licet aduocato vllũ ↄctũ inire: vllã pactionẽ ↄferre cũ eo litigatore quẽ in ppriã recepit fidem: nec ex industria iurgiũ ptrahere. Si q̃s aũt ex litigatorib⁹ detect⁹ fuerit sepatĩ tractasse cũ plib⁹ ⁊ aduersario suo subtraxisse paris defensiõis copiã ostdit pculdubio iniquã se litẽ fouere: ⁊ auctoritatẽ iudiciariã a se elusaz expiet̃. Cã. xv. q. ij. Pro ipẽsis võ patrocinij s ĩ tarraconẽsi cõcilio clerici munera exigere pħibẽtur: hoc autẽ de illis ĩtelligẽdũ est qui canonicã vitã pfessi regularit̃ se victuros pposuerũt: gnãli nãq̃ ecclesie ↄsuetudine receptũ est ⁊ morib⁹ approbatũ vt clerici more aduocatoꝝ patrocinia ipẽdãt: ⁊ pro ipẽdẽdis munera exigãt. ⁊ pro impensis suscipiant.

¶ Qui pro quibus aduocare possunt. C. LXXI.

Ex sũma iuris. Postulare põt qui nõ prohibet̃ hoc. n. edictũ pħibitoriũ est sicut illud de procuratoribus ⁊ testib⁹. Itẽ postulare pħibent̃ qui versibus his notantur. Non cuiq̃ datur vt postulet immo vetat̃. Addict⁹ pene: surus: puer: actor arene. Lũinib⁹ cassus: mulier muliebria pass⁹. Addict⁹ pene dr̃ ↄdẽnat⁹ d̃ publico crimie. Actor arene q̃ locauit opas suas. vt cũ bestijs depugnaret in arena tal̃. n. ĩfamis ẽ. Sꝫ ⁊ lũnib⁹ cassus. i. cec⁹ aduocare pħibit⁹ est. ppter quẽdam publiũ cecũ: qui volẽs aduocare cũ esset post tergũ p̃toris: credens se esse ante illũ aduocare cepit auersa sella. Monachi quoq̃ vel canonici regulares postulare nõ possunt. Clerici siue in maioribus siue in minorib⁹ ordinibus cõstituti si habẽt ecclesiastica beneficia sufficientia. nõ pñt apud secularẽ iudicẽ aduocare nisi suã prosequant̃ causam: vel ecclesie sue: vel miserabiliũ psonaꝝ: vel nisi alicui ecclesie pro alicui⁹ munificentie debito ad impendendũ patrocinium fuerint obligati. Si võ nõ habẽt beneficia vel nõ sufficientia in minoribus existentes ordinibus aduocare poterũt: ⁊ habere salaria: qm̃ ⁊ iusta negociatio nõ est clericis pauperib⁹ interdicta. Sed si habeant sufficientẽ titulũ nõ debent agere pro salario. possũt tñ suscipe gratis oblatũ. In criminali causa nullo modo possũt. In maiorib⁹ aũt aduocare non poterũt. qꝛ si nõ habent beneficiũ: possunt agere cõtra episcopũ. Porro in foro ecclesiastico possunt aduocare. etiã si habeant beneficiũ: nisi sint prelati. Cum enim prelatis imponat̃ necessitas habendi aduocatũ in causa ecclesie sue: multo fortius in aliena causa arcent̃ ab aduocatione. Ex decretis causa. iij. q. vij. In. ff. titulo de postulando legit̃: infames esse nõ possũt pcuratores vel patroni causaꝝ. Sunt aũt tres ordines eorũ qui postulare prohibent̃. Est aũt postulare desideriũ suũ vel amici sui in iure apud eum qui iurisdcitioni preest exponere: vl̃ alterius desiderio cõtradicere. Nam vt premisimus quidã pħibent̃ omnino postulare: vel propter etatẽ: vt minores. xvij. annis. vel ppter casum vt surdus qui prorsus non audit. Alij prohibent̃ ne pro alijs postulent: vel ppter sexũ vt femine: vel ppter casum vt vtroq̃ lumine orbati: vel ppter notã infamie turpitudinis: vt hi qui corpore suo muliebria passi sunt. nisi forte vi predonũ vel hostiũ stuprati probent̃. Similiter qui capitali crimine vel calumnia publici iudicij sunt damnati: vel qui opas suas locauerũt vt cum bestijs depugnarent in arena: pro alijs postulare prohibent̃. His psonis pro se allegare pmittitur pro: alijs postulare pħibent̃. nisi forte tutelã impuberũ: vel curã adolescentiũ non affectatã: sed necessariã administrent. p his enim quoꝝ curã gerunt eis postulare concedit̃: alij enĩ omnes qui vt infames notant̃: nisi pro se ⁊ certis psonis postulare non possũt nisi in integrũ restitutionẽ acceperint. Permittit̃ autẽ eis postulare pro parente pro patrono pro patrona: liberis ⁊ parẽtibus patroni vel patrone: pro liberis etiã suis: fratre: sorore: socero: genero nuru vitrico: nouerca: priuigno: priuigna: pupillo: pupilla: furioso. furiosa: fatuo fatua: surdo ⁊ pdigo adolescente. Itẽ pro his quib⁹ propter infirmitatẽ curatores dari solent. ⁊ qui negocijs suis aliquo ppetuo morbo supesse non possunt. Oẽs aũt qui nõ sponte sed necessario fungunt̃ officio: sine offensa postulare possunt: etiã si hi sint quibus non nisi pro se postulare pmittit̃. Extra. j. de postulãdo Greg. ix. Cum sacerdotis sit nulli nocere. oibus aũt velle pdesse: nõ nisi pro seipso vel ecclesia sua: vel si necessitas immineat: pro personis ↄiunctis sibi aut miserabilibus est licitũ postulare: ⁊ infra. Clericus aũt qui contra ecclesiã a qua beneficiũ obtinet pro extraneis aduocatus vel pcurator esse presumit: tanq̃ ingratus põt maxime si clericus sit eiusdem ecclesie beneficio huiusmodi spoliari.

¶ De Procuratoribus. .C. LXXII.

Ex summa iuris. Dicto de aduocatis qui patrociniũ litigantibus prebẽt: dicẽdum est de pcuratorib⁹ qui vicẽ litigantiũ supplent. Est enim pcurator qui negociũ alienũ mãdato generali vel speciali suscipit ministrandũ. Mandatũ enĩ exigit̃. Sũt tñ quedã psone que sine mãdato admittũt̃ sicut in digestis legit̃. Differt aũt ab aduocato: qm̃ aduocat⁹ in omni cã taz criminali q̃ ciuili admittit̃. pcurator aũt in causis crimialib⁹ nõ recipit̃. Itẽ pcurator post litẽ ↄte. efficit̃ dñs litis: aduocat⁹ aũt nunq̃. Itẽ si aduocat⁹ dolose egit in cã alicui⁹: statim ei⁹ dolo pbato restituit̃ dñs ad totã causã si voluerit. Procurator aũt si p̃uaricat⁹ fuerit in causa nunq̃ restituit̃. Procuratorẽ dare põt quicũq̃ lege nõ pħibet̃: pcurator etiã post litẽ ↄte. põt dare pcuratorẽ. Põt aũt dari pcurator qui psonã hꝫ standĩ in iudicio. nõ enĩ dari posset excõicat⁹. Ex his aũt qui stare pñt in iudicio miles ⁊ mulier excipiunt̃. Itẽ nõ põt dari monachus vel clericus a priuato: qꝛ nõ se debẽt secularib⁹ negocijs imiscere. Et sciendũ q̃ si de mãdato ↄstet. nõ est ab eo exigẽda cautio. Si võ dubitet̃ de mãdato: exigit̃ a pcuratore q̃dẽ actoris cautio de rato. s. vt caueat dñm rẽ ratã habituꝝ a pcuratore. Nec rei exigit̃

cautio de indicato. Porro si dubitet̄ p̄curatorē actoris hr̄e mandatū in ptāte ei⁹ est vt: mādatū p̄bet. vel de rato caueat: qz cum qs tenet̄ ad duo subalternatione ei⁹ est electio qd̄ illoꝝ velit facē. Si vō cōstet eū nō habere mādatū: ab agēdo repellit̄. nisi talis p̄sona sit que sine mādato possit admitti: vt sunt cōiuncte p̄sone ꝯsanguinei vel affines: cauere tn̄ debēt ēt tales de rato. Cōtradicente vero me: nec ēt ꝯiuncte persone pn̄t agere: nisi i cā liberali: vtputa si moueatur mihi questio sup statu meo ⁊ nō defendā me: poterit persona mihi coniuncta me ēt contradicēte se interponere. Itē si ꝯdēnetur quis in questione criminali: pōt aliquis etiā ip̄o contradicēte pro eo appellare. In criminalibus causis (vt dictū est) p̄curator nō datur: ⁊ hoc nisi in crimīe iniuriarū quādo agit illustris persona. Itē nisi in crimine ingratitudinis p̄ quo patron⁹ pōt agere p̄ procuratorē ad reuocandū libertū in seruitutē ⁊ ille se defēdē pōt p̄ p̄curatorē. Itē nisi in cā criminali in q̄ ciuiliter agit. Itē nisi contra tutorē agatur de suspecto: tūc.n. p̄curator cōstitui pōt. Itē in popularibus actionib⁹ nō datur p̄curator. Et idē videt̄ in cā denunciationis: cū illa sit popularis. Secus est in īquisitione. Nā ibi per p̄curatorē agit̄. Procuratoris officiū est vsqz in finē exequi mandatū: nisi tēpestiue renunciauerit. Mādatū.n. ab initio pōt respui sed ceptū debet cōsumari. vn̄ versus. Sp̄net̄ mādatū licet at finire necesse ē. Et hoc nisi his q̄ mādauerat reuocet re ītegra existē. Potest quilibet.n. ante lit. ꝯte. mādatū p̄curatoriū reuocare: post litē cōtest. pōt cā cognita nō aliter: puta si religiosus efficiat̄ vel inimicus vel suspectus vel affinis aduersarij. Effectus vō p̄curatōis est. vt ratū sit qd̄ cū p̄curatore gestū est. ac si cū dn̄o gestū esset.

Iterum de eodem. C LXXIII.

Iustianus. vbi supra. iiij. lib. Oīs hō agere pōt aut suo noīe aut alieno veluti tutorio p̄curatorio: curatorio: nā ⁊ morbus ⁊ etas ⁊ necessaria p̄egrinatio. itemqz alie multe cāe sepe hoīb9 impedimēto sūt: quo min⁹ rē suā ipsi exeq̄ possint. procurator neqz certis v̄bis neqz p̄n̄te aduersario īmo plerūqz eo ignorāte cōstituit̄. Cuicūqz.n. p̄miseris rē tuā agere aut defendere is tuus p̄curator ītelligitur. Nemoqz defensor in aliena re sine satisdatione idoneus eē credit̄. Ex digest. lib. iij. Pretor ait p̄curatorē ad litē suscipiēdā datū p̄ quo cōsentiēte dn̄s indicatū solui exposuit iudiciū accip̄e cogā: verū ex cā nō debet cōpelli vtpote si inimicitie capitales interuenerit inter ip̄m p̄curatorē ⁊ dn̄m scribit iulianus ōbere in p̄curatorē denegari actionē. Itē si dignitas accesserit p̄curatori: vel reipublice cā absuturus sit. Julianus ait eū q̄ dedit diuersis t̄pibus p̄curatores duos posteriorē dādo priorē p̄hibuisse videri. Ait pretor. Cuius noīe quis actionē sibi dari postulauit. is eū viri boni arbitratu defendat. ⁊ eū quo noīe agit id ratū habēt ad quē res p̄tinet boni viri arbitratu satisdare. Equū pretori visum ē: eū q̄ alicui⁹ noīe p̄curator existit̄: eūdē ēt defensionē suscipere. Regula. Cū iudicat̄ rē meā esse iudicatur aduersarij nō esse. Regula. Nemo aliene litis idoneus defensor sine satisdatōe intelligit̄. Regula. Ignorātis domini cōditio deterior p̄ p̄curatorē fieri nō debet: vt ait Paulus. l. liiij. ad eō. Ex. ff. li. iij. de negoc. gest. Cai⁹ lib. iij. ad eō. p̄uinc. Si qs absentis negocia gesserit licet ignorātis: tn̄ q̄cq̄d vtilit̄ in rem eius īpenderit. vel etiā ip̄e se in rē absentis alicui obligauerit. hz eo noīe actionē. Extra. j. De p̄curatorib⁹ Alex. iij. c. querelā. Infirmitate detētus nō pōt qs cogi nisi velit in grauibus causis p̄curatorē cōstituere. Inno. iij. c. in nr̄a. Falsi p̄curatores exceptio nō solū an̄ sn̄iam veruētiā pōt obici. vtpote q̄ p̄bata iudiciū nullū ⁊ nullius momēti ꝯtrouersie reputēt̄. Idē. c. tue frater. Si vir accuset vxorē de crimīe adulterij corā iudice seculari ad penam legitimā īfligēdā: qz tūc inscriptōis vinculū debet habere siue accipere. seqz ad penam talionis astringere: nō p̄ p̄curatorē sed p̄ seip̄z p̄sentē oportet p̄sentialiter accusare. Si vō corā ecclesiastico iudice vt ab eius cohabitatione discedat: qz tūc ⁊ si forsan oporteat eū inscribere: designet in scriptis nomē locū ⁊ tēpus: ⁊ oia q̄ cōprehendunt̄ in lege ciuili ad talionē: tn̄ nō debet se obligare: ne forte cū in p̄batione defecerit: intētionis sue ꝯsequāt̄ effectū. Sustieri vō potest (si necessitas expostulauerit) vt p̄ p̄curatorem accuset qm̄ hmōi accusatio ⁊ si de crimine fiat nō ē tn̄ criminalis. sed q̄si mixta inter ciuilē ⁊ criminalē. q̄uis in p̄sentia p̄cipaliū p̄sonaꝝ securi⁹ p̄cedat̄.

De arbitris. C. LXXIIII.

Ex summa iuris. Quoniā p̄dictarū personaꝝ litigia per sentētiā arbitri terminātur. Hic quoqz de arbitris inserendū vr̄. Arbiter enim dr̄ in quē ab vtraqz p̄te litigantiū sup pecuniaria questione cōpromittitur. vt inquisita veritate sn̄ia stabilis ac firma p̄feraf̄. Itē arbit̄ ē iudex p̄ electionē litigātiū a p̄ncipe vl̄ ab alio delegat⁹. Itē arbit̄ ē iudex q̄ necītate a litigātib⁹ elect⁹ ē loco iudicis d̄cliati p̄p cāz suspicōis: ab istj lz appellar̄. Est itē arbit̄. i. arbitrator ī quē sine pena cōpromittit̄: ⁊ ab isto nō ap. qz nulla ē ei⁹ sn̄ia: nec vlla ex ea actio dat̄. Est etiā arbit̄ cōpromissari⁹: in quem sub pena cōpromittit̄: ab isto quoqz nō appellat̄: qz citra. x. dies lz a sn̄ia lata recedē citra oēm appellationē: ita q̄ pena cōmittat̄: nisi sn̄ia fuerit corroborata p̄ subscriptionē litigantiū siue per aliū ꝯsensū: sz post hmōi ꝯsensum: nullas vices sortit̄ appellatio. Itē post decēniū nulla est appellatio: qz p̄ silentiū litigantiū vr̄ arbitriū esse p̄batū ⁊ ī rē iudicatā quodāmō v̄sa. Ex p̄missis patz q̄ arbit̄ nō dr̄ p̄prie iudex qz priuatoꝝ ꝯsensus nō facit iudicē eū qui nullā hz iuritdictionē. Arbiter esse pōt qui nō p̄hibet̄: puta liber hō p̄rfamilias filiusfamil̄. Prohibet̄ aūt mulier. ⁊ q̄libet iunior. xx. annis. p̄hibet̄ etiam iudex ordinarius: seruus furiosus surdus: ⁊ mut⁹. nō tn̄ libert⁹ vel infamis. Notandū vō q̄ ex quo aliq̄s arbitriū in se suscepit: cōpellit̄ ab ordiario loci p̄nūciare sm̄ formā cōpromissi. nisi īteruenirēt inimicitie inter litigatores ⁊ arbitrū: vel occupatio rex: vel necessaria p̄fectio: vt mun⁹ aliqd̄ exigat arbitrū. Q̄z si arbiter inimic⁹ fiat. ⁊ lz p̄hibit⁹ arbitret̄: obstabit exceptio doli si pena patiet̄ ab illo q̄ nō paruit arbitrio: apud arbitrū quoqz nō hz locū recōuentio. Itē nota q̄ si pares sunt arbitri diuersasqz ferāt sentētias neutra sn̄ia valet. Idqz statutū est vt arbitri in impari nūero eligant̄. Si vō iudices delegati sunt ⁊ pares: ac discordēt in sentētijs: tūc ꝯfirmabit superior quā voluerit. Si aūt ordinarij sint ⁊ pares valebit sn̄ia lata pro reo: ⁊ hoc nisi in casibus. s. in libertate in matrimonio ⁊ dote in ambiguis: in testamento. Si vero sint impares valebit sentētia lata a pluribus.

Iterum de eodem. .C. LXXV.

Extra. j. de arbitris. c. sane. Si ex cōi p̄lacito ep̄oꝝ inter quos causa versat̄. arbitros elegerint: aut vn⁹ eligat̄ aut tres Et si tres elegerit aut oīū seq̄nt̄ sn̄iam aut duoꝝ. Inno. iij. Dilecti filij abbas ⁊ ꝯuentus de straden̄. cisterc̄. or. sua nobis. q̄rela monstrauit: q̄ cū int̄ eos ex vna p̄te ⁊ hospitalarios ex altero sup vsuario cuiusdā nemoris q̄stio verteret̄: in reginā francoꝝ fuit cōpromissum vtriqz que cause meritis intellectis: arbitriū duxit per diffinitiuā sn̄iam p̄mulgādum: ⁊ infra: q̄uis aūt sm̄ regulā iuris ciuilis femine a publicis officijs sint remote. ⁊ alibi dicat̄ q̄ lz summe opiniōis existāt si arbitriū susceperit: vl̄ si p̄rone int̄ libertos suos ītposuerit audiētiā: ab oī sint iudiciali examīe vl̄ ordīe separāde: vt ex eaꝝ p̄latōe nl̄la pena aduers⁹ eaꝝ ꝯtēptores: nullaqz pacti excepti hēat̄ qz tn̄ iux̄ ꝯsuetudinē approbatā (q̄ pro lege seruat̄ ī p̄tib⁹ gallicanis) femie p̄cellētes in subiectos suos ordinariā iuridictionē hr̄e noscant̄. M. quia hospitalarios vt arbitriū ip̄m p̄serti cū ep̄oꝝ p̄n̄tia ⁊ consilio fuerit roboratū sicut p̄inde latū est: ⁊ ab vtraqz p̄te sponte receptū obseruent: p̄ penā in cōpromisso statutā ap. post cōpellatis. Ex decretis. Cā. iij. q. vij. c. īfamis. §. cognitores. Nihil refert eū qui arbitriū suscipit an sit ītegre fame an ignominiosus. Fili⁹ etiā in re p̄ris arbiter esse pōt. nā ⁊ iudicē eū esse posse plerisqz placet: si qs vō iudex sit arbitriū accip̄e eiusdē rei de qua iudex est: ⁊ in se cōpromitti iubere p̄hibet̄: ⁊ si sn̄iam dixerit non est dāda pene p̄secutio. Seru⁹ arbiter esse non valet. Libertinus potest.

De Delegato ⁊ ei⁹ officio. .C. LXXVI.

Ex summa iuris. Officiū legati sile est officio delegati: q̄uis lati⁹ sit. Legat⁹ eni dr̄ cui aliq̄ patria vel p̄uincia regēda cōmittit̄: vt ei⁹ vice fungat̄ a quo destinat̄: vn̄ offm̄ ei⁹ est ea explicare vl̄ expedire que faceret ille qui eū legauit: exceptis his que sp̄āli p̄uilegio ro. ec. reseruant̄: vt est ep̄oꝝ depositio vel eoꝝ trāslatio ⁊ silia. Hec eni legatis nō cōpetūt: nisi sp̄ālr eis cōmittant̄: p̄ter absolutionē excōicatoꝝ pro violēta iniectōe manuū in clericū. Hoc eni cōpetit eis. licet pape sp̄ālr reseruet̄. Itē pōt de causis illoꝝ q̄ p̄tinēt ad ei⁹ iurisdictionē coḡscē ⁊ diffinire: siue deuoluant̄ ad eū p̄ appellationē siue p̄ q̄relā: nisi appellet̄ ad papā: ⁊ tūc etiā appellatōis cām audire posset. vt cām īstructā ad papā remitteret. nō q̄ appellatiōi facte ad papā derogaret. pōt etiā eccl̄ias vacātes ꝯferre p̄curatiōes vbicūqz venerit exigē. Et si cōmittāt̄ ei due p̄uicie: pōt in vna existēs in aliā iurisdictionē exercere. Neqz vō pōt ep̄m deponere: nec ep̄atū dare vel diuidē nec de cā delegato ꝯmissa cognoscē. Iurisdictio legati durat q̄diu placet mittēti: finit̄ aūt elapso t̄mio si ad t̄minū est data legatio: vl̄ secuta reuocatiōe vl̄ morte alteri⁹ īteruenīēte siue cepta sit legatio siue nō cepta. si fuit p̄sonal̄. Itē ex̄. j. de of. legati. c. studuisti. Cū mādatū sp̄āle deroget gn̄āli. legat⁹ cōmissionē factā alij sp̄ālr īpedire nō pōt. ⁊ si sm̄ formā mādati nr̄i sn̄ia fuerit p̄

mulgata.nō poſſat ipſe delegat⁹ niſi ſup h̄ mādatū ſpāle accepit eaʒ
quōlibet irritare:ipaʒ tñ ſi rōnabilr lata fuerit:cōfirmare valebit ⁊
executiōi mādare. Inno.iij.Excōicatis pro iniectiōe manuū vio
lēta eccleſie ro.legati q̄ de ipſi⁹ latere nō mittūtur extra ꝓuinciā ſi
bi cōmiſſam:vel ibidē ſi hmōi manuū iniectores illud cōtingat ali
unde accedere:⁊ qui eccleſiaꝝ ſuaꝝ ꝑtextu legatiōis ſibi vēdicāt di
gnitatē etiā ſubditis(q̄uis in ꝓuincia ſua exiſtes)bñficiū abſoluti
onis ipartiri ñ pñt:niſi ō ſpāli mādato illis ⁊ iſtis āpli⁹ a ſe.ap.ↄce
daſ. Idē.Nemini dubiū eē volumus q̄n legatoꝝ ap.ſe.ſtatuta
edita in prouincia ſibi cōmiſſa durent tanq̄ ꝑpetua:ʒ eadē ſint po
ſtea egreſſi:ſecus aūt ſi cās duxerint aliquib⁹ delegādas:cū iuriſdi
ctio iſtoꝝ expiret.ſi ante illoꝝ diſceſſum hoꝝ citatio nō ꝑceſſit.

¶De Perſonis priuatis. C. .LXXVII.

Ex ſūma iuris. Perſone priuate ſunt (vt large
dicā)que nō ſunt in dignitate aliqua
cōſtitute. Ad has aūt iura ꝑtinēt reſpectu ſui. Et harūʒ
multiplex eſt diuiſio:qꝛ q̄dā ſunt liberi q̄daʒ ſerui. Itē
quidā ingenui:quidā libertini. Itē q̄dā ſui iuris quidam alieni iu
ris ſunt. Quidā ſūt in poteſtate dominoꝝ vt ſerui q̄ q̄cquid acq̄rūt
dñis acquirūt. Quidā v̄o i ꝑtāte pr̄is:vt filij ex iuſtis nuptijs ꝓcre
ati. Iteʒ nepotes ne filij.ſ.filioꝝ ⁊ ceteri dſcēdēdo filij ⁊ ñ filie ſi i
poteſtate pr̄is exiſtāt. Et nota ꝙ mr̄imōiū ē viri ac mlieris ↄiūctio
idiuiduā vite ↄſuetudinē retinēs ſubaudi ꝓpoſito ⁊ ſi nō fcō. Iteʒ
in ꝑtāte nr̄a ſunt illi quos in filios adoptāus:vt dūtaxat ſi tp̄e ado
ptationis ſui iuris ſunt. Qui ſui iuris ſūt:alij ſūt in tutela:alij i cu
ra.alij neutro iur̄ tenēt̄. Et ē tutela ius ac ꝑtās i capite libero ad tu
endū eū q̄ ꝑꝑ etatē ſe defendere nequit:iure ciuili data ac ꝑmiſſa.
Iſido.ety.lib.ix. Priuati dicuntur qui ſunt ab officijs curie ſiue
ab officijs publicis extranei. Et ideo ſic appellati:ē.n.nomē magi
ſtratū hñti cōtrarium. Et regula iuris. Femine ab oībus officijs
ciuilibus vel publicis remote ſunt:⁊ iō nec iudices eē poſſunt:nec
magiſtratū gerere nec poſtulare:nec ꝓ alio interuenire:nec procura
tores exiſtere. Itē ipubes oīb⁹ officijs ciuilibus dʒ abſtinere. Fu
rioſus nullū negociū ↄtrē pōt. Pupill⁹ oīa tutore actore ager̄ pōt.

¶De Seruis ⁊ ancillis. C. LXXVIII.

Iſidorus. vbi ſupra. Serui dicti ſunt a ſer
uando ⁊c̄. Requir̄ ſupra.c.ō mer
cēnarijs ⁊c̄. Iuſtinian⁹ vbi ſupra lib.j. Oēs hoīes aut
liberi ſūt aut ſerui. Libertas ē nālis facultas eius qō cui
ꝙ facere libet niſi ꝙ aut vi aut iure ꝓhibet̄. Seruit⁹ ē cōſtitutio iu
ris gētiū q̄ q̄s dño alieno ↄ nāʒ ſubicit̄. Serui aūt ex eo appellati ſūt
ꝙ ipatores captiuos vendē iubēt:ac ꝑ h̄ ſeruar̄ nec occidē ſolēt:q̄ ēt
mācipia dci ſūt:ꝙ ab hoſtib⁹ māu capiāt̄:ſerui aūt aut naſcūt̄ aut ſi
ūt:naſcūt̄ ex ancillis nr̄is. Fiūt aut iur̄ gētiū.i.ex captiuitate:aut
iur̄ ciuili cū hō liber maior.xx.ānis ad ꝑciū ꝑticipādū ſeſe venūda
ri paſſus ē. In ſeruoꝝ cōditione nulla dr̄a ē. Dñi i ſeruos vite neciſq̄
ꝑtātē hñt:⁊ q̄cq̄d ꝑ ſeruū acq̄rit̄:dño acq̄rit̄. Nullis ide hoīb⁹ q̄ ſub
ipio nr̄o ſūt liceat ſiñ cā legib⁹ cognita ſupra modū i ſeruoſ ſuos ſeui
re. Ex cōſtitutiōe antonij pij. Qui ſine cā ſeruū ſuūʒ occiderit nō min⁹
puniri iubet̄ q̄ ſi alienū ſeruū occiderit. Idē ꝑcepit vt ſi intolerabil̄
videat̄ ſeuitia dñoꝝ cogant̄ ſeruos ſuos bonis ↄditionib⁹ vendere:
vt ꝑciū dño daret̄.⁊ rcē.expedit reipu.ne quis re ſua male vtat̄.
Ex.ff.lib.j.de his qui ſui vel ali.iur.ſū.l.ſi dñs. Ulpi.ad ſab. Adri
an⁹ vmbriciā quādā matronā in q̄nquēniū relegauit:ꝙ ex leuiſſi
mis cāis ācillā ſuā atrociſſime tractaſſet. Regula iuris. In ꝑſonā
ſeruilē nulla cadit obligatio.qō attīet ad ius ciuile ſerui pro nullis hñ
tur:nō tñ ex iure nāli:qꝛ qō ad ius nāle attinet oēs hoīes eq̄les ſūt
Cū ſeruis nulla eſt actio. Itē qui in ſeruitute ē vſucape nō pōt:cū.n.
poſſideat̄ poſſidere nō videt̄. Itē melior conditio nr̄a ꝑ ſeruos fieri
poteſt:deterior fieri nō pōt. Itē ſeruitutē fere mortalitati ↄparamus
itaq̄ libertas oīb⁹ reb⁹ fauorabilior ē ⁊ eſtimari non pōt.

¶De Ingenuis. C. .LXXIX.

Iſidorus vbi ſupra. Ingenui dicti ſunt q̄ in
genere hñt libertatē non in fcō ſic̄
liberti:vnde ⁊ eos greci eugenes vocāt ꝙ ſint boni gene
ris. Iuſti.vbi ſupra li.j. In liberis āt multe dr̄e ſunt:aut
n.ingenui ſunt aut libertini. Ingenu⁹ ē his qui ſtati vt nat⁹ ē liber
eſt ſiue ex duobus igenuis ↄſtāte mr̄imonio edit⁹ eſt:ſiue ex duo
bus libertinis ſiue ex altero libertio ⁊ altero igenuo. Si q̄s ex mr̄e
libera naſcat̄ pr̄e v̄o ſeruo igenu⁹ nihilomin⁹ naſcit̄ queādmodū q̄
ex mr̄e libera ⁊ incerto pr̄e nat⁹ eſt:q̄ñ vulgo ↄcept⁹ eſt:ſufficit āt
liberā fuiſſe matrē eo tp̄e quo naſcit̄.ʒ ancilla cōceperit. Et econtra
rio ſi libera cōceperit:⁊ poſt ancilla fcā pariat:placuit eū q̄ naſcit̄ li
berū naſci:qꝛ nō dʒ calamitas mr̄is ei nocē q̄ i vt̄o ē. Sʒ ſi ancilla ꝑ
gnās māumiſſa ſit ⁊ iteꝝ ācilla fcā pepit:ꝓbaſ marcell⁹ eū q̄ naſci
tur liberꝝ naſci. Sufficit.n.ei q̄ i vt̄o ē liberā matrē vl̄ medio tp̄e ha
buiſſe.

¶De Libertis vel libertinis. .C. LXXX.

Libertini ſunt qui ex iuſta ſeruitute māumiſ
ſi ſunt. Manumiſſio aūt eſt datio
libertatis.nā q̄ꝺiu q̄s in ſeruitute eſt manui ⁊ ꝑtāti ſup
poſit⁹ eſt. Et māumiſſus liberat̄ dñi ꝑtāte. Libertas da
ri nō pōt minori.xviij.ānis:nec liberꝝ pōt facere ſeruū niſi q̄.xvij.ānū
ipleuerit.⁊.xviij.tetigerit. Idē i li.de ſingulis reb⁹ ꝑ fideicō.relic.
Directa libertas tūc dari vr̄:cū nō ab alio ſeruū māumitti rogat:ſʒ
velut ex ſuo teſtō ei cōpetē vult. Uerba aūt fideicōmiſſoꝝ h̄ maxi
me in vſu habent̄:peto.rogo.volo.mādo:fidei tue cōmitto:q̄ ꝑin
de ſingula firma ſunt:ac ſi oīa in vnū ↄgeſta eſſēt. Ex codice theo
doſiano li.vij. Sunt q̄dā ſpēs relictoꝝ q̄ priuilegijs gaudēt:vt liber
tas. Libertas enī oīb⁹ reb⁹ fauorabilior eſt.libertati fauere oīb⁹ per
miſſum eſt.ſi duo ſunt iudices ⁊ diuerſas ſniās dederint pro liber
tate ↄſtitutū obtinet. Si duo petāt hoīem aduerſus diuerſos iudi
ces:vn⁹ pro libertate ſniam dederit:alter cōtra libertatē:cogent̄ cō
ſentire:cum tñ ſi diſſenſerint libertas ↄſeruet̄:ꝑte ꝑciꝭ ꝑſtita victo
ri. Preſcriptio.xx.annoꝝ pro libertate eaten⁹ facit:vt ⁊ ciuē roma
nū faciat:cōtra libertatē aūt nulla tp̄is ꝑſcriptio opponit̄. Iſido
rus vbi ſupra. Libertus aūt vocat⁹ eſt q̄ſi liberat⁹:erat enī prius iu
go ſeruitutis addict⁹. Libertoꝝ aūt filij apud antiquos libertini ap
pellabant̄:q̄ſi de libertis nati. Nūc v̄o libertin⁹ aut a liberto fact⁹
aut poſſeſſus. Manumiſſus dr̄ q̄ſi manu emiſſus.apō veteres enī
quotiēs manumittebāt:alapa ꝑcuſſos circūagebāt ⁊ liberos cōfir
mabāt. Deditij primū a deditione ſunt nūcupati.deditio enī dicit̄
q̄ñ ſe victi aut vincēdi hoſtes victoribus tradūt. Quib⁹ hec origo
nois fuit dū quondā aduerſus ppl̄m ro.ſerui armis ſumptis dimi
caſſent:victi ſe dederūt:cōphēſiq̄ varia turpitudie affecti ſunt. Ex
his q̄dā poſtea a dñis manumiſſi ꝑꝑ ſupplicioꝝ notas q̄s māife
ſte ꝑpeſſi ſunt:ad dignitatē ciuiū romanoꝝ ꝑuenerūt. Liberti aūt
romā ↄditā apō latinos fiebāt:nūq̄ ꝑ teſtm̄:ſʒ ꝑ epl̄am libertateʒ
ſumētes. Iñ qꝛ nec teſtō aliq̄d cape nec ſuos hēdes facē poterāt:ci
ues romani poſtea ſub ↄſulib⁹ ꝑ teſtamēta in vrbe romana effecti
ſunt. His ꝑmū adit⁹ erat in vrbe roma cōmorari:cetis aūt liberti ꝓ
hibebat̄ ne vl̄ in vrbe roma:vl̄ īfra ſeptimū ab vrbe miliariū ↄma
nerent. Ex ſū.iu. In ſūma v̄o nota ꝙ manumiſſio ſit multiplr̄:ali
q̄ñ q̄dē in ſecreto cū dicit dñs ſeruo:liber eſto:aliq̄ñ v̄o corā iudice.
Et ſi fiat ad h̄ vt mānumiſſus ordinet̄.poti⁹ dʒ fieri corā ecclaſtico
iudice q̄ corā ſeculari. Fit ēt in vltīa volūtate.⁊ h̄ vl̄ directe puta
cū in teſtō dr̄ a teſtatore:tici⁹ ſeru⁹ me⁹ liber eſto. Ul̄ ꝑ fideicōmiſſū
vt cū rogat hēdē ſuū vl̄ aliū vt māumittat aliquē ſeruū. Manumit
tere pōt q̄ reꝝ ſuaꝝ admīſtrationē hʒ. Minor ēt(q̄ iā.xx.annū ↄple
uerit)int̄ viuos libertatē dare pōt. In vltīa quoq̄ volūtate exq° te
ſtari pōt:manumittē pōt. Regl̄a iuri. In obſcura volūtate manu
mittentis fauēdū eſt libertati:que reb⁹ oīb⁹ fauorabilior ē ⁊ eſtima
ri nō pōt.

¶De Filijs legitimis ⁊ illegitimis. .C: .LXXXI.

Iſidorus vbi ſupra. Quadripartit⁹ eſt auteʒ
ordo filioꝝ ita:ꝑmogenitus:vnige
nitus.medi⁹ nouiſſim⁹. Quattuor aūt mōis filij appellā
tur:nā imitatiōe adoptione doctrina. Filij aūt ideo i le
gibus liberi appellant̄:vt hoc vocabulo ſecernant̄ a ſeruis:qꝛ ſicut
ſeru⁹ in ꝑtāte eſt dñi.ſic fili⁹ in ꝑtāte pr̄is.ideo etiā filio fit emācipa
tio.vt ſit liber a pr̄e:ſic ſeruo fit manumiſſio vt ſit liberatus a dñō.
Itē liberi dicti:qꝛ ex libero ſunt mr̄imonio orti nā filij ex libero ⁊
ancilla ſeruilis ↄditōis ſūt. Nāles aūt dr̄ ingenuarū ↄcubinaꝝ filij.
quos ſola nā genuit nō honeſtas ↄiugij. Itē pueri a pube. Gemi ſr̄
nō duo tm̄ ſil̄ nati:ſʒ etiā pl̄es:de gemīs eniʒ vno aborto:alter qui
legitime nat⁹ fuerit volpiſcus noīat̄.poſthum⁹ v̄o vocat̄ eo ꝙ poſt
humationē pr̄is:naſcit̄.i.poſt obitū. Iſte ⁊ defuncti nomē accepit
ſic eteni lex voluit vt qui poſt defunctū naſcit̄:defuncti noīe appel
let̄. Noth⁹ dr̄ qui de patre nobili ⁊ matre ignobili gignit̄.ſicut ex
ↄcubina. Eſt aūt hoc nomē grecū ⁊ in latinitate deficit. Huic ↄtra
rius eſt ſpuri⁹ qui de patre ignobili ⁊ matre nobili naſcit̄. Itē dici
tur ſpuri⁹ patre incerto matre vidua genit⁹. Iuſti.vbi ſupra lib.j.
In ꝑtāte noſtra ſūt liberi noſtri quos ex nuptijs iuſtis ꝓcreauim⁹.
Nuptie aūt ſiue matrimoniū eſt viri mulieriſq̄ ↄiūctio indiuiduā
ↄſuetudinē vite retinēs. Ex.ff.li.j.de ſtatu hoīuʒ. Celſus.li.xxix.
ff. Cū legitime nuptie facte ſunt patrē liberi ſequunt̄:vulgo q̄ſitus
matrē ſequit̄. Modeſtin⁹ li.j.pādectaꝝ ti.eo. Uulgo ↄcepti dicū
tur qui patrē demonſtrare nō pñt.vel qui pñt q̄dē:ſʒ eū hñt quem
hr̄e nō licet.qui ⁊ ſpurij appellant̄. Ex li.j.pādectarū ti.eo. Ulpia
nus lib.xxvij.ad ſabi. Lex nature hec eſt.vt qui naſcit̄ ſine legitimō

matrimonio:matrē sequit᷑:nisi lex specialis aliud inducat.

De Filijs adoptiuis. C. LXXXII.

Ex sūma de ca. Quod aūt superius dictū est de monacho. intelligas ⁊ de clerico seculari nō in voto abstinētie: s3 religiōis ⁊ peregrinatiōis. S3 hoc fallit in ep̄o q̄ nec votum peregrinatiōis vel religionis pōt facere. nisi obtēta licētia pape. Itē nec seruus sine dn̄i volūtate. Tn̄ si seruus itrauerit religionē. ⁊ est ꝑsona nota vel etiā est incognita. q2 nesciṫ vtrū sit liber vel seruus. nō debet recipi ad monachatū ꝑ triēniū. ita q̄ si sit seruus vel ratiocinijs obligatus vel colonus. i. originarius vel ascriptitius ⁊ queraṫ a dn̄o suo. reddaṫ ei cū oīb⁹ his q̄ attulerit: fide tn̄ accepta de ip̄unitate. Si aūt infra trienniū nō fuit req̄situs. postea queri nō pōt. Qn̄ incipiet cōputari illud triēniū dicit. h. q̄ a tp̄e ingressus: ⁊ curret ↄtinue in fauoʒē religionis. Ja. Jo. ⁊ alij plurimi dicūt q̄ a tp̄e sciētie dn̄i. Quid si recipiūt eū ad ꝓfessionē ante h̄ tēpus. credo saluo melioʒi iudicio. q̄ ille debet remanere in ordine: ⁊ monasteriū satisfacere dn̄o. q2 fuit in culpa recipiēdo eū: vel dic q̄ si iste erat incognit⁹. ⁊ asserebat se liberū. cū interrogabaṫ de hoc: vel foʒte probabat hoc ꝑ falsos testes ⁊ corruptos. si dn̄s noluerit eū ex gratia dimittere. spoliabiṫ tanq̄ indignus vel vilis habitu quē furtiue accepit ⁊ restitueṫ dn̄o. Ex summa fratris. U. Sed nunquid talis est vere monachus cū inuito domino seruus nō possit cōstituere hoiem sup caput suū. Rn̄deo q̄dā dicūt q̄ nō pōt fieri monachus. S3. h. videṫ cōtrariū: q2 seruus vouere cōtinētiā ⁊ ꝓprijs abrenūciare ⁊ viuere s̄m regulā monachoʒ quātū l3 saluo iure dn̄oʒ qd̄ habēt in coʒpe serui. ⁊ aīa3 deo obligare inuito dn̄o pōt. l3 nō possit alijs subicere corpus. s3 subiectio corporis nō exigiṫ ad monachatū: q2 in ꝓpria domo pōt q̄s ⁊ esse ⁊ effici monachus. Q2 aūt dicit magister q̄ predict⁹ seruus debet in ordine remanere in fauoʒe3 religionis: qd̄ satis potest dici qn̄ seruus hmōi bona fide intrauerat monasteriū credens se esse liberū al's videtur dn̄o restituēdus si velit dn̄s. Quid si postea fuerit manumissus. nunq̄d tenebiṫ reuerti ad monasteriu3 vbi ꝓfessionē fecit. Rn̄deo dicūt quidā q̄ non. Sed. h. minuit q̄ licet dicaṫ q̄ non fuerit monachus. q2 tn̄ q̄ntū in eo fuit monachus fuit teneṫ redire ad monasteriū. S3 qd̄ cōtra videṫ extra de ↄuer. ↄiu. q̄dā intrauit. placet ⁊ difficile est rn̄dere: dato q̄ seru⁹ manēs seru⁹ monachus fieri nō possit. Sed dato q̄ possit sicut videṫ sentire. h. facilis est rn̄sio. q2 aliud est de viro inuita vxoʒe intrante monasteriū q̄ monachus eē nō pōt: q2 vouere ↄtinētiā sine ↄsensu vxoʒis nō pōt q̄ cōtinētia annexa est regule monachali. vn̄ reuocatus ab vxoʒe de monasterio. ipsa moʒtua nō teneṫ reuerti ad monasteriū q2 nunq̄ mōach⁹ fuit s3 seruus adepta libertate teneṫ reuerti. q2 monachus fuit.

De Uotis impuberum. C. LXXXIII.

Ex sūma de ca. Ite3 nec impuberes absq3 patris aut tutoʒis auctoʒitate vouere p̄nt religionē vel ꝑegrinationē. Itaq3 nota q̄ ingrediēs monasteriū. aut est adult⁹. aut impubes. In p̄mo casu si itrat sponte ⁊ facit ꝓfessionē expressam vel tacitā. nō poterit exire. Et diciṫ sponte: q2 si inuit⁹ intraret nō teneṫ. etiā si ꝓpter aliquē culpā sibi iponereṫ ad penitētiā agendā. Et intelligas inuitū q̄ intrauit propter metū. q̄ pōt cadere in virū constantem videlicet moʒtis vel verberū vel seruitutis. vel stupri serui vel filioʒum. Si vero impubes intrat. aut ab alio ponitur in monasterio. puta patre vel tutoʒe: aut ꝓpria auctoʒitate. In primo casu si ipse nō consentit pōt egredi quādo voluerit vsq3 ad etatē legitimā. Si aūt ↄsentit licet ↄsensus ille q̄ fit an̄ ānos pubertatis nō teneat. tn̄ exire nō pōt priusq̄ ꝑueniat ad etatē legitimā ad instar carnalis matrimonij. S3 q̄ cito ꝑuenerit ad ꝑfectā etatē pōt egredi. Si v̄o ipubes ꝓpria auctoʒitate intrauerit pōt extrahi a patre vel tutoʒe infra annum vel die3. h̄ tn̄ addit Innocē. iij. q̄ sicut in matrimonio carnali malitia supplet etatē ita ⁊ in spirituali. Itē si quis impubes doli tn̄ capax spōte intrauit. cōsulerē ei ad cautelā q̄ nō exiret. vel si exiuerit q̄ rediret: nisi duxisset vxoʒē non tn̄ dico teneri nisi s̄m distinctionē supra dictā. Cā. xx. q. j. Qd̄ iuxta ānos pueritie monasterio traditi cū adulti fuerint liberū habeāt arbitriū manēdi vł discedēdi. ꝓbaṫ auctoʒitate. ix. synodi. in q̄ sic statutū ē. Firma aūt tūc erit ꝓfessio v̄ginitatis ex quo adulta iā etas eē cepit. ⁊ q̄ solet apta nuptijs deputari ac ꝑfecta. S3 h̄ de illa ꝓfessione q̄ ꝓprio arbitrio fit. Secus de illa q̄ a parentib⁹ deo offerṫ. vn̄ Greg. ad augustinū angloʒū ep̄z. Adidistis adhuc q̄ si p̄r vel maṫ filiū vł filiā itra septa monasterij in īfantie ānis sub regulari tradiderint disciplina. vtrū liceat eis postq̄ ad pubertatis ꝑuenerint annos egredi ⁊ matrimonio copulari. h̄ oīno deuitam⁹ q2 nephas est vt oblatis a parentibus deo filijs voluptati frena relaxētur. Item ex cōciṫ. toł. Monachum aut paterna deuotio. aut propria confessio facit. quicquid hoʒum fuerit. alligatum tenebit.

Adhuc de eodem. C. LXXXIIII.

Gratianus. Ex his auctoʒitatib⁹ colligiṫ q̄ paterna professio pueros tenet obligatos. S3 obiciṫ. Illud leonis pape puelle q̄ nō parētu3 coacte impio. s3 spontaneo iudicio v̄ginitati ꝓpositū atq3 habitū suscepit. si postea nuptias elegerit p̄uaricaṫ. Ex quo daṫ intelligi: q̄ si coacte v̄ginitatis habitū sumpserint sine p̄uaricatione ipsum deserere p̄nt. Sed puella hic nubił intelligiṫ. cui⁹ (vt in subsequētib⁹ monstrabiṫ) post. xij. annū liberū est arbitriū. nec i electiōe ꝓpositi cogiṫ sequi parētū impiū. Sic ⁊ illud intelligēdu3 est qd̄ est statutū in synodo habita ab Eugenio papa. Sicut q̄ monasteria elegerīt: a mōasterijs egredi nō ꝑmittunṫ. ita q̄ iuiti sine iuste offensiōis cā sunt itromissi. nō nisi volētes teneanṫ. q2 qd̄ nō petijt nō obseruāt. Idē. q. ij. Ex ↄciṫ. tribuṙ. Puella si ante. xij. ānos etatis spōte sua sacrū velamē sibi assumpserit: p̄nt statim parētes ei⁹ vel tutoʒes id factū irritū facere si volūt. at si annū ⁊ diē dissimulando ↄsenserint. vlteri⁹ nec ipsi nec ipsa mutare poterūt. Si v̄o in foʒtioʒi etate adolescentula seruire deo elegerit. nō est ptās parētib⁹ ꝓhibēdi. Ex sum. fris. U. vbi dicit. ↄtinētiā. ꝑpetuā supple. nō eni3 suffic̄ q̄ ꝓmittat ↄtinētiā ad tp̄s vite mariti tn̄. Si āt post hmōi votū factū ad tp̄s: marit⁹ recept⁹ fuerit de facto: q2 de iure nō d3: moʒtuo marito poterit matrimōiū ↄhere. si sic remāsit vsq3 ad moʒtē viri. Qd̄ iō dico: q2 sic̄ notauit. h. viuēte marito d3 cōpelli intrare monasteriū. vel saltem vouere ꝑpetuā cōtinentiā. qd̄ satis credo si ipsa ignara fuit iuris. al's non credo q̄ cōpellenda sit. sed potius reuocare maritū debebit: si induci nō possit illa ad intrandū monasterium qm̄ est suspecta. vel ad vouendā perpetuam cōtinentiā. Item nota

ꝙ dicit in manu vel presentia episcopi. talia eni maiora negocia nõ
debẽt expediri ꝑ minorẽ ꝙ̃ ꝑ epm vel ꝑ aliquẽ de mãdato eius. si
tñ ꝑ ꝑsonã fieret inferiorẽ. vel alias rite factũ esset. nõ deberet ꝓpter
hoc epus factũ reuocare. ⁊ peccaret si de facto reuocaret. Et nota ꝙ
duplex ẽ ꝓfessio. s. expressa ⁊ tacita. Expressa est q̃ fit ꝑ verba sȝ for-
mã ordinis. Tacita aũt fit ꝑ receptionẽ habit⁹ regularis quo vtunť
ꝓfessi. qđ si ⁊ cetera oĩa facit inde ẽ ac si fecisset expressaȝ ꝓfessionẽ.
Itẽ nota ꝙ impubes si est doli capax. sm. H. monachus fieri nõ po-
test: nec se deo obligare. Gratianus. Paruuli vero dũ offerunť nõ
nisi sub multoꝝ testimonio suscipiẽdi sũt. Extra. iij. de reg. ⁊ trãs.
ad reť. Ex ɔcil. magunt. Nullus tondeať nisi legitima etate sponta-
nea volũtate. Ex eodẽ. Si q̃s ante legitimos annos tonsorat⁹ sine
ɔsensu parẽtũ suoꝝ. si parẽtes sui ĩfra annũ nõ reclamauerint: in cle-
ricatu permaneat. Ex registro Greg. Quia in insulis dura est ɔgre-
gatio monachoꝝ pueros in eoꝝ monasterijs ante. xviij. annũ susci-
pi ꝓhibem⁹. Celestinus. iij. Cũ. D. miles se cũ suo filio discretiõis
annos nullatenus attingẽte ad quoddã monasteriũ cũ bonis suis
etiã cõtulisset. dictũ filiũ suũ fecit habitũ suscipe monachalẽ. Et in-
fra. dis. t. t. Rñdemus ꝙ si dictus puer ad annos discretionis perue-
nerit. ⁊ habitũ retinere noluerit monachalem. si ad hoc induci neq̃-
uerit: non est vllatenus compellendus.

¶ Iterum de eodem. C. LXXXV.

Ex sũma de ca. Si tñ impubes ⁊ doli capax emi-
sit votũ aliud q̃ȝ cõtinentie. videť ꝙ sit
obligat⁹: nisi pater statim cũ audierit reuocet. Ex sum-
ma fratris. U. Idẽ etiã credo de voto cõtinẽtie circa in-
gressum religionis. q: nõ poterit reuocari nisi statim reuoceť. Quid
si vouerit se seruaturũ ɔtinẽtiã vel ingressum religionis. tũc demuȝ
cũ venerit ad etatẽ. vel cũ mortuus fuerit pater: nunq̃d põt pater il-
lud reuocare cõtradicẽdo statim. Rñdeo nõ põt sm opinionẽ. H. sȝ
sm cõem q̃ humanior est: põt statim: nec eni dať ei annus ⁊ dies si-
cut in trãsitu ad reť. ⁊ hoc q: ꝑ ingressum reť. eximiť a ꝑtãte patris
vel tutoris. sȝ ꝓpter alia vota nõ eximiť. ⁊ ideo nõ põt reuocare nisi
statim reuocet. ex quo scit votũ esse emissuȝ. Et expone statim in ipa
die ar. Nũeri. xxx. vbi dicit: ⁊ in alteꝝ diẽ distulerit sniam. Idẽ eniȝ
credo de filio ⁊ filia lȝ lex loquať de sola filia. Quid si pater cõtradi-
xerit ⁊ reuocauerit huiusmodi votuȝ siue cõtinẽtie siue aliud. ⁊ post
hmõi reuocatiõeȝ ɔsentit hmõi voto. nunq̃d filius cũ venerit ad eta-
tẽ tenebiť obseruare votũ. Cõis est opinio ꝙ nõ. q: semel fuit abso-
lutus. s. ꝑ reuocationẽ factã a patre. ⁊ obligatio semel extincta nõ re-
uiuiscit. Unde nõ teneť seruare votũ huiusmodi. vel iuramẽtum si
forte iurauit aliq̃d ꝙ tutor aut pater reuocauit nisi iterũ voueat aut
iuret. Idẽ dicũt de vxore q̃ ad mãdatũ viri frãgit votuȝ qđ eo mor-
tuo nõ teneť illud implere. Idẽ dicũt de seruo q̃ intrauit monasteri-
um ⁊ reuocatus a dño. ⁊ postea efficiť liber qđ non teneť redire ad
monasteriũ. Idẽ de viro q̃ inuita vel nesciẽte vxore itrauit monaste-
riũ. ⁊ ꝓpter hoc reuocat⁹ fuit ab vxore. ꝙ mortua vxore nõ teneť re-
intrare monasteriũ lȝ teneať ɔtinere. Sȝ in oĩb⁹ casib⁹ istis dicit. H.
contrariũ. ⁊ dicit ꝙ in nullo casuũ ꝑdictoꝝ absoluiť ipubes aut ser-
uus aut vir ab hmõi votis. sȝ ipediť adimplere qđ ꝓmisit. Unde re-
moto obstaculo qđ ipediebat dȝ fieri qđ ipediebať. i. votũ seruari.
Et nota ꝙ cũ pr̃ vľ tutor reuocat votũ filij vel ipuber̃. aut marit⁹ vo-
tũ vxor̃ nõ peccat. q: vtiť iure suo sibi a deo ⁊ a canõe ɔcesso: nec fi-
lius nec filia nec vxor peccãt nõ iplẽdo votũ post hmõi reuocatõeȝ.

¶ De Uotis cõiugũ. C. LXXXVI.

Ex summa de ca. Uxores si emiserit votũ abs-
tinẽtie vel peregrinatiõis vel cõ-
tinentie. vel aliqđ aliud: nõ debẽt auctoritate sua cõtra-
uenire. Sȝ viri eas pñt irritare. etiã si ante matrimoniuȝ
ɔtractũ emiserãt votũ: qđ ɔtracto matrimonio nõdũ cõpleuerãt. ve-
rũ est etiã h̃ si vxor de ɔsensu viri emiserat tale votũ. ⁊ postea vir ꝓ-
hibeat. q: dȝ ei obedire vxor ⁊ in nullo peccat vxor obediẽdo. lȝ pec-
cet vir id qđ ɔsenserat ꝓhibẽdo. Ex sũma fratris. U. Nunq̃d pñt
irritare similiť iuramẽta eoꝝ facta ante matrimoniũ ɔtractũ vľ post.
Rñdeo: Credo ꝙ nõ. nisi sint talia ꝙ ꝑstita fuerint sup abstinẽtia.
sȝ ꝙ ĩnuit glo. Aug. supraposita. Notauit etiã. H. xxxiij. q. v. voluit
ꝙ si ante matrimoniũ ɔtũ obligauit se mulier alicui hoĩuȝ: nõ pos-
set post matrimoniũ ɔtũ vir ei⁹ liberare eã ab illa obligatione. Si-
miliť credo ꝙ si post ɔtractũ matrimoniũ iuraret aliq̃d alicui qđ ip-
sa posset facere. nõ ɔtradicẽte marito: nõ posset ille tale iuramẽtũ ir-
ritare. aľs credo ꝙ posset. Quid si voueat mulier vel iuret ꝙ nõ ibit
ad ɔuiuiũ. vľ ad aliq̃d aliud ex domũ ꝓpriã cũ viro suo. Rñdeo cre-
do ꝙ hmõi iuramẽtũ vľ votũ: si tñ votũ ẽ: põt vir reuocare. H. tñ no-
tauit ꝙ marit⁹ illa sola vota vxoris abstinẽtie reuocare potest que
ipsa implere non potest sine scandalo viri. vt de ieiunijs. de surgen-
do ad matutinas. de iacendo de nocte in camisia. Alia q̃ põt imple-
re sine scandalo viri reuocare nõ põt. nec vxor tenetur ei obedire in
reuocatione. vt si vouerit ꝙ daret aliq̃d de ꝓprio vbi ɔsuetudo est
ꝙ mulieres hñt ꝑafernalia sepata a rebus dotalibus. vel si vouit ꝙ
cantaret vnũ psalterium. vel diceret pater noster singulis noctibus.
vel ꝙ decetero non exiget debitum. vel ꝙ non cõsentiat adulterio.

¶ De Eodem. C. LXXXVII.

Ex summa de ca. Quod aũt dixit de voto ɔti-
nentie. s. ꝙ viri vxoꝝ vota pñt irri-
tare. intelligas cũ distinctiõe. Quia aut inť virũ aut vxo-
rẽ est secuta carnalis copula: aut nõ. In p̃o casu si vult
vxor religionẽ intrare põt si marit⁹ siľr intret. ⁊ ecõuerso. Uel si est
vetus vxor ⁊ nõ est suspecta de incõtinẽtia licẽtiet virũ. ⁊ ꝓmittat
in manu vel pñtia epi ɔtinẽtiã. Et sic poterit vir intrare. aľs nõ. Idẽ
videť dicẽdũ in casu ɔuerso videlȝ ꝙ vxor possit intrare religionẽ vi-
ro sene ⁊ nõ suspecto de incõtinẽtia: q: in hmõi nõ ad imparia iudi-
canť. Ex summa fris. U. vbi dicit ɔtinentiã. ꝑpetuã supple. Non
eni sufficit ꝙ ꝓmittat ɔtinentiã ad tp̃us vite mariti sui tñ. Si aũt
post hmõi votũ factũ ad tp̃us maritus recept⁹ fuerit de facto: q: de
iure nõ dȝ mortuo marito poterit matrimoniũ ɔtrahere si remansit
vsq; ad mortẽ viri. qđ ideo dico: q: sicut notauit. H. viuẽte marito
debet cõpelli intrare monasteriũ. vel saltẽ vouere ꝑpetuã ɔtinentiã.
Qđ satis credo si ipsa ignara fuit iuris. aľs nõ credo ꝙ cõpellenda
sit. sȝ potius reuocare maritũ debebit si induci nõ possit illa ad itrã-
dũ monasteriũ qñ est suspecta. vľ ad vouẽdã ꝑpetuã ɔtinentiã. Itẽ
nota ꝙ dicit in manu vel pñtia epi. talia. n. maiora negocia non de-
bent expediri ꝑ minorẽ q̃ȝ epm. vel ꝑ aliquẽ de mãdato ei⁹. Si tñ ꝑ
aliã ꝑsonã fieret inferiorẽ. si aľs rite factũ nõ deberet ꝓpter h̃ epus
factũ reuocare. ⁊ peccaret si de facto reuocaret. Extra. iij. de ɔuer-
sione ɔiugũ. Alex. iij. Laic⁹ ignorãte epo de licẽtia vxoris monaste-
riũ ingressus ꝓfessionẽ fecit. Dicimus ꝙ nisi vxor ad religionẽ trãsi-
erit aut ꝑpetue castitatẽ seruare ꝓmiserit. vir põt ⁊ dȝ de monaste-
rio reuocari. Inno. iij. Nõ est alter ɔiugũ recipiẽdus ad obseruã-
tiaȝ regularẽ nisi reliqu⁹ ꝑpetuã ɔtinentiã repromittat. sȝ ⁊ vitã dȝ
mutare nisi forte eius sit etatis vt sine suspicione incõtinẽtie valeat
in seculo remanere. Ex summa de ca. Si vero vxor non vult ingre-
di religionẽ. sed in seculo ꝓmittit continẽtiã. obligatur q̃ȝtum in ea
est. marito tñ petenti debitum reddet. nisi ambo emiserint pari con-
sensu tale votum. tunc enim ⁊ si maritus prohiberet ac votum fran-
geret. ipsa tñ debet instantissime perseuerare in voto qđ fecit.

¶ Adhuc de eodem. C. LXXXVIII.

Si aũt non interuenit carnalis copula. põt igredi
religionẽ inuito etiã viro ⁊ ɔ̃dicente. Ex
iij. de ɔuer. ɔiu. Alex. iij. Post ɔsensũ legitimũ de pñti li-
citũ est alteri. altero etiã repugnãte eligere monasteriuȝ
sic sancti q̃dã de nuptijs vocati fuerũt dũmõ carnalis ɔmixtio non
īteruenerit ⁊ alteri remanẽti si ɔmonit⁹ ɔtinẽtiã seruare noluerit li-
citũ ẽ ad secũda vota trãsire. q: cũ nõ fuissent vna caro ĩsimľ effecti
satis põt vn⁹ ad deũ trãsire. ⁊ alter in seculo remanẽ. Ex sum. fris
U. Nunq̃d siľr poterit trãsire ad heremũ vel ad reclusoriũ. Rñdeo
H. notauit ꝙ põt marito inuito: dũ tñ emittat votũ cõtinẽtie q: in
heremo vel reclusorio vt dicit ẽ artior religio q̃ȝ in ecc̃lia regulari.
Sed nõ credo ꝙ possit nisi obliget se ad obseruãtiã regularẽ. ⁊ solẽ-
niť renũciet seculo ⁊ oĩ ꝓprietati. ita ꝙ teneať ad illa tria vsitata q̃
sunt in q̃libet religiõe. s. ad ɔtinẽtiã. ⁊ ad abrenũciationẽ ꝓprioꝝ. ⁊
ad obediẽtiã. Quid si datũ ẽ ei tp̃us ad itrãdũ. ⁊ marit⁹ iterim ꝑ vio-
lẽtiã cognoscit eã. nũq̃d eo nõ obstãte poterit illa igredi religioneȝ
ĩfra tp̃s sibi assignatũ. aut ipedieť itrare ꝓpť matrimoniũ iã ꝑ car-
nalẽ copulã ɔsumatũ. Rñdeo ꝙ qđ dñicaľ est. ⁊ diuersi diuersa sti-
ꝑ h̃ senserũt. Ex sũma de ca. Sȝ q̃d si se dicit velle itrare cũ vir exi-
git ab ea debitũ. ⁊ tñ ꝓcrastinãdo differt. Dico ꝙ epus dȝ arbitrari
tp̃s ĩfra qđ ipsa igrediať quo elapso si nõ fuerit igressa. cogať ꝑ ex-
cõicationẽ satisfacẽ viro. qđ etiã ex tũc poterit efficaciť accipe. tñ si
ĩmio elapso illa igredereť. nihilomin⁹ tenẽt igressus: dũmõ añ car-
nalẽ copulã. postq̃ȝ aũt ipa fuerit igressa ⁊ fecerit ꝓfessionẽ tacitã vľ
expssã. solutũ erit mr̃imõiũ. ⁊ vir q̃ remãsit ĩ sec̃lo etiã illa viuẽte po-
terit aliã ducẽ. Ex sũ. fris. U. Hoc siue de ɔsensu ĩtrauerit vxor re-
ligionẽ: siue eo ɔ̃dicẽte. H. tñ ɔ̃riũ notauit sup illđ. c. despõsata. s. ꝙ
eo ipo vr̃ marit⁹ vouisse ɔtinẽtiã. ꝙ ɔsensit vxorẽ ĩtrare mõasteriũ
qđ ego nõ credo. Ex sũ. de ca. Itẽ q̃d si ipa nõ vult ĩgredi religionẽ
sȝ q̃si seruatura ꝓpositũ castitat̃ in sec̃lo velit ĩ domo ꝓpria ꝑmanẽ.
Ad hoc dicas ꝙ nõ sufficit: ⁊ nihilo-
minus suscepto aliquo religiõis velo. Ad hoc dicas ꝙ nõ sufficit: ⁊ nihilo-
min⁹ ɔsumãdũ est matrimoniũ iam ɔtractũ: nisi se voto astrinxerit.

ad obseruantiaꝫ regularem. In quo casu compelli potest: vt relicto seculo religionis ꝓpositū exequaṫ. Extra vbi. s̄. Inno. iij. Cū q̄dā mulier velū viduitatis corā duob⁹ abbatib⁹ assumpsisset benedictione solēni. q̄dā nobis ꝓponebat se prius ipsam mediātib⁹ nūcijs per verba de p̄nti arra etiā interposita desponsasse. at illa se in illū ꝯsensisse ꝯfessa dixit ꝙ audierat illū lepra esse percussum. ꝛ ob hoc eius fuerat abhominata cōplexū. Et infra lꝫ videaṫ in veli susceptiōe religiōis habitū assumpsisse. Si tñ velit in domo ꝓpria ꝑmanere quasi ꝓpositū castitatis in seculo seruatura. nihilominus ꝯsumandū est matrimoniū iam cōtractū. nisi se voto astrinxerit ad obseruantiā regularē. In quo casu cōpelli potest vt relicto seculo religionis propositū exequaṫ. Ex summa fratris. U. compelli potest ꝛ debet.

℄ Item de eodem. C. LXXXIX.

Quid si anteq̄ cōpellaṫ vel exequaṫ hmōi ꝓpositū siue votū. voluntaria cognoscaṫ a marito. nūq̄d ꝯsumaṫ matrimoniū. Credo ꝙ sic. nisi ita astrinxerit se ad obseruātiā regularē ꝙ fecerit ꝓfessionē tacitā vel expressam s̄m formā alicuius religionis. nec eñ votū castitatis quocūq3 mō solēnizatū dirimit matrimoniū ante ꝯctū nisi sit solēnizatū p sacri ordinis susceptionē vel ꝓfessionē regularē3. Sꝫ nūq̄d pōt aliq̄s vel aliqua fieri monachus vel monacha in domo propria. R̄ñdeo pōt q̄dē sicut notauit. H. dū tñ faciet votū dē nō habēdo ꝓpriū. ꝛ de seruāda ꝯtinētia. ꝛ supponat se regule monachali ꝛ viuat s̄m eā. nec exigeṫ ꝙ se supponat alicui abbati vel priori. q2 primus monachus sine omni abbate vel priore monachus fuit. lꝫ nō fuerit monachus s̄m regulā ꝛ formā beati benedicti. q̄ voluit ꝛ istituit ꝙ fratres sui obedirēt abbati. Sed cuius sunt res quas hꝫ hmōi monachus q̄ est sine abbate vel priore in domo ꝓpria vel in reclusorio vel in heremo. cū habere ꝓpria nō debeat. R̄ñdeo: dicit: H. sua sunt quo ad vsum. quo ad ꝓprietatē aūt eoꝝ sunt q̄ debēt ei succedere abintestato. si tñ trāsferat se ad aliquā ecclesiā fingenṫ nunq̄ fuisse illoꝝ. ꝛ erūt illius ecclesie ad quā se trāstulit. Si autē nec se trāsfert nec habeat tales successores succedet in illis reb⁹ ecclesia: cū huiusmodi monachus ꝑsona sit ecclesiastica. Cū aūt q̄s vel aliqua emittit votū ꝯtinētie in manu publice ꝑsone. credo sine p̄iudicio ꝙ tale votū impedit ꝛ dirimit matrimoniū postmodū cōtrahēdū lꝫ sic vouens nō recipiat habitū religionis: nec renūciet ꝓprijs vel ꝑmittat obediētiā alicui vel abbati priori. Quidā tñ dicūt cōtrariū dicentes ꝙ votū ꝯtinētie nō dirimit matrimoniū cōtrahēdū nisi sit solēnizatū p sacri ordinis susceptionē aut ꝓfessionē regularē. Ex summa de ca. Et nota ꝙ quicq̄d dictū est de vxore q̄ntū ad votū ꝯtinētie intelligēdū est ꝛ de viro. q2 in talibus s̄m oēs ad paria iudicanṫ vir ꝛ vxor. In voto aūt abstinētie dicūt q̄daꝫ indistincte. q2 vir sit maior ꝙ possit talia vota facere inuita vxore. H. vero intelligit idē vbi per tale votū nō fieret vxori preiudiciū in debito sibi reddēdo. qð satis videṫ mihi ꝓbabile. In voto peregrinationis dic ꝙ neuter cōiugū pōt altero inuito facere. Fallit tñ in voto hierosolimitano quod in maximū fauorē terre sancte ac fidei christiane pōt vir sine vxoris licētia facere. ac libere adimplere. vxor tñ vt assentiat est attētius cōmonēda vel si nō vult remanere sequatur virum suum.

℄ De Eodem. C. XC.

Ex summa de ca. Itē alter ꝯiugū intrauit religionē sine licētia alterius: alius repetit euꝫ. querit vtrū teneaṫ redire ad ꝯiugeꝫ. R̄ñdeo ꝙ sic. nisi in duob⁹ casib⁹. vnus est si illa fuit publice fornicata ꝛ ipe igrediēs vixit caste. de alio posteri⁹ vide. Ex sūma fris U. Bñ dicit sine licētia: qð fieri nō dꝫ. q2 tria sṫ necessaria ad hꝫ. auctoritas epi. expssa licētia opis sui. ꝛ votū ꝑpetue ꝯtinētie cū trāsitu ad religionē si sit suspecta ꝑsona. al's poterit remanē i seculo. Itē bñ dicit si vixit caste. al's nō posset eā repellere. s. si fornicat⁹ ipe fuisset añ igressū religiōis vel post. Ex. iij. vbi. s̄. Inno. iij. Cōstitut⁹ i presentia nr̄a. H. sua nobis ꝯfessiōe mōstrauit: ꝙ in accolytat⁹ ordine ꝯstitut⁹ quādā puellā. R. noie i facie ecclesie duxit: quā cū carnaliṫ cognouisset orta discordia iter eū ꝛ amicos puelle. ipa fuit alij noie U. copulata. ꝛ tu eū vsq3 ad gradū sacerdotij ordinasti. habitū q2 ordi. cisterc̄. assūpsit. Mā. q̄. mulierē vt a dicto. U. recedat cui p adulteriū adiūcta ē. nec p̄dictū monachū ipediat quo min⁹ regulariṫ votū valeat ad iplere p cen. ec. cogere nō obmittas. Ex sūma fratris U. Quid si vterq3 fornicat⁹ est. nunq̄d pōt alter altero inuito itrare monasteriū. R̄ñdeo nō pōt sicut notauit. H. xxvij. q. ij. agathosa. ꝛ pōt reuocari q̄ sic itrauit: qð credo veꝝ esse siue occulta siue publica fuerit vtriusq3 fornicatio. vel si etiā igrediēs occulte fornicatus fuerit. ꝛ alius publice. Quid si vterq3 non petita licētia ab altero intret monasterium. nunquid potuerint se mutuo repetere. Respōdeo nō poterunt: q2 neuter potest dicere se ab altero spoliatum. vterq3 intrando renunciauit iuri qð habebat in reliquo. ꝛ iuri exigendi debitum. vñ votum vtriusq3 tenuit quo ad exigendū ꝛ quo ad reddēdū debitū. Quid si vterq3 credens alterū esse mortuū intret monasterium. nunq̄d comperta veritate pōt alter exire ꝛ alteruꝫ petere. R̄ñdeo notauit. H. ꝙ sic. q2 neuter intrādo voluit fieri monach⁹ nisi al' mortuus eēt. vñ neuter fuit mōach⁹ cū vterq3 viueret. sic illa q̄ nupsit alij. cū virū suū mortuū eē crederet comperta vitate licite recedit a secūdo ꝛ redit ad primū. Ex sum. de ca. Alius ē si fuerat lata inṫ eos sniā diuortij ad sepatione thori. Ex sum. fris. U. In hoc casu pōt ille qui relict⁹ ē itrare mōasteriū iuito relinq̄nte. sic notauit. H. sup p̄dictū. c. q2 p sniaꝫ ecclesie amisit vterq3 potestatē i corpe alteri⁹ ꝛ vterq3 ex toto renūciauit iuri suo. qð credo verū eē si relinquēs nō vult reliquū sibi recōciliari. Ex sum. de ca. Ad aliū dico ꝙ ē obligatus quo ad secūdū. ꝛ ideo nō poterit exigere debitū. q2 hoc potuit vouere q2 erat in sua p̄tāte. Sed alienū. i. nō reddere debitū coniugi petēti non potuit vouere. ꝛ ideo tenebiṫ reddere. Extra. iij. de conuer. coniu. Alex. iij. Quidaꝫ intrauit monasteriū inuita vxore. qua ipsuꝫ repetente coactus est ad ipsaꝫ redire ea mortua. queris ꝛc. Respondemus ꝙ votum non tenuit. Unde ratione voti ad monasteriū nō teneṫ redire. vlterius vō vxorem accipe non poterit. ꝑmisit enim se non exigerē debitū. qð in eius erat potestate. ꝛ ideo quo ad hoc votum tenuit. nō reddere aūt nō erat in eius potestate: sed mulieris.

℄ Iterum de eodem. C. XCI.

Ex summa de ca. Pone ꝙ moriṫ vxor ꝙ extraxerat eū de monasterio. nunq̄d teneṫ redire ad monasteriū. vel nunq̄d poterit ducere aliā vxorem. vl' nunq̄d saltē tenebiṫ matrimoniū si duxerit. Iteꝫ nunq̄d ab illā secūda poterit exigere debitū. Ad primū dico ꝙ cessante impedimēto monēdus est diligenṫ redire ad monasterium. ꝛ peccat si nō facit. inuitus tñ nō est cogendus ab ecclia. q2 professio quā fecit nō solēnizauit votū cū nō obligareṫ simplr ad ꝯtinentiaꝫ ꝓpter impedimentū vxoris. Ex sum. fratris. U. Si peccat q̄re ergo nō cōpelliṫ redire cū q̄libet possit cōpelli ad penitentiā ꝛ desistere a pctō. R̄ñdeo s̄m. H. cōpelli potest ꝛ peccat mortaliter si nō redit. Qð g̃ sequiṫ: ꝙ nō est cogendus inuitus intelligēdū est ad petitionē eoꝝ ad quos intrauit qb⁹ se subicere non potuit. Ep̄us tñ de suo officio pōt eū cōpellere reuerti ad monasteriuꝫ. Uel dic ꝙ peccat venialiter: q2 recedit a ꝓposito meliori. qð tñ non videṫ verū: cū q̄ntū in ipso fuerit obligauerit se ad ꝑpetue viuendū in religiōe qñ fecit ꝓfessionē. Cū ergo mortua vxore sublatū sit impedimentū qð impediebat voti executionē: fieri debet qð impediebaṫ ꝛ huic rōni Innitiṫ. H. Extra vbi supra. Urbanus. iij. Licꝫ. H. vxore sua remanēte in seculo de iure ad religionē trāsire nequerit. ea tñ sublata de medio votū sine salutꝭ sue piculo nō potuit violare. Celestin⁹. iij. Utꝫ mulier que credēs maritū mortuū habitū religiōis assumpsit ꝛ eo reuerso de monasterio educta fuit post obitū viri sit ad obseruantiā regularē cōpellenda. R̄ñdemus ꝙ votū eius vsq̄quaq3 nō tenuit. eatenus tñ fuerat obligatoriū quatenus se poterat obligare ꝑmisit eñ intrando monasteriū se nō exacturā carnis debitum qð erat in potestate ipsius. Redire vō ad seculū nō erat in potestate ipsius sed in potestate mariti. ꝛ ideo q̄ntū ad ipsum tenuit votū quod post viri obitū tenere nō desijt. cuꝫ ad eū statū a quo poterat efficaṫ habere principiū cognoscaṫ. Consultius quoq3 dicim⁹ vt ad monasteriū redeat vbi ꝓfessionē fecit. Si vō ad hoc nō poterit induci ipsam inuitā credim⁹ non cogendaꝫ. Ex summa de ca. Ad secūduꝫ dico: ꝙ nō potest cōtrahere impediente voto saltem simplici. Si tñ cōtraxerit per vba de p̄nti peccat ꝛ debet agere penitentiam de simplicis voti fractione. ꝛ tenebit matrimoniū. ꝛ ita rñsum est ad tertium. Ad quartū ꝛ vltimū dixit. H. ꝙ sicut nō poterat exigere debitū a prima nec a secunda. Jo. vō ꝛ plerīq3 alij doctores dixerunt: ꝙ licite poterit exigere. q2 licet peccauerat contrahendo, tamen tantuꝫ bonum est matrimonium qð tollit totaliter obligationem illam. opinio tamen. H. videtur tutior ꝛ congruentior ad salutem.

℄ Adhuc de eodem. C. XCII.

Quid si vxor sine cui⁹ licētia vir intrauerat religionē: vult intrare religionē. ꝛ maritus cōtradicit. Ad hoc distinguo cū. Inno. q2 aut est iaꝫ eiectus de monasterio ꝛ recōciliaṫ vxori: aut nō. In primo casu nō potest intrare vxor religionē. In secundo potest illo inuito intrare. Causa. xxxiij. q. v. Qui vxorē suam velari ꝑmiserit. aliā nō accipiat. sed similiter conuertaṫ. Ex hoc. ca. ꝛ similib⁹ dixit. H. ꝙ alter cōiugū si viderat comparem suū vel sciuerit intrare religionē ꝛ tacuit eo ipso presumitur vouere cōtinentiam. ꝛ hmōi taciturnitas repu

tatur pro consensu sm plurimos. Sed magister videtur innuere su/
pra q necessaria est licētia expressa ⁊ nō sufficit taciturnitas. qd cre
do verū esse. Sed ⁊ si interuenerit ɔsensus vel licētia extorta p violē
tiā vel p dolū: nō preiudicat. Si autē nō fuerit dolus ibi vel violen/
tia preiudicat. nisi licētiās vel cōsentiēs ius ignorauerit. s. q tenere/
tur ad perpetuā cōtinentiā. si aūt sciuit ius ⁊ nō erat psona suspecta
incōtinētia. nō poterit reuocare licētiatū. sꝫ tenebit cōtinere. qꝛ pre/
sumit cōtinētiā vouisse. Si aūt erat psona suspecta de incōtinētia.
⁊ hoc sciebat. nō poterit similiter reuocare. sꝫ tenebit intrare religio
nē si eā cōmode poterit inuenire. Si aūt nō pōt aut non credebat se
esse suspectā de incōtinētia cū tñ nō esset poterit reuocare licētiatā.
qꝛ nō recipit apud deū illius viri cōuersio cuius sequit coniugalis
federis pstitutio. Quid si licētiās emiserit votū cōtinētie remanēs
in seculo ⁊ nō esset suspectus. ⁊ mortuo corpore suo de facto cōtra/
hat matrimoniū nunqd tenebit. Rn̄deo tenebit nisi emiserit votū
cōtinētie solēne qd poterit solēnizari. q̄uis nō renūciet pprijs: nec
pmittat obedietiā alicui abbati vel priori. Nec etiā recipiat habitū
alicuius religionis nec sacrum ordinē. dū tñ emittat illud in manu
epi vel abbatis de mādato epi generali vel speciali. ipo epo vel eius
mādatario approbāte illud votū. tūc enī spūale matrimoniū ɔtrahi
tur inter vouētē ⁊ deū. ⁊ pficit p approbationē ipsius epi q̄ est vica
rius vel pcurator dei. imo etiam cōsumat q̄tū in hac vita pōt con/
sumari. vnde post huiusmodi votū siue matrimoniū spūale locum
nō pōt habere carnale matrimoniū. sicut post matrimoniū carnale
consumatū nō pōt trāsiri ad aliud carnale alterutro cōtrahentium
viuente. nec etiam ad spirituale nisi de consensu vtriusqꝫ.

¶ De Eodem. C. XCIII.

Extra. vbi supra. Greg. ix. Mulier q̄ in fide remā
sit. pōt nolēte viro q̄ ab īfidelitate reuertitur
postq̄ ab eo fuerat iudicio ecclesie sepata ad religionē li
bere cōuolare. Idē. Mulieres vero q̄ relicto maritali
thoro lapsu carnis ceciderūt. Si mariti earū cōmoniti a te diligēter
eas cōuersas noluerint recipere pter deū in claustris cū religiosis
mulierib⁹ studeatis collocare. vt perpetuā penitētiā ibi agant. Ex
summa fratris. U. nota qd dicit de marito si noluerit recipe: supple
volūtarie ⁊ sibi recōciliare ad qd ipse cōpelli nō pōt. quātūcūqꝫ illa
nō penituerit. nisi ⁊ ipse adulterat⁹ fuerit. Et est argu. q pōt eā recō
ciliare sibi inuitā si velit. ⁊ q anteq̄ recuset sibi reconciliare illā. mo
nachari nō pōt siue lata sit sñia diuortij siue non. cū hec decret. hau
demus. indistincte loquat. H. tñ dixit q lata sñia diuortij relictus
monachari potest inuito ⁊ contradicente relinquente.

¶ De Mēdacio ⁊ eius speciebus. C. XCIIII.

Ex summa de ca. Mendaciū est vt ait Augu.
falsa significatio vocis cū intētiōe
fallendi. naꝫ is q̄ mētit cōtra id qd animo sentit loquit
volūtate fallēdi. ⁊ ita prima pars diffinitiōis cōprehēdit
falsū dicere scđa mētiri. pꝫ ex his q hec duo mētiri ⁊ falsū dicere
se habeāt excedēter ⁊ excesse. qꝛ nō omnis q̄ mētit dicit falsū. nec
oīs q̄ dicit falsū mētit ac q̄ mētit fallit semp volūtate. ⁊ ideo semp
peccat. qꝛ reā linguā nō facit nisi rea mēs. Qui vero dicit falsum nō
semp peccat. aliqñ. n. dicit qs falsū ⁊ credit se dicere verū. ⁊ tūc si ad
hibuit diligētiā debitā nō peccat. finaūtē peccat saltē venialit. Au
gu. ponit. viij. genera mēdaciorū. Primū qd fit in doctrina religiōis
Scđm vt aliquē ledat iniuste qd tale est. vt nulli psit ⁊ obsit alicui
Tertiū qd pdest alicui ita vt obsit alteri q̄uis nō ad mundiciā cor
poralē. vt mēdaciū testis in cā pecuniaria. Quartū qd fit sola mētiē
di fallēdiqꝫ libidine quasi sine causa ⁊ vtilitate. Quintū qd fit placē
di cupiditate. Sextū qd nulli obest ⁊ pdest alicui. ad euitandū peri
culū pecunie. Septimū qd nulli obest ⁊ pdest alicui ad euitandum
periculū persone. Octauū est qd ⁊ nulli obest ⁊ ad hoc pdest vt ab
immundicia corporali aliquē tueatur vt si volēti corrumpere virgi
nē mentiat quis eā esse coniugatā. In his aūt tanto minus quisqꝫ
peccat: quātomagis a primo recedit. Ex summa fratris. U. Sꝫ cō
tra videt q minus peccatū est septimū mēdaciū q̄ octauū. Rn̄deo
nō attēdit recessus iste quātū ad ordinē hic positū. sꝫ quātū ad qua
litatē ⁊ detestationē primi mendacij qd est in religionē fidei. nec di
citur q quāto quodlibet istorū mendaciorū recedit a primo. tanto
magis est peccatum. Sed quāto mentiens plus recedit. Uel dic q
tria vltima nō differūt. nisi sm qualitatē facti ⁊ reputant pro vnico
mendacio. Porro de secundo genere intellige q nulli prosit ad sue
iustitie conseruationē. qd dico. qꝛ falsus testis in causa criminali si
ue cōtra reū siue pro reo dicat testimoniū: pdest reo ad euadēdū pe
nam debitam vel accusatori ad euadendū penā calumnie. Ex sum
ma de ca. Fit autē materialiter ex verbis eiusdē Aug. Alia distin/
ctio breuior ⁊ tamen plenior: qꝛ mendaciorum aliud perniciosum si
ue malignitatis. Aliud officiosum siue pietatis. Aliud iocositatis.
Primum membrum huius vltime distinctionis comprehendit qn̄
q̄ genera prime precedentis sm tria vltima.

¶ De mendacijs mortalibus ⁊ venialib⁹. C. XCV.

Omne mēdaciū pniciosum est mortale. mēda/
ciū vo officiosum. i. qd nulli obest ⁊ pro
dest alicui. veniale est sm oēs in hoīe imperfecto. ⁊ idē de
iocoso. Sed in hoc ē opinio. qꝛ qdā dicūt officiosū ma
ius pctm̄ q̄ iocosum: qꝛ fallit pximū licet nō noceat. qd nō facit io
cosum. Alij vo dicunt ɔtrariū. s. q officiosum sit minus pctm̄ q̄ io/
cosum: qꝛ pdest proximo: qd nō facit iocosum. In hoīe aūt perfe/
cto. i. claustrali qui ex toto renūciauit mūdo pro christo. dicunt qui
dam idē. s. q vtrūqꝫ tam officiosum q̄ iocosum sit in eo veniale. sꝫ
tñ grauius q̄ ī imperfecto. Alij dicūt q mēdaciū officiosū sp ē mor/
tale ī hoīe pfcō. iocosū vo veniale: qꝛ nō fit ex aīo. sꝫ istō fit ⁊ p istō
intēdit decipe. p illud nō. Pria opinio humanior ē ⁊ mihi plus pla
cet qd tñ dictū est de iocoso mēdacio intelligēdū videt: qꝛ nō fallit
nouit enī ille cui dicit iocandi cā fuisse dictū. Sic videt dicere Au
gust. Hoc etiā intelligas nisi dicat ex qdā cōplacētia siue delectati
one quā inde hēat. nā tūc dici pōt mortale. Idē si sciēter ducit ī cō/
suetudinē. Ex sum. fris. U. Qd ait dū placet. Intelligo qñ illa pla
centia vel delectatio pponit delectatiōi dei ⁊ mādatorū ei⁹. nec enim
delectari in creatura sub deo: mortale est etiā homi pfecto. Itē sm
quosdā ɔsuetudo nunq̄ facit pctm̄ in aliquo actu nisi comitet libi
do delectādi mortal. Cā. xxij. q. ij. Aug. in enchi. Nemo mētiens
iudicād⁹ est q̄ dicit falsū qd putat verū eē. qꝛ q̄tū in ipso est nō fal
lit ipse sꝫ fallit. Nō itaqꝫ mēdacij sꝫ aliqñ temeritatꝫ arguēd⁹ est. q̄
falsa icautius credit ac p veris hꝫ. potius q̄ ecōtrario q̄tū in ipso est
ille mētit. q̄ dicit verū qd putat eē falsum. Itē August. in. v. psal.
Duo vo sunt genera mēdaciorū in q̄b⁹ nō est magna culpa. sꝫ tñ nō
sūt sine culpa. cū aut iocamur: aut pxio ɔsulēdo mētimur. Illud aūt
primū in iocādo ideo nō est pniciosū. qꝛ nō fallit. nouit enī ille cui
dicit iocādi cā fuisse dictū. Secūdū aūt ideo miti⁹ ē: qꝛ retinet non
nullā beniuolētiā. Illud aūt qd nō hꝫ duplex cor. nec mēdaciū qdē
dicendū. Uerbigratia tanq̄ si cui gladi⁹ cōmēdet ⁊ pmittat se red
diturū: cū ille q̄ ɔmēdauit poposcerit. Si forte gladiū suū repetat fu
rens. manifestū est nō eē reddēdū. ne vel se vel alios occidat donec
ei sanitas restituat. Hic iō nō hꝫ duplex cor. qꝛ ille cui ɔmēdat⁹ est
gladi⁹ cū pmittebat se redditurū reposcēti nō cogitabat furētē pos/
se repetere. Itē Aug. in li. q̄stionū gen. ca. xlv. Qd ait frib⁹ suis io
seph nesciebat. qꝛ nō ē in augurio hō q̄lis ego. qꝛ non serio sꝫ ioco
dictū. vt exit⁹ docuit. nō ē hn̄dū mēdaciū. Mēdacia. n. a mēdacib⁹
serio agunt nō ioco. Gratian⁹. Sꝫ in veteri testamēto mlta pmitte
bant quorū exēplis hodie vti nō lꝫ. Ex sum. de ca. Itē ad id qd su
pra dictū est mēdaciū adulatiōis ē mortale ɔdicit Aug. numerās il
lud int venialia. Sꝫ dic q tribus modis adulat qs attribuēdo ali/
cui bonū qd nō hꝫ approbādo malū qd hꝫ. ⁊ superextollendo bonū
qd hꝫ. In primo casu ⁊ secūdo credo esse mortale: sꝫ in secūdo gra/
uius. in tertio veniale. quidem tñ dicunt in primo casu esse veniale.

¶ Utrū mentiendū sit p saluanda vita alicuius. C. XCVI.

Solet dubitari quid agendū sit ei a quo queritur
aliqs occidēdus quē ipse scit in domo sua
latitare. Si manifestas eū timet crimen pditiōis ⁊ ho/
micidij. timet etiā peccatum illorū q̄ occident eū. ne sic
grauius morient in anima. qd etiā timet in latitante si forte est in
mortali ⁊ moriat impenitēs. Si vo nō manifestat formidat ipsum
mendaciū super quo videt nullū posse adhiberi remediū. Solutio
plane videt sentire Aug. q nullo mō debeat qs mentiri: ⁊ maxime
pfectus p vita alteri⁹ redimenda. ait. n. ad sempiternā salutē nullus
est ducēdus opitulante mēdacio. Idē. Ne qs arbitret pfecti ⁊ spi/
rituale hoīem p ista tpali vita vel morte cuius sua vel alterius non
occidit aīa debere mentiri taceat potius. vt sic neqꝫ pdat neqꝫ men/
tiat neqꝫ occidat aīaꝫ suā p corpore alterius. Itē Aug. Periculosissi/
me admittit hec cōpensatio vt nos faciamus malū aliqd ne alius
grauius malū cōmittat. Ego credo saluo meliori iudicio q talis de
bet esse processus. Primo debet tacere vt ait Augu. Sed si videt ei
q taciturnitas sit periculosa. qꝛ ex ea credit interrogās eum ɔcede/
re illum esse in domo trāsferat se si potest ad aliam materiam quasi
interrogando eum de aliquo facto. vel respondeat verbū aliquod
equiuocum. vtputa non est hic. i. non comedit hic. vel aliud simile.
Naꝫ iacob dixit patri suo isaac se esse esau primogenitū. nō natiui/
tate qꝛ tunc mentiret: sed iure primogeniture quam emerat. Item
abraham rogauit vxorem suā saram vt diceret se non vxorem sed

sororē. qꝛ filia fratris erat. Itē Thobias: ego sū inquit azarias ⁊c. Uel dic simpliciter ꝙ oꝫ negare ⁊ asserere eū nō esse ibi. si tñ cōsciētia sua dictat sibi ꝙ ita debeat dicere. tūc enī nullo mō peccabit. qꝛ nō mētiet̄. i. nō ibit ɔtra mentē. Ex sūma fratris. U. Duplex est cōsciētia veri cōtra quā dicit. ⁊ cōsciētia dicēdi cōtra quā nō facit: sic dicendo ex quo dictat ei ꝙ debeat sic dicere.

¶ De Crimine periurij. C. XCVII.

Ex sūma de ca. In mēdacio fundat̄ periuriū. ꝓprie nāqꝫ periuriū est mēdaciū iuramēto firmatū. Cōmittit autē q̄s periuriuꝫ trib⁹ modis s̄m Augu. Uel cū iurādo loquit̄ falsum sine intētiōe fallendi. vel cū iurando loquitur falsum cum intentione fallendi: vel cum iurando loquitur verū cuꝫ intentione fallendi. Qualiter autem hoc fiat ostēdit Aug. ponēs hos tres modos periurij. Primus modus cū q̄s fallit̄: puta qꝛ credit verū esse qđ falsum est. ⁊ temere ac indiscrete iurat. Secūdus cū scit vel putat falsum esse. ⁊ tñ ꝓ vero iurat. Tertius cū putat aliq̄d falsuꝫ esse. ⁊ tñ verū est. ⁊ ipse iurat tanq̄ verū. Primū periuriū est peccatum sed veniale si adhibuit diligentiā quā debuit. Si vero ignorantia iuris vel facti crassa fuerit ⁊ supina mortale. Duo vltima sunt mortalia sꝫ primū grauius. ⁊ hoc circa assertoriū. Circa promissoriū similiter sunt tres modi periurij. primus cū iurat se facturū vel dicturū aliq̄d illicitū vel inhonestū. Secūdus cū iurat se facturū vel dicturū aliq̄d licitū. ⁊ hoc cū solēnitate sꝫ absqꝫ necessitate ⁊ indiscrete. Tertius in iuramētis quotidianis q̄ fiūt sine solēnitate in cursu verboꝝ ex quadā leuitate ⁊ cōsuetudine mala. de re tñ licita vel etiā cū fiūt huiusmodi iuramēta iocosa. In his trib⁹ statim cū iurat peierat. Primū iuramentū est mortale ⁊ nullo modo obseruandū. Secūdū similiter mortale sꝫ minus ⁊ omnino seruandū ex quo seruari pōt sine interitu salutis eterne. Tertium veniale iuramētū est affirmatio vel negatio de aliquo sacre rei attestatione firmata. Causa institutiōis est duplex. Una ꝓpter infirmitatē hoīum de facili dubitantiū. Alia ꝓpter vitandā idolatriā. Ex his patet ꝙ iuramētū licitū est ⁊ bonū ⁊ etiā meritoriū: cū ꝑ ipsum ꝓximo subueniat̄. ad qđ tenemur ex precepto nec ideo dissuadet̄. qꝛ ipsum sit malū. sꝫ qꝛ ex frequēti ⁊ incauta iuratiōe sepe solet ɔtingere periuriū. sicut vinū nō est malū. ⁊ tñ ꝓhibet apostolus vinuꝫ bibere ad sup̄fluitatē. qꝛ inde solent ꝓcedere ebrietates ⁊ luxurie. Ex summa iuris. Dicit̄ aūt iuramētū illicitū. qñ est ratione persone q̄ iurat vt si paruulus iuret. Quādoqꝫ ratiōe eius cui iurat̄. vt si clericus laico iuret. Quādoqꝫ ratiōe eius qđ iurat̄. vt si iuret̄ id qđ est mortale peccatū. Quādoqꝫ ratione eius ꝑ qđ iurat̄: vt si ꝑ idola vel ꝑ creaturas. Quādoqꝫ ratione eius ad qđ siue ꝓpter qđ iurat̄. vt si q̄s iuret ob hoc vt eligat̄. Qñqꝫ ratiōe eius cur iurat̄. sicut iuramētum herodis ꝓpter saltationē. Quādoqꝫ ratiōe modi iurādi: vt si iuret̄ indiscrete. Quādoqꝫ vero ratiōe tp̄is. vt si iuret̄ in dieb⁹ dominicis. Unde versus. Si ius iusiurandū licitū vis discere cerne. Quis: cui: q̄d ꝑ q̄d: ad q̄d: cur: quō: quādo. Clericus tñ iurare debet in quibusdam casib⁹. s. ꝓ pace. ꝓ tollēda infamia. ꝓ fide. ꝓ reuerētia. ꝓ dāno vitādo. pro defectu veri. Unde versus. Pax ⁊ fama: fides: reuerētia: cautio damni. Defectus veri: sibi querunt magna caueri.

¶ De Speciebus periurij. C. XCVIII.

Periuriū triplicitur dicitur. s. iuratio falsa. sciēter facta. iuramentū indiscretuꝫ. ⁊ est transgressio liciti iuramenti. Ex sūma de casibus. Pena periurij est ꝙ debet penitētiā agere septē annis sicut ꝓ alijs peccatis mortalib⁹. Periurus in iuramēto assertorio nō est infamis. Ex summa fratris. U. Quid de vxore suspecta de adulterio. ꝙ ipsa reuera cōmisit. nunquid postq̄ confessa fuit de peccato ⁊ penituerit potest iurare ꝙ non sit in culpa de illo adulterio ꝓpter scandalum mariti ⁊ aliorum amicorū qui alias placari non possunt nisi hoc iuret. ⁊ ad hoc compellunt eam. Respondeo potius debet omnia mala tolerare. q̄ huiusmodi temerarium subire iuramentū cuꝫ certa esse non possit ꝙ huiusmodi culpa sit ei dimissa adhuc vt extra. de purga. cano. accepimus. Nisi sic compulsa iuraret sub verbis duplicibus: qui vno sensu continerent veritatem. ⁊ in illo sensu intelligeret non peccaret per hanc cautelam illius malitiaꝫ excludēdo. Quid si aliquis ex impetu iuret aliquid sup̄ quo si plene deliberasset. nō iuraret. nunquid seruare tenetur. Credo ꝙ sic si licitum est quod iurauit. sufficit enim ad hoc ꝙ sit obligatus ꝙ intēdit deū inducere testeꝫ illius rei. Sed videtur magister innuere ꝙ qui iurat se facturum aliquid: si non intendat se obligare vel facere quod iurat. non est obligatus ex illo iuramento. licet mortaliter peccauerit in iurādo. Ego credo sine p̄iudicio ꝙ ex quo q̄s inducit deū testē alicuius rei licite faciende. quicquid intēdat quicquid ꝓponat tenet̄.

¶ De Criminis aggrauatione ratione solennitatis adhibite. C. XCIX.

Ex summa de casibus. Circa solēnitates nota ꝙ qui iurat per deum multum obligat̄. qui vero per deum ⁊ euangelia magis obligatur. qui istis adiungit sanctoꝛuꝫ reliquias magis adhuc obligat̄. ⁊ ita crescentib⁹ solēnitatibus crescit obligatio. Sed q̄d si vnus iurat ꝑ deū. alius ꝑ euāgeliū. Solet tñ dici cōiter a doctorib⁹ ꝙ si vtrūqꝫ iuramētū solēnit̄ factū est eq̄lit̄ obligat. Si aūt alterū solēniter alteꝝ nō: magis ē obligat⁹ quo ad ecc̄liā solēnit̄ iurās. sꝫ q̄tū ad deū equaliter. Aliter vō quāto sanctius ꝑ qđ iurat̄ tanto magis est. vt ait Aug. penale ꝑiuriū. Gratianus. Cā. xxij. q. j. querit̄ quis magis teneat̄ reus an ille q̄ ꝑ deuꝫ: an ille q̄ supra sacra euāgelia iurat. Huic questioni Iohes Chrisostom⁹ respondet dicēs. si aliqua cā fuerit. modicum videt̄ facere q̄ iurat per deū. q̄ aūt per euangelium maius aliq̄d fecisse videt̄. quib⁹ dicendū est. stulti scripture sancte ꝓpter deū facte sūt nō deus ꝓpter scripturas. Itē Hiero. Amonendi sunt oēs vt diligenter caueāt ꝑiuriū: nō solū in altari seu sanctoꝝ reliquijs: sed etiā in cōmuni loquela. Iteꝫ pius papa. Si q̄s ꝑ capillū dei vel caput iurauerit. vel alio mō ɔ̄ deuꝫ blasphemia vsus fuerit. si in ecclesiastico ordine est deponat̄: si laic⁹ anathematizet̄.

¶ De Iuramento per creaturas non concessas. C. C.

Hiero. super Math. lib. j. Considera ꝙ saluator nō pe deum iurare ꝓhibuerit: sed per celū ⁊ terrā ⁊ per hierosolymā: ⁊ per caput tuū. ⁊ hoc q̄si paruulis fuerat longe cōcessum. vt qñ victimas imolabant deo ne eas imolarent idolis. Sic iurare ꝑmitterent̄ in deum non ꝙ recte hoc facerent: sed quod melius esset id deo exhibere q̄ demonijs. Item ex concil. chartag. Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandū: si perstiterit in vitio excōmunicandū. Inter epulas vero cantantē supra dicte sententie seueritate coercendum decreuimus. Et si quis per creaturas iurauerit acerrime castigetur ⁊ iuxta hoc ꝙ synodus diiudicauerit peniteat. Si quis autem talem hominē non manifestauerit non est dubiuꝫ quin diuina condemnatione coerceat̄. Et si episcopus ista emēdare neglexerit acerrime corripiatur. Ex summa fratris. U. Excepta cōsuetudine nō credo ꝙ si quis aliquando iurat per caput aut oculos domini: aut alia membra eius que in ceteris hominibus non censentur turpia vel inhonesta. vel per que cōsueuerunt homines iurare. non credo inq̄ ꝙ peccet mortaliter. Ribaldos autem ⁊ illos qui passim ⁊ assidue iurant per membra dñi non audeo a peccato mortali excusare. August. ad publicolā. Sed obiciatur ꝙ ioseph sanctus vir per creaturas iurauit dum dixit fratribus suis per salutem pharaonis non exibitis hinc. Sed sciendū est ꝙ sancti non tam per creaturas q̄ per actorem creaturaruꝫ iurabant. nec in creaturis aliud q̄ creatorē ipsarum venerabantur. sicut ioseph per pharaonem iurando hoc in eo veneratus est. ꝙ dei iudicio positus erat rex in ifimis. Unde ait apostolus. Omnis potestas a domino deo est. Deus auteꝫ per creaturas iurare ꝓhibuit ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis inesse crederetur vel ne creaturas contemptibiles indicando per eas promissa pro nihilo duceremus. Ex summa de casibus. Colligit̄ ex p̄missis ꝙ ꝓhibitum est iurare ꝑ creaturas. excipiunt̄ tñ quedam per quas licite iurat̄ videlicet per euangelium altare reliquias sanctoꝝ crucem consecrataꝫ. In manu etiā ep̄i ⁊ hoc ideo: qꝛ in istis creaturis ad deum tñ habet̄ respectus. Videt̄ etiā ꝙ per salutem principis possit iurari. j. q. vij. quotiens. j. quia iurare intelligitur per eum cuius iudicio salus principis consistit. hoc tamen non est in vsu. nec multum approbo.

¶ Utruꝫ iuramentū per idola vel ꝑ creaturas obliget. C. CI.

Causa. xxij. q. j. Sed querit̄ vtꝝ vtendū sit fide ei⁹ q̄ ꝑ demonia iurat. De his ita scribit. Aug. ad publicolā. Si quispiā ꝑ deos falsos iurauerit se fidē seruaturū ⁊ eaꝫ nō seruauerit. qꝛ ⁊ iurauerit ꝑ quos nō debuit. ⁊ ɔtra pollicitā fecit fidē qđ non debuit. bis vtiqꝫ peccauit. Ac per hoc qui vtit̄ fide illius quē ɔstat iurasse ꝑ falsos deos ⁊ vtitur nō ad malū sed ad bonū ⁊ ad licitum nō peccato illius se sociat quo per demonia iurauit sed bono pacto ei⁹ quo fidē seruauit. verūtamē minus malū est ꝑ deos falsos iurare veraciter: q̄ ꝑ deū veꝝ fallaciter. Quāto. n. ꝑ qđ iurat̄ magis sanctū est: tāto magis penale ꝑiuriū. Sed si ꝑiuriū tanto magis penale est: quanto sanctius illud ꝑ quod iurat̄ apparet. ꝙ ⁊ si ꝑ creaturas mendacit̄ iurans duplicit̄ peccet. grauiori tñ pene se subicit qui per creatorē iurat mendaciter. Ex summa fratris. U. videt̄ ꝙ semꝑ sit maius peccatum iurare per falsos deos veraciter q̄ per verū deuꝫ fallaciter. qꝛ in primo est

peccatum idolatrie quo nullum maius. Respondeo. in huiusmodi cōparatiōe habet̃ respectus ad transgressionē iuramēti non ad formā iurādi. Augu. vbi supra. Sicut etiā de iuramēto qđ fit p creaturas intelligendū est ꝙ ipsum quidē p creaturas iurare malū est. qꝛ a deo prohibitū est. sed seruare qđ iurat̃ bonū est. vt euitet̃ peccatū mendacij ⁊ dolositatis. Ex summa de ca. In summa vero no ta ꝙ cū vnus iurat se seruaturū fidē p falsos deos vel per creaturas nō cōcessas. ⁊ alter iurat idē sed p verū deū. si vterqꝫ trāsgrederetur magis peccat secūdus ꝙ̃ primus. Itē cū aliquis iurat p falsos deos vel p creaturas nō cōcessas. vel alio modo qđ videat̃ esse cōtra religionē fidei christiane se soluturū aliqđ vel facturū. si christianus nō potest aliter habere fidē in dictis illius. ⁊ expedit ei habere cautionē ab eo. lꝫ ille peccet iurādo: nō peccat iste recipiendo. Nā ⁊ si iuraret talis blasphemus per deū verum facilius obiuraret tali iuramēto. ⁊ tamen magis peccaret.

¶ Utrū Recipiēs vel exigēs iuramētū peccet. C. CII.

Causa. xxij. q. j. Aug. sup epistolā ad Galathas. Non est cōtra preceptū dñi iuratio que a malo nō iurantis est. sed increduli a quo iurare cogitur. Gratianus. Sed cū dicat̃ procedere a malo nō credentis. videt̃ ꝙ ⁊ si iurare peccatū nō sit: recipe tamē iuramētū malū sit sed nomine mali nō malitia intelligit̃: sꝫ pena peccati. Ex penali eni infirmitate incredulitas illa processit qua ad iurādū cōpellimur. Ipsum antē iurare sicut peccatū nō est. ita iuramentū ab aliquo recipere malū nō est. Unde Augu. scribit ad publicolā. Quis dictū sit ne iuremus: nunꝙ̃ memini me legisse ne ab aliquo iuramentū recipiamus. Alia questio est vtrū non peccet q̃ per falsos deos sibi iurari facit ab illo q̃ eos colit. Cui questioni possunt illa testimonia suffragari de Laban ⁊ abimelech. si tū abimelech p deos suos iurauit sicut Laban p deos sochot. Sicut etiā cū in li. Machabeoꝝ: romani legant̃ pacē firmasse cū iudeis intelligēdi sūt iurasse p falsos deos sicut ⁊ iudei iurauerūt p verū deū. Ibidē. q. v. Porro an epūs eēt reus periurij q̃ ad peierandū archiđ. cogebat. facile pōt discerni. Si eni cōsentiēs pari pena cū faciēte puniēdus est: multomagis ille q̃ cogit reus admissi criminis probat̃. Unde pius papa ait. Qui compulsus a dño sciēs peierat vterqꝫ sunt periuri ⁊ dñs ⁊ miles. dñs qꝛ precepit. miles qꝛ plus dñm ꝙ̃ aiam dilexit. Si liber est. xl. dies in pane ⁊ aqua peniteat. vij. sequētes annos. Si seruus eiusdē. iij. quadragesimas peniteat ⁊ legitimas ferias. Itē ex penitētiali theodori. Si q̃s coactus p vita redimēda vel p qualibet necessitate vel cā peioꝛ qꝛ plus corpus ꝙ̃ aiam dilexit tres quadragesimas peniteat. Alij iudicāt tres annos. vnū ex his in pane ⁊ aqua. Itē Aug. in sermone de decollatiōe sancti Johis. Ille q̃ hoiem puocat ad iurationē ⁊ scit eū falsū iuraturū esse vincit homicidā: qꝛ homicida corpus occisurus est ille aiam. immo duas aias. ⁊ eius quē iurare puocauerit ⁊ suā. Idē in sermone de periurijs. Si autē scit eū fecisse. ⁊ cogit eū iurare homicida est. ille. n. se suo periurio interimit. sed iste manū interficientis ⁊ impressit ⁊ pressit quasi diceret multipliciter cogēdo. Itē ex cōcil. maguntī. Si quis conuictus fuerit alios ad falsa testimonia vel periuria attraxisse vel quacūqꝫ corruptiōe sollicitasse. ipse quidē vsqꝫ ad exitū vite non cōmunicet. hi vero q̃ ei in periurio cōsensisse pbant̃ postea ab omni testimonio sunt remouēdi. ⁊ fm legē infamia notabunt̃. Itē qui audit aliquē falsum iurare ⁊ tacet delinquit vt ait aug. in questionib⁹ leuit. multomagis ergo reus est qui ad peierādū aliquē cōpellit. Ex sūma de ca. Qđ autē dictū est ꝙ iste vincit homicidā. intelligas in dāno dato. qꝛ maius damnum est in amissione vnius anime ꝙ̃ infinitoꝝ corpoꝝ. Aliter grauius peccat homicida.

¶ De Illo q̃ audit aliū peierare ⁊ tacet. C. CIII.

Ex summa de ca. Sacrilegiū est sacre rei violatio: ⁊ eiusdē vsurpatio. Dicitur aūt sacrilegiū q̄si sacriledium. i. sacrū ledens. Cōmittitur aūt sacrilegiū rōne ꝑsone cū q̄s verberat clericū vel ꝑsonā religiosam. Rōne loci cū ecclesie vel cimiterij emunitas violatur. Rōne rei cū res ꝯsecrata vel sacro vsui deputata vsurpatur. Large tñ dicitur cōmittere sacrilegiū ⁊ trāsgressor iuris publici: qđ cōsistit in sacris sacerdotum magistratib⁹. Itē q̄ articulos fidei. i. ꝑcepta vel ꝓhibitiones dei etiā negligēdo vł nesciēdo violat ⁊ offendit. Itē q̄ disputat de iudicio ꝑncipis: vel iudicat. ⁊ h' nisi euidēter cōstaret illud eē ꝯtra deū. Itē q̄ publica officia cōmittit iudeis. Itē quicūqꝫ rem datā ecclesie retinuerit vel accepit ꝯtra eius volūtatē. Cā. xvij. q. iiij. Pius papa: Sicut maius peccatū est qđ in deū cōmittitur q̄ꝫ qđ in hoieꝫ: sic graui⁹ ē sacrilegiū agere q̄ꝫ fornicari. Ibidē Ioh. viij. oibus ep̄is. Sacrilegiū cōmittitur si q̄s infregerit ecclesiā: vel. xxx. ecclesiasticos passus q̄ in circuitu ecclesie sunt: vel domos q̄ infra predictos passus fuerint: aliq̄d inde rapiendo vel auferēdo: seu q̄ iniuriā facit: vel oblationē rerū intulerit clericis arma nō ferentib⁹: vel monachis siue deo deuotis: oibusqꝫ ecclesiasticis ꝑsonis. Capelle que sunt intra ambitū murorꝫ castellorꝫ: non ponuntur in hac. xxx. passuū obseruatione. Silr̄ sacrilegiū cōmittitur auferēdo sacrū de sacro: vel nō sacrū de sacro: siue sacrū de nō sacro. Gratian⁹: Dicitur aūt sacrilegiū cōmittere q̄ violētas ⁊ impias man⁹ in clericū iniecit. Cōmittunt etiā sacrilegiū q̄ diuine legis sanctionē aut nesciēdo cōmittūt aut negligēdo violāt ⁊ offendūt: aut q̄ de ꝑncipali iudicio disputāt dubitātes an is dign⁹ sit quē ꝑnceps elegerit: vel q̄ intra ꝓuinciā i. q̄ ꝓuinciales ⁊ ciues habentur officiū generāde ac suscipiēde administratiōis desiderāt: vt li. ix. eo. ti. de crimine sacrilegij. Silr̄ de iudicio sūmi pōtificis alicui disputare nō licet.

¶ De Uiolatione emunitatis sacri loci. C. CXXVII.

Ex summa de ca. Ecclesia. i. ipse locus cōsecratus habet emunitatem: vt nullus inde ꝑ vim abstrahatur: nisi in casib⁹: videlicet si sit publicus latro: vel nocturn⁹ populator agrorꝫ. Itē si in ipsa ecclesia cōmisit homicidiū vel aliud maleficiū. tūc eñi nō debet defendi ab ecclesia. cū eā violauerit. Augu. ad Bonifaciū: Hominē de ecclesia rapuisti. Tuus si de tuo amico forte ꝑsumeretur fugitiuus: posset ꝓculdubio intercessoris cā veniā ꝓmereri. ergo si amic⁹ attēditur cur deus offenditur. Itē ex li. cap̄. Reum ad ecclesiā fugiētē nemo abstrahē audeat: neqꝫ inde donare ad penā vel ad mortē: vt honor ecclesie ꝯseruetur. sed rectores ecclesie pacē ⁊ vitā ⁊ membra obtinere studeant: tñ legitime cōponat qđ iniq̄ fecerit. Itē Gelasi⁹ Epiphanio ep̄o. Ad ep̄os ceteros duxerim⁹ iussionē: vt eos q̄ ecclesias violasse ꝓhibentur: accessu earū iudicēt eē indignos. Itē Pius papa: Sicut q̄ ecclesiā dei vastat: ⁊ eius predia ⁊ donaria spoliat ⁊ inuadit: fit sacrilegus. sic ille q̄ eius sacerdotes insequitur sacrilegus iudicatur. Itē ex cōcilio hilerdēsi: Nullus clericorꝫ seruū aut discipulū suū fugientē ad ecclesiā extrahere audeat: aut flagellare presumat. Quod si fecerit: donec digne peniteat: a loco cui honorem nō dedit segregetur. Itē ex cōcilio triburiensi: Si quis contumax vel superbus fugientē seruū suū: vel quem ipse persecutus fuerit de atrio ecclesie: vel de porticibus ecclesie quolibet modo adherētib⁹: per vim extraxerit pro emunitate nongentos solidos: ⁊ ipse publica penitētia mulctetur iuxta iudiciū. Gratian⁹: Uerū ne reuerētia religionis dños suos iure fraudaret: si famuli ad eccesie septa ꝯfugiētes: inde nequaquā abstraherentur. Sacris canonib⁹ est institutū: vt prestito sacro impunitatis eis etiā reddantur inuitis. Occasione nāqꝫ religionis seruus dñm suū ꝯtemnere: ⁊ eius ministeriū destituere nō debet. Ex sūma fris. U. Publicus autē latro ille est: q̄ agros militū vel priuatorꝫ de nocte populatur: ⁊ itinera frequētata. s. stratas publicas que. quasi loca sacra habētur insidijs aggressionis obsidet ⁊ ta

lem pōt q̄libet auctoritate sua de ecclesia extrahere ⁊ punire. sicut notauit. H. homicida quoq̧ extrahit᷑ ab ecclesia in q̄ vel in cuius cimiterio cōmisit homicidiū vel aliqđ maleficiū. Sed numq̄d defendit᷑ ab alia ecclesia in qua hoc nō cōmisit. sed cōfugerit ad illā. Respondeo q̄ nō. q̄ cū sit vna ecclesia vniuersalis toto orbe terrarū. licet sint multe particulares. q̄ iniuriā facit vni iniuriā facit oībus licet forte de cōsuetudine in aliq̄bus ecclesijs aliter obseruet᷑. quia forte videt᷑ eis q̄ sicut minor vtit᷑ priuilegio suo cōtra aliū minorē. ita vna ecclesia cōtra aliā. Quid de iudeo vel pagano vel excōmunicato si cōfugerit ad ecclesiā. numq̄d defendit᷑ ab ecclesia a mutilatione vel morte. Respondeo satis credo q̄ sic de iure. tñ credo cōsuetudinē regionis approbatā quo ad hoc esse tenendam.

De Effractoribus ecclesiarum. C. CXXVIII.

De effractoribus vero dico q̄ sine aliquis veniat cū pposito frangēdi ecclesiā siue nō. nō incidit in canonem. nisi eam corporaliter violet ⁊ vim inferat licet inde aliquid asportet. Unde si pdones veniāt aīo frangendi ecclesiā. ⁊ tamē nō frangāt q̄ inueniūt eam apertam ⁊ nullū resistentem. q̄ propter timorē eorū inde effugerint custodes. nō incidūt in canonē licet īträt ⁊ aliq̄d asportent. parati vim īferre si aliqui resisterent. Et credo q̄ effractor ecclesie iudicādus est qui dolo malo aut p iniuriā violenter parietē foderit aut suffoderit. aut vitreā aut seraturā aut hostia aut cardines aut vectes dum tenēt hostia firmata aut ipsum tectū ecclesie. Porro de fure qui facto foramine in pariete. aut fracta vitrea. aut seratura. aut vectib᷒ hostij intrat ⁊ aliq̄d inde asportat. licꝫ possit dici q̄ nō incidit in hanc penā cū decre. extra de sen. excom. questi. nō videat᷑ loq̄ de illis qui publice frangūt ecclesias. q̄ tamē lex distinguēs īter fractores diurnos ⁊ nocturnos. atrociores dicat esse nocturnos. pōt dici probabiliter in fauorē ecclesie q̄ talis incidit in canonē sicut publicus effractor. ⁊ q̄ a solo papa est absoluendus. postq̄ȝ fuerit per ecclesiā denunciatus.

De Pena sacrilegij. C. CXXIX.

Ex suma de ca. Pena sacrilegij sm leges est decapitatio. si psone ecclesiastice atrox iniuria fiat. alias iudicis arbitrio reseruat᷑ pro q̄litate psone rei tpis vel loci diuersitate moderāda. Sacrilegij sm canones duplex est pena. Una spiritual᷑: alia pecuniaria. Spiritualis preter penitentiā est excōicatio. cū distinctiōe tamē q̄ pro sacrilegio in psona cōmissa est maior excōicatio ipsa iure. Pro sacrilegio vero in reb᷒ cōmisso est minor excōicatio. exceptis quibusdam casibus in q̄bus est maior. vt cū q̄s incendit ecclesiā vel fregit. Pecuniaria vo qualis ⁊ quanta sit ⁊ cui psoluēda tam pro sacri. cōmisso in psonis q̄ȝ in rebus legit᷑ in decretis. Causa. xvij. q. iiij. Sacrilegiū duplicē continet penā pecuniariā videlicet ⁊ excōmunicationis. pecuniaria eis psoluēda est ad quos querimonia sacrilegij ptinet. Unde Johānes papa. viij. scribit omnib᷒ episcopis. Quisquis inuētus fuerit reus sacrilegij. episcopis abbatibus siue personis ad quos q̄rimonia sacrilegij iuste pertinuerit. xxx. libras examinati argenti ⁊ purissimi cōponat. Idē siquis domū violauerit ⁊ aliq̄ sine licētia illi᷒ cui cōmissa esse dignoscit᷑ inde abstulerit vel ecclesiasticis psonis iniuriā fecerit. donec in cōuentu admonitus legitime satisfaciat. sciat se cōmunione priuatū esse. Idē hi q̄ monasteria ⁊ loca deo dedicata ⁊ ecclesias infringūt ⁊ deposita vel alia quelibet exinde abstraxerint. damnū nonies cōponant ⁊ emunitatē triplicē ⁊ velut sacrilegi sentētie canonice subiciant᷑ vel subiugent᷑. Item ex. v. libro capitulariū. Qui occiderit monachū aut clericū relinq̄t arma. ⁊ deo in monasterio seruiat cūctis diebus vite sue nunq̄ȝ reuersus ad seculū ⁊ p. vij. annos publicā penitentiā agat. Itē Innocen. papa. ij. Siq̄s suadēte diabolo huiusmodi sacrilegij crimen incurrerit q̄ in clericū vel in monachum manus violētas iniecerit. anathematis vinculo subiaceat. ⁊ nullus episcoporū illū presumat absoluere nisi mortis vrgente periculo. donec apostolico cōspectui psentet᷑ ⁊ eius mādatū suscipiat. Gratianus. Qui autē de ecclesia vi aliquē exemerit vel in ipsa ecclesia loco vel cultui sacerdotibus ⁊ ministris aliq̄d iniurie īportauerit. ad instar publici criminis ⁊ lese maiestatis accusabit᷑ ⁊ cōuictus siue cōfessus capitali snīa a rectoribus puīncie ferietur: sicut primo libro codicis legitur.

De Retentione decimarum. C. CXXX.

Ex suma de ca. Retētores quoq̧ decimarū ⁊ relictorū p sepultura sacrilegij iure dicuntur. Decima est omnium bonorum iuste acquisitorum talis pars deo debita. Qui bene ⁊ fideliter dat decimas. quadrupliciter remunerantur a deo. Prima remuneratio est abundantia fructuū. Secūda sanitas corporis. Tertia indulgētia pctōr. Quarta celeste regnū. De duab᷒ primis Augu. Si decimā dederis nō solū abundantiā fructuū recipies: sed etiā sanitatē corporis cōsequeris. Itē de duob᷒ vltimis idem Augu. Qui premiū cōparare aut pctōr desiderat indulgētiā pmereri: reddat decimā: ⁊ de nouē partib᷒ elemosynā dare studeat paupib᷒. Qui vo non dat: punit᷑ in oppositis. Uñ dñs per Malachiā: Quia mihi nō reddidistis decimas ⁊ pmitias: iccirco in fame ⁊ penuria maledicti estis. Itē Aug. Cū decimas dando ⁊ terrena ⁊ celestia possis pmereri: pro auaritia duplicē bñdictionē fraudas. i. subtrahis tibi. Hec est dñi iustissima cōsuetudo: si tu illi decimā non dederis: tu ad decimā reuoceris: dabis impio militi qđ non vis dare sacerdoti. Deus enī noster qui dignatus est totū dare: decimā a nobis dignat᷑ recipe non sibi sed nobis sine dubio pfuturā. Uñ decime ex debito requirunt᷑. et q̄ eas dare noluerint: res alienas inuadūt. Sed hoc tollit fiscus qđ nō accipit christus. Itē Hiero. Amico rapere quippiā furtū est: ecclesiā defraudare sacrilegiū ē. Aut qđ aptissimi sceleris est: exinde enī aliq̄d subtrahere oiuꝫ predonū crudelitatē supat. Itaq̧ qui nō dat decimā: nisi sit exemptus debet anathematizari premissa canonica admonitiōe vsq̧ ad satisfactionē ⁊ emēdationē cōgruā. Ex suma fratris. U. Exemptus dicit᷑ priuilegiatus aut infeudatus legittime: aut al's tutus legittima exceptiōe siue propter cōpositionē factā cū ecclesia: siue pp̄ter tacitā vel expressam ecclesie remissionē vt notatū est supra. Extra. iij. de deci. pri. ⁊ ob. Alex. iij. Cū decime nō ab hoīe sed ab ipso dño sint institute: q̄si debitū exigi psit. Innocē. iij. Oēs q̄ rōne psonarū aut etiā pdiorū decimas ecclesijs ⁊ clericis tue dioc. exhibē tenent᷑ ad eas cū integritate reddēdas ap. re. cōpellas. Idē in ↄcil. gene. Ille decime sunt necessario soluēde: q̄ debent᷑ ex lege diuina: vel loci cōsuetudine approbata.

De Ueri nominis decima. C. CXXXI.

Ex summa de casib᷒: Decima est oiuꝫ bonorū iuste acquisitorū talis pars deo debita. Extra. iij. de deci. Alex. iij. De frugib᷒. ix. partibus sibi retētis decimā ecclesie cui᷒ parrochiani sunt sine diminutiōe soluere tenent᷑. Ex suma fris. U. Quid de illis q̄ nō soluunt decimā de vineis ⁊ quibusdā alijs pdijs: sed vicesimā: vl' aliā aliquotā minorē decime. Quid etiā de illis q̄ de oliuis vel nucib᷒ vel quibusdam alijs terre fructib᷒ nihil soluūt pro decima: nūquid excusant᷑ p ↄsuetudinē: cū cōtraria videant᷑ eē legi diuine. Rñdeo Credo q̄ sola cōsuetudo nō excusat in predictis casib᷒: si tñ cōpositio auctoritate epi ⁊ eccl'ie (cui᷒ interest decimas huiusmodi solui) facta est cū illis q̄ debent decimas de minori parte soluēda q̄ȝ decima. Uel si ita obtentū est a tpe cui᷒ nō extat memoria: excusant᷑ q̄ min᷒ soluūt q̄ȝ decimā. nec psit auctoritate ppria illi qui fecerūt cōpositionē: aut sine ↄtradictiōe sustinuerūt huiusmodi ↄsuetudinē: vel successores eorū aliq̄d plus solito exigere: vel de reb᷒ de quibus nō ↄsueuerūt decime solui de nouo aliq̄d exigere. nec dñi prediorū vltra solitū tenent᷑ aliq̄d soluere: nisi ad inopiā ecclesia redigat᷑: vel nisi auctoritate dñi pape hoc fiat ex certa scientia reuocātis cōpositionē predictā vel cōsuetudinē. Uerū est tñ q̄ sola cōsuetudo nō liberat debitorē decimarū in predicto casu vel in pdictis casib᷒. Sꝫ cōpositio vel remissio siue quitatio facta ab ecclesia expresse vel tacite siue presumptiue: ex hoc q̄ p tantū tp̄s pacifice sustinuit: q̄ aut nihil pro decima solueret᷑: aut min᷒ q̄ȝ decima.

Utrū Papa possit in huiusmodi dispensare. C. CXXXII.

Sed quō potest ecclesia absoluere aliquē tacite vel expresse a legittima prestatione decimarū: cum debeant᷑ iure diuino. Itē quō potest papa priuilegiū alicui dare de non dandis decimis. Ad primū dic: q̄ reuera ecclesia nō potest aliquē absoluere: vel remittere ius soluēdi decimas: ad quod semp tenent᷑ dñi prediorū. Sed bene potest absoluere vl' remittere ipsam prestationē: vel actū prestandi. sicut ↄcedo q̄ ex quo matrimoniū est consumatū inter fideles: neuter potest absoluere reliquū a vinculo matrimoniali: vel a iure mutue seruitutis: licꝫ posset absoluere illū ab actu vel executione illius iuris: cū de cōmuni consensu transeunt ad religionē. Potest etiā dici: q̄ in predictis casibus fingitur a iure: q̄ dñi prediorū breui manu soluerint ecclesie decimas: ⁊ rursus ecclesia redonauerit eis vel in totū: q̄n. s. ecclesia nihil consueuit recipere minus q̄ȝ decimā. vel in partē: q̄n cōsueuit recipere minus q̄ȝ decimā. Ad aliud potest dici: q̄ papa non dat priuilegiū alicui de decimis nō soluendis: nec dare potest: sed solūmodo ius administrādi pauperibus: ⁊ retinēdi sibi necessaria ex eis. Quod potest facere papa nō solum de decimis quas de iure cōi debent monachi: sed de illis quas alij debēt ecclesijs parrochia

notis. Uel dic q papa in his que nō pertinent ad articulos fidei. vel ad decalogū pōt dispensare τ pꝛiuilegia alicui cōcedere nō tamē canonē generalē cōtrariū statuere. Unde notauit Alanus q papa possēt alicui laico ɔcedere q nō solū nō daret decimas sed τ q reciperet ab alio nō tamen oībus laicis hoc posset cōcedere vt dicit nisi ex causa ad tēpus. sicut dicit fuisse cōcessum gallicis. Qđ tamē ibi dicit q necessario soluēde sunt decime que debentur lege diuina. intelligo quando nulla facta est cōpositio inter ecclīam τ dños pdioꝝ. vel qñ ecclesia nō remisit eas tacite vel expresse vt dictū est supra. vel qñ ecclesia īdiget. vel qñ exigunt auctoritate pape sciens reuocantis cōpositionē vel consuetudinem contrariam.

¶ De Quibus rebus dande sunt decime. C. CXXXIII.

Ex sūma de ca. Debēt dari decime de oībus fructibus terraꝝ. pomis arboꝝ. herbis hortoꝝ. Nutrimentis animalium. lana. lacte. feno. lignis. piscationibus. venationibus. fictis. pēsionibus. molendinis etiam de vento: balneis fullonicis argētarijs. metallarijs. lapidicinijs. Itē de negocijs. τ artificijs. τ ceteris bonis etiā de tēpore. Extra. iij. de decimis. Alexander. iij. Parrochianos vestros monere curetis: vt de prouentibus molendinoꝝ piscarioꝝ feno τ lana decimas ecclesijs quibus debētur cū integritate persoluāt.

Idem parrochianos tuos de apibus τ de omni fructu decimas persoluere ecclesiastica districtione compellas. Celestinus. iij. Fidelis homo de omnibus que licite potest acquirere decimas erogare tenetur. Ex summa fratris. U. Nūquid de rebus donatis legatis vel inuentis vel iure successionis acquisitis debēt dari decime. Alanus notauit q nō. τ q ex his tantū que naturaliter vel ex operibus suis quis acquisierit tenetur soluere decimas de alijs autem nō reperitur. Probabilius tamen videtur notasse. D. scilicet q legatarius τ donatarius tenētur dare decimas de re donata vel legata. licet decimata fuerit a legatore vel donatore. filius tamen quia omnia bona patris pertinēt ad ipsū τ eius sunt quodāmodo quo ad proprietatem. si succedat patri nō tenetur ea decimare si decimata sunt a patre. sed heres extraneus tenetur ad hoc: sicut legatarius τ donatarius qui omne lucrū vel emolumentū quod ad ipsos peruenit tenētur decimare. Dicit etiam ibidē q fur raptor τ vsurarius si nō velint male ablata in totum restituere. tenent res huiusmodi decimare. quod tamen intelligit vt credo si res ille nō fuerant a domino decimate. Ex sūma de casibus. Ex predictis patet q quedā sunt decime personales. τ quedā prediales. Sed querit vtrum oēs decime sint in precepto an prediales tantū. quia vix dantur alicubi decime personales. preterea in lege domini nō vident precepte nisi prediales. Dicit autem Inno. q ille quippe necessario soluēde sūt. que debentur ex lege diuina vel loci cōsuetudine approbata. Ius vero positiuum siue humanum tollit cōsuetudo. Si ergo personales decime nō dei sed hominū precepto debentur. videtur q cōsuetudo cōtraria a culpa liberet nō soluētes. consilium tamē sanū esset vt soluerent vel saltem auctoritate episcopi τ ecclesiarum quibus essent persoluende erogarent.

¶ Utrū de male acquisitis debeant dari. C. CXXXIIII.

Queritur vtrum de iniuste τ turpiter acquisitis teneatur quis dare decimas. vt de meretricio. fenore. rapina. τ similibus. videtur q nō quia qui offert sacrificium de substātia pape τc. Item nō accipies mercedē prostibuli. honora deū de tuis iustis laboribus. Econtra videt. q2 licet meretrix turpe meretricet. non tñ turpiter accipit. Itē delictū nō debet imunitatē tribuere. vt ait Aug. So. decimaꝝ alie psonales alie pdiales. In psonalibus disting. q2 aut est trāslatū dominiū pecunie decimāde in accipientē τ non cōpetit repetitio. vt in meretrice τ histrione: vel nō: vt in fure raptore symoniaco vsurario. In pmo casu ille tenet dare sꝫ ecclesia nō dꝫ recipe qdiu ille est ī scelere. ne videat approbare delictū eius. sicut τ qñq; respuit ecclīa oblatiões aliquoꝝ ob detestationē criminis in quo iacēt vtputa notorie diffidentiū raptoꝝ τ vsurarioꝝ meretricis. vel propter aliud crimen notoriū τ horrendū. Sed postq̄ penitētiā acceperint pōt ecclesia decimas etiā pteritas recipe. In scdo casu. s. cū nō trāsfertur dominiū. vel trāsfert. sed cōpetit repetitio. ecclesia non debet recipe. Ad pdiales autē soluēdas tenet quilibet indistincte etiā inimicus τ iudeus. τ ecclesia pōt licite recipere. q2 ille non intuitu persone sed prediorū dantur. Ex sūma fratris. U. Nota q sm. D. in symonia τ vsura nō transfertur dominiū. sm aliquos transfert sꝫ. sm omnes competit repetitio. quia debitor potest repetere ab vsurario. Ecclesia vero in cuius iniuriam commissa est symonia potest repetere a symoniaco.

¶ Qualiter τ qñ debeant dari. C. CXXXV.

Ex sūma de casi. Dande sunt decime non deductis expēsis indistincte: si sunt prediales. Si vo sint psonales. i. de negocio: vel artificio: vt de alijs q̄ nō cōputant fructibus terre: distinguit vtrū surgant de rebus decimatis: an nō. In pmo casu deducunt expense in secūdo nō. Itē debēt dari prediales statim cū fructu pcipiunt: τ anteq̄ separet inde census: vel tributū: vel simile. Si tñ facta fuerit pmo talis sepatio: sicut rustic9 tenet decimare qđ sibi remanet: ita dñs de hoc qđ de aceruo indecimato accepit. Personales aūt pñt dari in fine anni: vt sic maioꝝ vtilitas pueniat ecclesie. q si p minutias soluerent. Agnos aut pullos: vitulos: τ huiusmodi. nec tenet dare optimos nec deteriores sed mediocres: vel sicut trāsierint sub virga pastoris. qđ eni decimū venerit sanctificet dño. Indignū eni est dare deo qđ dedignatur hō. Diuisionē canonicā habes. xij. q. ij. quatuor. Uerū q2 illud in paucis ecclesijs obseruat: credo in talibus ɔsuetudini standū eē. Extra. iij. de deci. Mā. qua. eos cogatis vt decimā statim frugibus collectis psoluāt: τ de subtractis τ retentis dignā satisfactionē exhibere pcurāt. Inno. iij. Circa res factas vel acq̄sitas de pecunia decimata: qñ ipse vēdunt: credimus deducēdas expensas: τ de residuo qñ de lucro decimas psoluēdas. vt si vēdat domus: ager: vinea: cliban9: molendinū: grex: aut quelibet merces. Expensas tñ q̄ sunt pro fructibus pcipiēdis ex illis de quibus fructus peruenīt nō credim9 deducēdas: etiā si fuerint decimate: qñ salua decima fructus efficiunt eoꝝ qui faciūt ipsas expensas. Fruct9 aūt ipsos alienari posse non credim9 nisi cū onere decimarū. nec pro restaurādo detrimēto quarūlibet rerū ex quibus decime psoluunt: credimus deducēdas expensas de pueētibus decimādis: q2 penes dñm res pmanēt restaurāde: vt si pars aliq̄ moriat armēti: aut deterioretur: vel vnica portio mercis deperiat: vel totus clibanus destruat.

In cōcil. ge. Cū autē in signū vniuersalis dominij qñ quodā titulo speciali sibi dñs decimas reseruauit: exactionē tributoꝝ τ cēsuū pcedat solutio decimarū: vel saltē hi ad quos census vel tributa in decimata peruenerit: cū res cū onere suo trāsit ad eū p cen. ec. decimare cogant ecclesiasticis: quibus de iure debent.

¶ De Mora decimandi. C. CXXXVI.

Ex summa de casibus. Quid si quis vendidit aceruū frumēti ante solutionē: q̄s tenet ad solutionē: Dico q vterq; tenet. tenet vēditor propter dolū quē cōmisit: τ quia habet preciū qđ succedit loco rei. τ etiā emptor: q2 res trāsiuit ad eū cū onere decimarū. τ ita potest ecclesia petere a quo maluerit. Credo tñ q si obiciat: a vēditore liberatus est emptor: vel ecōuerso. Absit eni q ecclesia suum recipiat cū augmēto. Itē si emptor fuit bone fidei: τ soluit decimā: tenet ei vēditor. si fuit male fidei nō tenet: nisi expresse dictū fuerit et cautū. Sed tñ vterq; debet agere penitentiā de dolo τ qñ furtū q cōtrectauerūt decimā inuito dño. In foro tñ penitētiali tutū est q si emptor persoluit decimam: sibi restituat: nisi forte ex casu sic emptor nō inuenit deceptus in re: quia bene valet adhuc preciū.

Ex sūma fris. U. Uidet tñ quibusdā: τ pbabiliter: q in hoc casu nō teneat vēditor in foro penitētiali ad restituendū emptori quod soluit ecclesie: cū sit licitū ɔtrahētibus se inuicē decipe: dū tñ absit fraus τ dolus: τ nō vltra dimidiū iusti precij fiat deceptio. Ex sūma de ca. Itē qđ si aliq̄s furtiue: vel etiā violenter armata manu rapuit totū aceruū: vel partē de area rustici ante solutionē decimarū. Nūquid tenet rusticus ecclesie: Sol. Dominiū decime residet penes ecclesiā: τ ante sepationē statim collectis fructibus debet dari. ergo si nō soluant statim cū cōpetēter solui pñt: in mora est rusticus: ergo piculū spectat ad ipm: q̄re tenet ecclesie. Si vo nō erat adhuc in mora: τ violēter sibi ablatū est ab extraneo cui nō potuit phibere nō tenet: sed aget ecclesia ɔtra raptorē. Et hoc teneas pro regula q semper posterior mora nocet ei per quē fit. Scdm hoc dico q si rusticus erat in mora tempore violentie: tenet ad totalem decimā totius aceruī. Dabit enim ecclesia rustico suas actiones contra violentum. Si vo ecclesia in recipiendo erat in mora: de residuo tñ recipiet decimā: nisi in casu. s. si propter morā ecclesie: sine qua non audebat tāgere fructus: rusticus non reposuerat fructus quos alias reposuisset in locum securū. tunc quicquid asportatur cedit in periculum ecclesie ad minus vsq; ad complementum decime. Ecclesia eni non debet petere lucra cum damnis alioꝝ. Ex summa fratris. U. Credo tamen: q si de cōsuetudine aut cōstitutione aliqua non licebat rustico tollere τ reponere fructus suos: nisi de licentia ecclesie: si ecclesia fuit in mora dandi licentiam: ecclesia tenebit ad restitutionem damni rustico.

¶Que persone tenent᷑ decimam dare. C. CXXXVII.

Ex summa de ca. Dantur autēꝫ decime a laicis. Monachi vō nigri: canonici seculares ⁊ regulares tenent᷑ dare decimas de omnibꝰ possessionibus suis exceptis noualibus. ceteris qꝫ nutrimētis animaliū suoꝝ: nisi sint vlteriꝰ specialiter priuilegiati a papa vel nisi possint se ꝑscriptione tueri. Ex summa fratris. V. non est verū de secularibus canonicis qꝛ nō tenent᷑ ad decimas de noualibus soluendas parrochijs in q̄bus sunt terre eoꝝ. Ex sūma de casibus. Itē qḋ dictū est de clericis secularibꝰ restringūt quidam ad mansuꝫ ecclesie. Nā de predijs patrimonialibus tenentur dare illi ecclesie in cuius parrochia sita sunt. Alij dicūt ꝙ si nō recipiūt ecclesiastica sacramēta ab illa ecclesia nō tenent᷑ dare aliter sic. Vel dic ꝙ si deseruiūt illi ecclesie nō tenent᷑. alias sic. Itē leprosi tenent᷑ dare decimas nisi de hortis ⁊ aīalibꝰ. Ex sūma fratris. V. Solos illos leprosos ītelligo nō teneri ad soluēdas decimas de horti ⁊ animalibus q̄ viuūt in cōi. Si enim aliq̄s viuat, solitariꝰ in domo sua maxime si sit diues. nō credo ꝙ gaudeat isto priuilegio. Extra. iij. de decimis ⁊ pri. Paschasius. ij. Nouū genꝰ exactiōis est. vt clerici a clericis decimas exigāt illi profecto clerici qui a clericis spiritualiū ministerioꝝ labores accipiūt decimas eis debēt.

¶De his qui priuilegiati sūt in hac parte. C. CXXXVIII.

Ex summa de ca. Monachi albi templarij ⁊ hospitalarij hierosolimitani non tenent᷑ dare decimas de possessionibꝰ suis q̄s proprijs manibus vel sumptibꝰ excolūt. Secus est si tradāt rusticis excolēdas ad firmā. Itē qḋ dictū est ītellige de possessionibus q̄s habebāt ante generale cōcil᷑. De illis enim q̄ postea gratis sunt collate sibi vel q̄s ipsi emerūt pro monasterijs de nouo fundatis. qꝛ aliter nō licet eis emere tales possessiones de q̄bus decime debebātur ecclesijs etiā si illas ꝓprijs manibꝰ vel sumptibꝰ excolāt tenent᷑ ꝑsoluere decimas ecclesijs q̄bus rōne prediorūꝫ antea soluebant᷑.

Extra. iij. de decimis ⁊ pri. Alex. iij. Predecessores nr̄i fere omnibus religiosis decimas laborū suoꝝ cōcesserāt: sꝫ ꝑdecessor noster Adrianus solis fratribus cisterciē̄. ordinis ⁊ tēplarijs ⁊ hospitalarijs decimas laboꝝ suorū quos ꝓprijs manibus vel sumptibus excolūt indulsit. ceteris vero vt de noualibꝰ suis q̄ ꝓprijs sumptibus vel manibꝰ excolūt. ⁊ de nutrimētis animaliū suorū ⁊ de horti suis decimas nō persoluūt hac occasione decimas de alijs rebꝰ ecclesie sue nō possūt subtrahere. Innocē. iij. in ꝯcil᷑. generali. Nuper abbates cisterciē̄. ordinis in generali cōcil᷑. ꝯgregati ad cōmonitionem nostrā ꝓinde statuerūt. ne decetero fratres illiꝰ ordinis emerēt possessiones de q̄bus decime debebant᷑ ecclesijs. nisi forte ꝑ monasterijs nouiter fundatis cōmittant᷑ alijs excolēde a q̄bus ecclesie decime persoluant᷑. nec occasione priuilegioꝝ suorū ecclesie vlteriꝰ pregrauent᷑. Decreuimus etiā vt de alienis terris acquisitis ⁊ amodo acq̄rēdis etiā si eas ꝓprijs manibꝰ aut sumptibꝰ excolūt decimas ꝑsoluant ecclesijs q̄bus ratiōe ꝑdiorū antea soluebant᷑ nisi cū ipsis ecclesijs aliter duxerint cōponendū: ⁊ hoc ad ipsos ⁊ alios regulares q̄ gaudēt similibꝰ priuilegijs extendi volumus ⁊ mādamus. vt ecclesiaꝝ prelati promptiores ⁊ efficaciores existāt ad exhibēdū eis de suis malefactoribus iustitie complementū eorūq̄ꝫ priuilegia diligētius ⁊ ꝑfectius audeāt obseruare.

¶In q̄bꝰ casibꝰ ꝯtigat ꝓuilegiū hmōi cessare. C. CXXXIX.

Ex summa de ca. Itē hec oīa ꝓuilegia de decimis nō dandis nō defendūt in casibus quibusdā. videlicet cū pactione vel trāsactione tenent᷑ ad easdē soluēdas. Vel cū parrochialis ecclesia in cuius parrochia ꝑdia sita sunt enormiter ledit᷑ vel cū eas soluēdo renūciant tacite priuilegio. Ex sūma fratris. V. Querit᷑ quāto tēpore vel quotiēs quis faciens cōtra priuilegiū amittat illud ī posterū. Rn̄deo. Quidā dicūt ꝙ si semel fecerit cōtra sciens se tutum renunciare ꝓsumit᷑. Vincen. distinxit ꝙ si priuilegium datur ad faciendū. perditur nō vtendo per. x. annos. si datur ad nō faciendūꝫ. ⁊ papa retinet sibi aliquid iuris in eo nō pōt renunciari tali ꝓuilegio expresse: sed tacite potest. Sed si nihil sibi reseruauit renunciari potest huiusmodi priuilegio. Johā. vero distinxit ꝙ si quis directe faciat contra priuilegium impetratum etiam semel perdit ipsum. Si vero non seruat priuilegium vel non tuetur se illo tunc perditur nisi suo tempore. Extra de priuilegijs. accedentibus. ⁊ hec diuersitas cōtingit. qꝛ plus peccat qui directe venit cōtra priuilegiū. q̄ꝫ qui nō vtit᷑ illo. Alij dicunt ꝙ si priuilegiū est odiosum. perdit᷑ per vnum contrarium actum. si fauorabile non perditur nisi legitimo tempore prescribatur. Alij distniguunt. ꝙ si datum est in fauorem persone vel personarū: perdit᷑ semel veniēdo cōtra eū. Si autē in fauorē ecclesie nō perdit᷑: nisi ꝯtra illud fuerit ꝑscriptū legittimo tp̄e. s. spacio quadraginta annorū ad minus.

¶An a iudeis debeat ecclesia decimas accipere. C. CXL.

Extra de deci. Alex. iij. De terri q̄s iudei colūt pru. t. t. m̄demꝰ: vt eos ad decimas ꝑsoluēdas: vel possessionibꝰ penitus renūciādas cū oī dis᷑. cōpellas: ne forte occasiōe illa ecclesie valeāt suo iure fraudari. Ex. v. de vsuris Inno. iij. in cōcil᷑. ge. Participij christianoꝝ subtractionis pena iudeos cōpellēdos decreuimꝰ ad satisfaciēdū ecclesijs pro decimis ⁊ oblationibꝰ debitis: quas a christianis de domibꝰ ⁊ possessionibꝰ alijs ꝑcipere cōsueuerāt anteq̄ꝫ ad iudeos quocūq̄ꝫ titulo deuenissent: vt sic ecclie ꝯseruent᷑ indemnes. Ex sūma fris. V. Si ergo iudei ne ecclesie damnificent᷑ tenent᷑ ad oblatiōes huiusmodi: q̄re nō tenent᷑ ad decimas ꝑsonales: cū silr̄ debeant᷑? Rn̄deo Credo ꝙ q̄n iudei nihil habent nisi de vsura: ecclesia non debet ab eis accipe oblatiōes: ne videat᷑ cōicare pctis eoꝝ. Vbi aūt aliq̄d habent iusto titulo: potest ecclesia ab eis exigere oblationes debitas: quia ille sunt q̄si prediales. decimas aūt ꝑsonales exigere nō debet ab eis: cū nō recipiant iudei ab ea ecclesiastica sacra: nec audiāt diuina. Nec facile est estimare quantū intersit ecclesie parrochiali iudeos habitare in illa parrochia q̄ntū ad decimas ꝑsonales: q̄ ꝓueniunt ex industria hoīs. Nec est cōtra extra. e. ad audientiā. vbi innuit᷑ ꝙ iudei cōpellēdi sunt ad decimas ⁊ oēs ꝓuētus alios: quos de parrochianis fidelibꝰ (si ibi habitarēt) ꝯseq̄ret᷑ ecclesia singulis annis recōpēsare. qꝛ sicut ibi notauit Laur̄. hoc intelligendū est de ꝓuētibꝰ predialibꝰ: nō ꝑsonalibꝰ: ad quos iudei nō tenent᷑: vt dicit Quod tn̄ intelligit vt credo: q̄n iudei nō occupāt in parrochia loca vbi christiani solebāt habitare: ⁊ a quibꝰ ecclesia ꝯsueuit oblatiōes ⁊ hmōi decimas recipe. alioq̄n ecclesie potuerūt ab his hmōi ꝓuentus exigere. De hoc tn̄ dic vt supra de iudeis.

¶Quibꝰ ꝑsonis vel ecclesijs soluēde sint decime. C. CXLI.

Ex summa de ca. Sūt aūt dāde ecclesijs ⁊ clericis: ī quoꝝ parrochia predia sita sūt: etiā si clerici sint male vite ⁊ male dispēsantes ipsas decimas. Sed q̄d de clericis q̄ habētes sufficiēs p̄rimoniū recipiunt decimas de talibꝰ? Dicit Hiero. Qui bonis parentū ⁊ opibus sustentari p̄nt: si qḋ pauperū est accipiūt: sacrilegiū ꝓfecto incurrūt: ⁊ ꝑ abusionē taliū iudiciū sibi mādūcāt ⁊ bibūt. Dicas ꝙ si isti deseruiūt ecclie sicut debēt: ⁊ has decimas nō recipiūt vt eas in malos vsus ꝯsumāt. Sed vt inde paupibꝰ ꝓuideant nō peccāt: al᷑s cōmittūt sacrilegiū. Itē si illo recipiēte aliq̄ fame moriant᷑: ipse est reus homicidij. Ex sūma fris. V. Quid si ꝑ medietatē pascant᷑ in vna parrochia: ⁊ ꝑ aliā medietatē in alia. Alanus notauit: ꝙ in hꝯ casu equū est decimas diuidere eadē rōne: si ꝯtinue iaceant in vna parrochia: ⁊ pascant᷑ ꝯtinue in alia. ꝯsuetudo tn̄ tenēda ē in talibꝰ.

Extra. iij. de deci. ⁊ pri. Lucius. iij. Equū est vt illi ecclesie decime personales reddant᷑ ab eis: in q̄ ecclesiastica ꝑcipiūt sacra. decimas vō messiū vel fructuū arborū si coluerint in aliq̄ parrochia q̄ꝫ in ea in q̄ habitāt: q̄m a diuersis diuersa ꝯsuetudo teneat᷑. Tu intelligas in hoc casu: ꝙ ꝑ ꝯsuetudinē diu obtentā ibidē noueris obseruatū.

Inno. iij. Perceptio decimarū cū ad parrochiales ecclesias de iure cōi ꝑtineat: decime noualiū q̄ fiunt in parrochijs earūdē: ad ipsas ꝓculdubio ꝑtinere noscunt᷑: nisi ab his q̄ al᷑s ꝑcipiūt decimas causa rōnabil᷑ ostēdat᷑: ꝑ quā appareat noualiū ad eos ꝑtinē decimas.

Ex sūma de ca. Pone ꝙ aliq̄s habēs domiciliū in vna parrochia colat predia in alia. alius pascit pecora in vna parrochia: sed habet caulem siue ouile in alia: cui ecclesie soluentur decime? Sol᷑. Ad primū dico: ꝙ decimas ꝑsonales debet ꝑsoluere illi ecclesie vbi ꝑ totū annū vel frequētiꝰ audit diuina: ⁊ recipit eccl̄iastica sacra. Prediales vō debēt ꝑsolui illi ecclesie: in cuius parrochia predia sita sunt. Si tn̄ sup hoc eēt certa consuetudo: standū eēt ei. Itē si dubitet᷑ de ꝯsuetudine vtrū decime prediales dande sint capellis vbi audiunt᷑ diuina: vel ecclie baptismali? Dico ꝙ ecclesie baptismali debent dari prediales: personales vō capelle. Ad aliud dico: ꝙ de lacte feno ⁊ lana detur decima illi ecclesie in cuiꝰ parrochia pascua sita sunt: qꝛ cū inde suscipiāt totū nutrimentū: tales decime ꝑdiales censent᷑.

¶Qualiter monachis licet decimas accipere. C. CXLII.

Causa. xvj. q. j. Gratianꝰ. De monachis aūt queritur vtrū decimas dare vel accipe eis liceat. In quibꝰ hec discretio seruāda est: vt de agris ⁊ vineis que ad propriū stipēdiū colunt᷑: decimas sibi retineant. Sed vt dicit᷑ predia monachorū siue precio sint empta: siue pro salute aīaꝝ oblata: anteq̄ꝫ in ius eoꝝ venirēt baptismalibus ecclesijs

siue quibuslibet alijs primitias ꝛ decimas persoluebãt. Ille autẽ ecclesie suo iure priuari nõ possunt. Unde in magocieñ. cõcil. statutum inuenit. Siqͥs clericus vel laicus vel vtriusqꝫ sexus ꝑsona proprietates siue loca vł res alicui dare delegauerit decimationũ inde prouentũ priori ecclesie legitime assignatũ abstrahere nullã habeat potestatẽ. Itẽ ex cõcil. tabiloñeñ. Ecclesie antiquit⁹ cõstitute nec decimis nec vlla possessione priuent̃ ita vt nouis oratorijs tribuantur: Sed auctoritas illa magocieñ. cõcil. de venditore vel donatore loquit̃. diffiniens ꝙ ille qui vendit aut donat nõ potest ꝓuentũ decimationũ illi ecclesie subtrahere. cui pri⁹ legitime fuerat. assignatus. Monachi autẽ decimas ꝛ primitias nõ auctoritate vendẽtis aut donantis: sed auctoritate eius cõcil. ꝛ Paschalis pape detinẽt. Qꝺ autẽ decime episcopoꝝ cõsensu licite monachis tribuant̃: beatus Hieronymus Damaso pape scribit dicẽs: quoniã quicquid habent clerici pauperũ est. ꝛ domus illoꝝ oĩbus debẽt esse cõmunes. susceptioni peregrinoꝝ ꝛ hospitũ inuigilare debẽt. maxime curandum est illis vt de decimis ꝛ oblationibus cenobijs ꝛ xenodochijs qualẽ valuerint ꝛ potuerint sustentationẽ impẽdant. liberũ est enĩ monachis ꝛ spiritalibus viris deũ colentibus ꝛ timẽtib⁹ decimas ꝛ oblationes cunctaqꝫ remedia cõcedere. ꝛ de iure suo in dominiũ illoꝝ ꝛ vsũ trãsferre nec tam in pauperibus paupertatẽ ꝙ̃ religionem attẽdere. Ibidẽ. q. vij. Sicut auctoritate Hiero. decimas male possessas vel detẽtas cũ consensu episcopoꝝ licet monachis recipere de manu laicoꝝ. ꝛ eas ꝑpetua stabilitate tenere. sic ꝛ ecclesias a laicis male possessas vel detentas. cũ consensu episcoporum licet monachis ad ordinandũ recipere. ꝛ eis in perpetuũ ꝓuidere. Extra. iij. de decimis. ꝛ pri. Inno. iij. Quedã monasteria ꝛ cõuẽtuales ecclesie in multis parrochijs maiores decimas ꝑcipiunt ꝛ minutas de quibusdam fructibus annuatim perceptis non fuerunt decime ꝑsolute. ꝛ infra. Respondemus ꝙ si fructus predicti de illa terra ꝓueniunt de qua monasteria vel cõuentuales ecclesie aliquos percipiebant ratione decimarũ prouentus eis proculdubio decime fructuũ debentur eorũ. cum ipsis terra illa ab antiquo fuerat decimalis. ꝛ nõ dꝫ vna eadẽqꝫ ecclia diuerso iure cẽseri. alioqͥn parrochialib⁹ eccłijs ꝑsoluant̃ ad q̃s de iure cõi spectat ꝑceptio decimarum.

Quod ecclesie baptismalis ius non potest ad aliam nisi per episcopum transire. C. CXLIII.

Causa. xvi. q. i. Quod autẽ dicit̃ vt antiquiores ecclesie ꝓpt̃ nouas nec decimis nec vlla possessione priuẽtur. non ita intelligendum est. vt nullo modo credatur licere episcopo aliquã partem decimationum vel possessionũ vnius ecclesie alteri pro tẽpore tribuere. Sicut enim papa duos episcopatus in vnum potest redigere. ita vnus ꝓprio cõsentiẽte episcopo in duos potest diuidi. vel etiã metropolitano inuito quelibet ecclesia ab eius iurisdictione apostolica eximi auctoritate. Unde Greg. minor scribit Bonifacio. Precipimus vt iuxta canonũ statuta vbi multitudo excreuerit fidelium. ex vigore apostolice sedis debeas ordinare ep̃os. pia tamen contemplatione vt nõ vilescat dignitas episcopatus. Gratianus. Sicut ergo duo episcopatus suprascripto modo in vnum possunt redigi. ꝛ vnus in duobus valet diuidi. sic ꝛ episcopus de baptismalib⁹ ꝛ parrochianis ecclesijs facere potest cũ cõsensu suorum clericorũ. Qꝺ cum factum fuerit illa pars populi que supponitur nouis ecclesijs a iure prioris ecclesie absoluat̃. Ius ergo ecclesiarũ ita interpretandũ est. vt nisi episcopo disponẽte alijs ecclesijs fuerit assignatum in nullo priorum redditũum ĩminutionem patiantur. In sacris enim canonibus prefixũ est vt decime iuxta dispositionẽ ep̃i distribuant̃.

Quod ius decimarũ cadit in laicum. C. CXLIIII.

Ibidem Hiero. ad Damasum papam. Quod autẽ beatitudo tua quesiuit. vtrũ vsus decimarum ꝛ oblationũ secularib⁹ ꝓuenire possit. nouit scitas tua: oĩno nõ licere ꝓtestãtib⁹ hmõi oĩb⁹ diuinis auctoritatib⁹ paternoꝝ canonũ. Ex sũ. de ca. Quid ergo de militib⁹ ꝛ alijs laicis q̃ recipiũt decimas fere vbiqꝫ terraꝝ. possunt ne eas recipe in aliquo casu sine mortali. videt̃ ꝙ nõ. dñs enim ꝑcepit eas dare leuitis. Itẽ Gre. Laici si ab ep̃is vel regib⁹ vł q̃buslibet ꝑsonis decimas accepint. nisi ecclesijs reddiderint sciãt se sacrilegij crimẽ ꝯmittere: ꝛ eterne dãnatiõis penã icurrere. Ecõtra videt̃ ꝙ possint eas tenere in feudũ ab ecclia. Itẽ expsse videt̃ h̃ dicere Inno. iij. ex̃ de his q̃ fiũt a ꝑla. sine ꝯsen. ca. cũ ap̃lica. de his inq̃t decimis intelligim⁹ q̃ ꝑpetuo sunt laicis in feudũ cõcesse. Ex summa fris. U. Nec distinguit a q̃b⁹ cõcesse. vtrum ab ecclia vel laicis. Unde credo ꝙ siue ab ecclesia siue a laicis perpetuo sint in feudum concesse. sufficit solius episcopi cõsensus absqꝫ auctoritate diocesani ad hoc ꝙ ꝯferant̃ alicui ecclesie vel religioso loco. quod tñ verũ est si a tp̃e ex quo nõ extat memoria taliter sint cõcesse: ꝛ ante conciliũ lateraũ. sub alexandro celebratũ. Idẽ frater Ray. Itẽ h̃ hꝫ ꝯsuetudo general: q̃ est optima legũ interpres. ꝛ etiã aliter totus vere mũdus esset in damnatione. Sol. Ad hoc saluo meliori iudicio dico cũ Jo. ꝛ c. ꝙ decime duplici iure debent̃ ecclesijs. s. intuitu diuini obsequij in eis ꝑstiti: hoc iure cũ sit mere sp̃ũale nõ pñt a laico detineri: qꝛ tale ius nõ cadit in laicũ. Itẽ debent̃ in signũ vniuersal' dominij. ꝛ hoc iure cũ sit ciuile cadere pñt in laicũ. nõ tñ vniuersaliter id est nõ quo ad proprietatẽ: sed quo ad fructuũ ꝑceptionẽ. Frater. U. Nõ suo nomine principaliter: sed nomine ecclesie habendã penes quã remanet ius ꝛ proprietas percipiendi decimas. Frater Ray. Hodie tñ a tempore cõcilij lateraũ. celebrati sub Alexan. nullo modo valet collatio decimarũ facta eis: cũ talis alienatio vel infeudatio ibi fuit prelatis penitus interdicta. Unde si ius nõ spirituale nec proprietas: sed percipiendi fructus tp̃ales fuit concessum ante dictũ conciliũ militi in feudũ. ꝛ ipse bene iuuat ꝛ defendat ecclesiam: sicut fidelis vasallus potest excusari. Al's si vnum istoꝝ defuerit: in periculũ aĩe sue tenet. Uel dic ꝙ nullo tp̃e potuerũt dari in feudũ quo ad ius tp̃ale seu ciuile: ita ꝙ trãsirẽt ad heredes: sicut et feudũ. Inutilit̃ enĩ esset tũc ius sp̃ũale apud ecclesiã: qꝛ sicut sine aĩa nõ potest viuere corpus: ita sine tẽporalib⁹ sp̃ũalia non possunt consistere. Frater. U. Prima opinio benignior est. ꝛ ideo magis amplectenda. Sed de iure ciuili (vt dictũ est) in laicũ cadere pñt: et iure hereditario ad successores trãsferri: aut ex donatiõe vel alio titulo transire ad extraneos ad sĩlitudinẽ alioꝝ feudoꝝ. Qꝺ aũt dicit magister inutiliter allegãdo dicit: qꝛ ex quo ecclesia recipit seruitiũ debitũ a vasallo nõ inutilit̃ remanet penes eã ius sp̃ũale. Qꝺ autẽ obicit illud extra. e. ad h̃. decretal' illa forte loquit̃ de decimis datis in feudũ post dictũ ꝯcil'. vel de illis q̃ nõ erãt date in feudũ: sed gratis ꝛ simpliciter: ibiqꝫ omni seruitio iure hereditario possidende.

De Prohibitione infeudationis decimarũ. C. CLV.

In lateranensi ꝟo cõcilio ꝓhibita est infeudatio decimarũ: in quarũ possessione est ecclesia ab antiquo: ꝛ de quib⁹ nõ fuerat laicus infeudatus. Quod dico quia si feudatarius laicus decesserit: poterit forte ep̃s heredẽ eius vel extraneũ: si heredem nõ habeat: de illis infeudare. Aut si huiusmodi feudus a feudatario sit alienatus: ita ꝙ ꝑ ep̃m facile recuperari non possit: põt forte ep̃s illud in feudũ alicui laico cõcedere: quia illud recuperet: ꝛ in feudũ ab ecclesia recognoscat. Ar. extra de feu. ex parte. Et idem potest cõcedi ꝓbabiliter de decimis illis q̃ a tp̃e: ex quo non extat memoria tenent̃ a laicis: nec eas recognoscũt se tenere ab ecclesia: potest. s. dici ꝙ ep̃s possit de eis laicos infeudare: cũ ꝑ hoc ip̃m ꝓcuretur vtilitas ecclesie: quia possessio directi dominij restituit̃ ecclie ꝑ infeudationẽ huiusmodi. Quid si nescit̃ de decima huiusmodi quã tenet miles: vtrũ sit de antiq̃s datis ante cõcil'. vel de datis de nouo in feudũ post cõciliũ. Dic ꝙ si a tp̃e a quo nõ extat memoria miles huiusmodi ꝛ antecessores eius quiete ꝛ pacifice tenuerũt eã: et recognoscẽtes se eã tenere ab ecclesia mediate vel imediate: ꝛ reddentes ibi debitum obsequiũ ipsi ecclesie: vel alij nomine eius: presumendũ est benigna interpretatione ꝙ sit de antiquis: al's non est presumendũ ꝙ iuste teneat.

De Priuilegio militum. C. CXLVI.

Frater Raymundus. Quid de militib⁹ cataloníe: q̃ nitunt̃ se tueri ꝓuilegio ap̃lice sedis indulto: vt dicũt quondam comiti barchenoneñ. in fauorẽ christianitatis ꝛ fidei catholice: vt. s. decimas oĩũ locoꝝ q̃ paganis expulsis reducẽt ad cultũ dei: possꝫ licite retinẽ: int̃ milites ꝛ ꝓncipes terre sue: q̃ ip̃m iuuarent ad h̃ diuidẽ. numq̃d pñt tales decimas licite retinẽ. Itẽ numq̃d liberant̃ ꝛ excusant̃ rustici a pctõ soluẽdo militib⁹. Ad p̃mã dico saluo meliori iudicio: ꝙ si ꝓuilegiũ fuit ꝯcessũ in ꝑpetuũ sibi ꝛ suis successorib⁹: ita ꝙ fuit reale: ꝛ ꝓpter tã fauorabilẽ cãm: ꝛ a sede ap̃lica pñt licite tenẽ vel ad tp̃s vł in ꝑpetuũ: iuxta formã in ecclia expssã. Fallit tñ in q̃tuor casibus. Prim⁹ si postea sũt abusi ꝓuilegio: ipugnãdo. s. ecclesiã quã defẽdẽ tenebant̃: vel nõ iuuãdo pro posse ad ampliãdũ ꝯ paganos cultũ sidei christiane: ꝓpter qꝺ ꝓuilegiũ ẽ ꝯcessũ. Secũd⁹ si fecerũt postea sciẽter ꝯ ꝓuilegiũ. Terti⁹ si ꝓpter illud ꝓuilegiũ grauat̃ enormit̃ ecclesia: in cui⁹ ꝓrochia ꝑdia sita sunt. Quart⁹ si renũciauerũt illi ꝓuilegio. Adde q̃ntũ casũ: si cõmiserũt aliqꝺ enorme scelus ꝯ ecclesiã a q̃ tenebãt feudũ: videlicet occidẽdo vel mutilãdo ausu temerario ꝑ se vł ꝑ alios rectorẽ vł aliũ clericũ ecclie. Ad secũdũ dico: ꝙ si rustici sciũt vel credũt milites licite ꝛ auctoritate ecclie recipe: excusant̃

presertim cũ ecclesia non petat ab eis nec cõtradicit militibus quod scit ꝛ videt recipe decimas. Alias si sciret eos illicite recipe nõ liberarent. Si tñ ꝓpter metũ psoluerẽt excusant a peccato nõ a toto ſʒ a tãto. Frater Uuilhelmus. Credo sine preiudicio ꝙ vbi ecclesia nõ petit ab huiusmodi rusticis decimas ſʒ permittit tolli a militib⁹: liberantur omnino rustici nec peccant taliter soluendo. nisi placeat eis ecclesiam taliter defraudari a iure suo.

¶ De decimis noualium. C. CXLVII.

Frater Raymũdus. Item prefati milites post to ꝙ decimas licite possint retinere. nunquid ex illa generalis priuilegii perceptiõe poterũt petere decimas noualiũ q̃ postea facta sunt vel fuũt vel illarũ rerũ de quib⁹ antiq̃t nõ cõsueuerũt dari decime. vt de oliuis ꝛ similib⁹. dico ꝙ nõ possint licite petere decimas noualiũ. imo debent solui ecclesie. q2 talia priuilegia artãda sunt nõ ampliãda. Secus dico in priuilegio psonis religiosis ɔcesso. extra. e. ex pte tua. Frater Uuilb. Ibi dicit̃ cuidã abbati ꝙ cũ cõcessum sit ei maius. s. vt decimas de laborib⁹ terre parrochiaꝝ suaꝝ integre percipiat. quare ꝛ de noualib⁹ eas exigere põt. q2 vbi maius cõcedit̃ minus cõcessuꝫ etiã esse videt̃. Istud tñ intelligunt quidã de ecclesijs pleno iure subiectis monasterijs vel de illis q̃ sunt eis cõcesse in vsus ꝓprios. q2 tũc ratiõe ecclesiaꝝ percipiũt decimas. alias vbi nihil habẽt iuris in ecclesijs. ſʒ in decimis aliquã portionẽ. dicũt priuilegiũ hmõi nõ esse extẽdẽdũ. ſʒ poti⁹ restringẽdũ. Frater Raymũdus. Decimas aũt illaꝝ reꝝ q̃ nõ ɔsueuerãt decimari. videt̃ ꝙ possũt petere ipsi milites eo ꝙ eis terra illa ab antiquo fuerit decimalis ꝛ vna eadẽq3 res nõ debeat duplici iure cẽseri. Sʒ illud verũ ẽ in monasterio vel in ecclesia. Secus forte posset dici in laico ad similitudinẽ eius qd̃ dictum est de noualib⁹: vnde in digest. dicit̃ ꝙ fundo vẽdito exceptis lapidicinis. nõ vident̃ p illã exceptionẽ excepte nisi lapidicine q̃ tunc apparebãt licet plures alie esse possent in fundo q̃ nõ apparebãt. Frater Uuilb. Eodẽ mõ ille sole decime vident̃ esse concesse laicis. ꝛ de reb⁹ illis solis de quib⁹ soluebant̃ tpe ɔcessiõis. Frater Raymũ. Itẽ q2 in ambiguo semp tutior via est eligenda. vnde ɔsulendũ est vt soluant̃ ecclesie parrochiali. Frater Uuilb. Eodeꝫ modo credo ꝙ miles vel aliq̃s laicus q̃ hactenus nõ ɔsueuit decimas psolueret de terris suis rediẽs ad cor velit eas psoluere. soluere dʒ eas parrochiali ecclesie. nõ illis q̃ ex sola prescriptiõe decimas hactenus perceperũt. Frater Raymũ. Itẽ posito circa idẽ ꝙ monasteriũ vel ecclesia prescripserit decimas alicuius parrochie. ibi dico ꝙ decime noualiũ ꝛ illaꝝ reꝝ q̃ nõ cõsueuerũt decimari debẽt nõ obstãte tali prescriptione solui ecclesie parrochiali ad quã de iure cõi spectat perceptio decimaꝝ. Et p hoc nota plerosq3 epos malefacere. qui oẽs decimas noualiũ sue dyoc. ꝛ alias quascũq3 possunt a militibus recuperare sibi vsurpãt qd̃ nõ lʒ de iure. nisi cũ illa noualia vel alia nõ sit ĩfra terminos alicuius prochie. vel nisi aliã cãm rationabilẽ ostẽdãt.

¶ Qualit̃ decime pñt de manu laicoꝝ redimi. C. CXLVIII.

Ex summa de ca. Quid si miles detinet iniuste decimas nec põt ecclesia recuperare ab eo. nunquid poterit eas redimere sine periculo symonie vtiq3 dũ tñ fiat auctoritate epi ad cuius dispositioneꝫ spectãt decime. ꝛ q2 auctoritas iudicis multũ excusat in talib⁹. Frater Uuilb. Ego credo ꝙ si parrochialis ecclesia vellet redimere huiusmodi decimas ab iniusto detẽtore. nõ est necessaria auctoritas epi. q2 cuilibet lʒ ius suũ redimere. nec est aliq̃ symonia ex pte redimẽtis. q2 nõ dat tpale p spũali. ſʒ tñ tpale p tpali. s. p fructib⁹ decime detẽte iniuste a milite. iusq3 spũale pcipiẽdi decimas remanet semp penes ecclesiã a quocũq3 fruct⁹ iniuste vsurpentur. sed nec hmõi miles lʒ al's peccet cõmittit symoniã acipiẽdo pecuniã inde. q2 nihil spũale vẽdit. põt tñ esse symoniacus intẽtiõe sola. ꝛ volũtate nõ re ipsa si. s. intẽdat vẽdere aliqd̃ spũale. Si aũt alia ecclesia q̃ parrochialis velit hmõi decimas redimere necessaria est auctoritas epi. ꝛ credo ꝙ sufficiat auctoritas eius sine ɔsensu capituli qñ rediment̃ decime laicis perpetuo in feudũ ɔcesse. sicut sufficit in gratuita concessiõe vbi tñ fieret hmõi redẽptio ab alia ecclesia q̃ a parrochiali. tutius esset ꝙ oĩa ponerent̃ in manu episcopi ꝛ postea epus aliquid dari faceret ꝛ laico ab illa ecclesia.

¶ Qualiter possint in pignus recipi. C. CXLIX.

Ex summa de ca. Idem credo ꝙ põt eas ecclesia recipere in pignore. sicut ꝛ quãlibet aliã possessionẽ quã miles similiter detinet violẽter ꝛ iniuste. nec tenetur in talibus fructus computari in sortẽ. dũ tamen non pertineant huiusmodi decime ad alienos ecclesias quas non debent recipere a laicis. Extra. iij. de decimis ꝛ pri. Grego. ix. Interdicimus vniuersis ecclesiasticis psonis vt decimas detentas a laicis ad alienas ecclesias pertinentes in pignus recipere ab eisdem laicis non presumant. Frater Uuilhelmus. Alienaꝫ esse a quocũq3 creditore credo ecclesiã. nisi ille creditor sit sacerdos prochialis vel talis psona ad quã ptinẽt hmõi decime de speciali priuilegio vel catholica donatione. vnde credo ꝙ nec epus nec cathedralis ecclesia hodie potest recipe decimas prochialium ecclesiarũ. licet etiã in eis habeãt ius patronatus. nec aliqua alia ecclesia q̃ prochialis. vel q̃ illa ad quã ptinẽt hmõi decime. de speciali priuilegio. nec põt eps hodie in hac pte pstare auctoritatẽ. ſʒ anteq̃ edita eẽt illa decre. extra. eo. interdicim⁹. pmittebat̃ episcopis prestare sup hoc auctoritatẽ q̃tũ ad decimas ꝑpetuo in feudũ laicis ɔcessas vel detentas ab eis a tpe ex quo nõ extat memoria. nõ q̃tũ ad illas que post ɔcil. lateranẽ. Alexã. vsurpate sũt ab eis de nouo in quarũ alienatiõe nõ sufficit auctoritas epi. Quid aũt de illis q̃ ante huiusmodi ꝓhibitionẽ receperũt hmõi decimas in pign⁹ aucte epi. nũ qd̃ eas pñt retinẽ mõ facta ꝓhibitiõe ita ꝙ nõ ɔputent̃ fruct⁹ i sorteꝫ. Rñdeo sine piudicio. credo ꝙ sic cũ ɔstitutiones noue nõ extendant̃ ad pterita sed ad futura. licet alibi semp cõtrariũ notauerim.

¶ Quare de cã prohibite sunt impignorari. C. CL.

Sed quare facta est hmõi inhibitio ꝛ quare nõ põt eps pstare auctoritatẽ sup hmõi impignoratiõnẽ cũ possit auctoritatẽ pstare sup ꝑpetua alienatione qd̃ mai⁹ ẽ. vt in ꝑ. decre. cũ aplica. Rñdẽt quidã ꝙ ideo facta ẽ hec ꝓhibitio vt facili⁹ sic reuerterent̃ decime ad prochiales ecclias. Ego credo ꝙ iõ facta est. q2 sp malũ fuit vel ad minus spẽs mali ꝓpter vsuram vel spem vsure cũ creditor intẽderet aliquid nõ suũ recipere vltra sortẽ al's mutuũ nõ daturus. ſʒ in ꝑpetua alienatione non est malũ vel species mali. ꝛ ꝓpter hoc episcop⁹ potest auctoritatem prestare super hmõi perpetua alienatione. sed nõ impignoratiõe. Si aũt sine auctoritate episcopi ante prohibitionẽ predictam aliq̃ psona ecclesiastica recepit hmõi decimas in pignus. tenetur fructus oẽs quos inde recepit restituere non laico qui nullũ ius ibi habuerit. ſʒ ecclesie prochiali. vel cũ ea bona fide ɔponere. Fidẽ bonã dico cũ ille q̃ facit restitutionẽ exponit se ad plenariã restitutionẽ faciendam. nisi quatenus fuerit ei remissuꝫ liberaliter ꝛ sponte. Si aũt talis miles siue laicus ille iuste tenebat decimas illas in feudum. credo ꝙ creditor qui sine auctoritate epi illas recipit in pignus tenetur fructus computare in sortem. ꝛ quod vltra sortem receperit restituere predicto laico.

¶ Q2 fruct⁹ in sortẽ nõ oporteat ab ecclia ɔputari. C. CLI.

Hector. Nota ꝙ publice meretrices ꝙ̄diu talis manet: oblationes nō debēt recipi. nec ipsa in cōiugiū duci. Cā. xxxij. q. i. Qd autē meretrix in cōiugē duci nō debeat: multis auctoritatib⁹ pbat ꝛ rōnib⁹. Illa eniʒ ꝗ adulterij rea cōuincit nisi post pactā penitētiā in coniugij psortio retinere nō pōt. vt. s. supi⁹ iā pbatū est. Nā ergo multo min⁹ in piugiū duci licebit: cui⁹ pudicitie nulla spes habet. ꝺʒ enim īter piuges fides seruari ꝛ sacramētū. ꝗ cū defuerint nō cōiuges ſʒ adulteri appellant. Cū ergo in meretrice (vt dicimus) nulla fit spes fidei: nec certitudo pudicitie. patet ꝙ nō est in cōiugiū ducēda. Sʒ obicit Raab hierochōtina ꝙ̄uis meretrix esset tamē pncipi de tribu iuda in cōiugio est copulata. de ꝗ etiā christus postea nasci dignatus est. Osee quoq; duodecim pphetaꝝ pm⁹ ex pcepto dn̄i chororo ordei meretricē emit quā sibi in piugiū copulauit. Sed aliud est meretricē ducere. vel adulterā retinere quā tua psuetudine castitate ꝛ pudicitia exornes. atq; aliud aliquā earū habere quā nullo pacto a luxu carnis sue reuocare valeas. hoc enim penit⁹ phibet illud laudabiliter factū legit. Unde Hiero. sup Osee li. i. Nō est culpādus Osee pphera si meretricē duxit quam ad pudicitiā cōuertit. ſʒ potius laudādus ꝙ ex mala bonam fecit.

De Crimine sodomitico. C. XLIX.

Ibidem q. vij. Augu. de adulterinis cōiugijs. Adulterij malum vincit fornicationē: vincit aūt ab incestu. Peius est eni cū matre ꝙ̄ cū aliena vxore pcubere. sed oīuʒ hoꝝ est pessimū qḋ ꝯ naturā fit: vt si vir mēbro mulieris nō ad hͦ cōcesso voluerit vti. Usus eni nālis: si vltra modū plabit: in vxore quidē est veniale: in meretrice damnabile. Iste ꝗ ꝯ naturā est: execrabilit fit in meretrice: ſʒ execrabili⁹ in vxore. Tantū eni valet ordinatio creatoris: ꝛ ordo creature: vt in reb⁹ ad vtēdū pcessis: etiā cū modus excedit: lōge tolerabili⁹ sit ꝙ̄ in eis ꝗ cōcessa nō sunt: vel vnus vel rarus excessus. Idē in li. pfes. iij. Flagitia ꝗ sunt ptra naturā: vbiq; ac semp repudiāda ac puniēda sunt. qlia sodomitarū fuerūt. ꝗ si oēs gentes facerēt: eodē crimīs reatu diuina lege tenerent: ꝗ nō sic fecit hoīes: vt se illo vterent mō. Violat quippe ipsa societas: ꝗ cū deo nobis eē debet: cū eadē natura cui⁹ ipe actor ē: libidinis puersitate polluit. Ambro. in li. de p̄riar. Offerebat scīs loth filiarū pudorē. nā et si illa quoq; flagitiosa impuritas erat: tñ min⁹ erat sm naturā coire ꝙ̄ ꝯ naturā delinqre. Hiero. ꝯ Iouinianū. Usus nālis ꝛ licit⁹ est: sic in piugio: ꝛ illicit⁹ sicut in adulterio. Cōtra naturā semp illicit⁹: ꝛ pculdubio flagitiosior atq; turpior. quē scīs apls in mascul' ꝛ feminis arguebat: damnabiliores volens intelligi ꝙ̄ in vsu nāli: si vel adulterādo vel fornicādo peccarēt. Ex sūma de ca. Ex pdicta sentētia Augu. ꝗꝛ dicit adulterij malū ꝛc. Patet ꝙ pctm ptra naturā lōge mai⁹ crimē est ꝙ̄ agnoscere matrē. Itē ꝙ̄ fit detestabile: patet p penā sodomitis inflictā. Itē hͦ pctm spālit clamat vindictā ante dn̄m. Itē tales sunt aduersarij toti⁹ celestis curie: destructores humani generis. Quocūq; aūt mō tale factū exerceat: pter ꝗ inter hoīeʒ. s. marē ꝛ feminā ordinate: ꝛ in vase debito: vitiū ptra naturā: ꝛ sodomiticū inducit. Itē ꝗꝛ nō solū actus: sed etiā ipsa platio os loquētis: aures audientiū: ꝛ ipsa quodāmodo polluit elemēta.

De Crimine rapine. C. L.

Hector. Dicto de criminib⁹ ꝗ in corp⁹ pxumi cōmittunt: restat de illis quib⁹ eidē in reb⁹ suis nocet. Et primo de rapina dicendū. Est aūt rapina siue rapacitas improba ꝛ violēta extorsio rei aliene. ꝛ huiusmodi delicto datur actio cōtra raptorē: ꝗ vocat actio de vi bonorū raptoꝝ. hec intra annū a tpe facte rapine datur ptra raptorē in quadruplū: siue cōprehēdat in ipso delicto: siue nō. sed in qdruplo isto res ptinet: sicut ꝛ in furto manifesto: vt pena sit triplex tñ. Iustinian⁹ vbi supra. iiij. li. Is apud quē furtū inuenit: pcepti furti actiōe tenet. Oblatū furtū dicit: cū res furtiua ab alio oblata ē: eaq; apud te pcepta fit. vtiq; si ea mēte tibi data fuit: vt apud te poti⁹ ꝙ̄ apud aliū ꝗ dedit pciperet: tibi apud quē cōcepta est aduersus eū ꝗ obtulit ꝙ̄uis fur nō sit: constituta est actio: ꝗ appellat oblati. Ex sūma de ca. Cōmittit aūt crimē rapine ꝓprie cū p violentiā vi ꝛ apte res alienas ꝗs rapit vndecūq;: excepto loco sacro: vel re ecclesiastica: ꝗꝛ tūc cōmittit sacrilegiū. Pena raptoris rerū est sm legē: ꝙ infra annū punit in qdruplū: post annū in simplū. In qdruplo aūt ipsa res ptinet: ꝛ hͦ si agit ciuilit ꝯ eū. Si vo criminalit ꝓpter vim ꝑuatā. i. sine armis illatā deportat in insulā. Pena canonica est multiplex. Primo vt excōicet nō solū a suo epo: ſʒ etiā ab illo in cui⁹ epatu rapinā fecit. Extra. v. de raptorib⁹. Ex pcil. Melden. De illis autē ꝗ de loco ad locū iter faciunt: ꝛ ibi rapinas ꝛ depredatiōes faciūt: placuit vt ab illi⁹ loci plato excōicent: nec ante ex parrochia illa exeant ꝙ̄ digne ꝗ perpetrarūt emēdent. Quoꝝ excōicatio ꝓprio epo significāda est: ne eos recipiat anteꝙ̄ illuc redeant vbi rapinā fecerūt: et oīa plene emēdent. Eugenius. iij. Quicūq; ex his qui violent surrexerint in rapinam: siue violator ecclesiarū fuerit deprehensus: nisi prius ablata restituat: si poterit: vel emēdandi penā ꝛ firmā securitatem fecerit: penitētie beneficiū ei penitus deneget. Si vo vsq; ad obitū in cōtumacia sua durauerit: ꝛ in extremis positus remedium penitētie humiliter postulauerit: si emendationē: vel emēdandi securitatē prestiterit: ei penitentia ꝛ sepultura ecclesiastica concedat. Qui autē in sanitate obstinata mēte nō penituerit vel emēdauerit: et in morte securitatē emendandi prestare nequiuerit: solēnitas penitētie parū prodesse videt: sicut credimus. Sed deposcenti viaticū ptrito corde nō neget: ita tñ vt nullus clericorū sepulture illius interfit: nec eius elemosynā presumat accipere. Qꝫ si presbyterorum quisquā vel clericorū cōtra hoc in vita vel in morte penitētias dare aut sepulture interesse: vel eorū elemosynas recipere attētauerint seu huiusmodi rapine participes inuēti fuerint: ordinis sui damnū irrecuperabile patiant: ꝛ ecclesiastico beneficio careant.

De Predonibus ⁊ incendiarijs. C. LI.

Ex summa de ca. Predo dicitur duobus modis. Nam predo est qui alios iniuste pdat. vt sunt qui viatoribꝰ auferūt sua. Et est predo miles qui querit vltra stipendiū sibi assignatum. Causa. xxiij. q. i. Augustinus de verbis domini. Militare non est delictum sed ppter predam militare ⁊c. Require supra in libro de politica tractatu de militia. Ex summa de casibꝰ. Pena predonis eadē est que ⁊ raptoris cum vterqꝫ raptor dici possit vt predo cōtineatur sub raptore tanq̄ꝫ species sub genere. Et ita quos p facinus coinquinat. ⁊ equa pena debet similisqꝫ comitari. Incēdiarius dicitur qui incēdit auctoritate ppria ciuitatem vel villam vel mansum vel segetē vel rem similē malo studio siue pro odio siue pro vindicta. Si autē faceret iussu eius qui habet potestatē indicendi bellū nō iudicarem eum incendiariū salua distinctione quam dicā infra. Frater. U. Hec est illa sm quam distinguit vtrum sit bellum iustum vel iniustum. ⁊ vtrū contra innocētes ⁊ reos. Et sm quā distinguitur inter habentem malā fidem ⁊ bonā. Et expone quod dicit qui incēdit supple aut incēdi facit. aut incendiarijs consilium ⁊ auxilium scienter impēdit auctoritate propria: cum nō habeat ius mouēdi bellū vel indicēdi. Mansum. i. maneriū alienū: nam si aliquis ppriam suā domū aut segetē incenderet: licet peccaret re sua abutēda: nō teneretur pena incēdiarij. nisi dolo malo hoc faceret. s. vt per incendiū rei sue aliena bona incenderentur.

De Pena incendiarij ⁊ primo ecclesiaꝝ. C. LII.

Ex sūma de ca. Pena incendiarij sm leges est. vt qui dolo ignem apposuit: igne cremetur. ⁊ ipse aut capite puniatur. Secundū canones autem multiplex est pena. Nam omnis incēdiarius ecclesiarū vel locorū religiosorum vel cimiterij vel spatij priuilegiati in circuitu ecclesie: est excōmunicatus ipso iure maiori excommunicatione. Licet quidam dicant ꝙ minori tantum. qui etiā postq̄ꝫ fuerit denūciatus nō poterit absolui nisi a papa. Frater. U. Denunciatus nominatim sm quosdā. i. expresso nomine. secus vt dicunt in generali. Aut quādo nescit quis cōmiserit incendium. aut etiā quando scitur sed nō infertur excommunicatio nisi in generali sub hac forma. Excōmunicamus omnes illos qui hoc incendium fecerunt. In quo casu dicunt eum taliter denunciatū in generali posse absolui ab episcopo loci. Sed vt videtur a solo papa est absoluendus. presertim cum dicat. H. ⁊ iurisperiti: ꝙ quando fertur sententia sub hac forma. Nos excōmunicamus omnes illos qui hoc vel vel illud fecerunt. omnes intelliguntur nominatim excommunicati quia ⁊ si non sit ibi expressio nominum. exprimuntur tamen per facti circūstantiam. Credo etiam ꝙ pape reseruanda est hec absolutio a quocunqꝫ iudice ecclesiastico siue episcopo siue archidiacono fiat hec denunciatio aut etiam a simplici sacerdote si habeat de consuetudine potestatem excōmunicandi ⁊ denunciandi in tali casu. Magister enim nō distinguit hic a quo fiat ista denunciatio. nec decre. extra de senten. excō. tua. Quod autem dictum est de incendiarijs. intelligas etiam de effractoribus ecclesiarum qui similiter ipso iure sunt excommunicati ⁊ a papa absoluendi. Similiter cum quis violentiā multū enormem committit in ecclesia diruēdo altare vel frangēdo crucem. vel enormiter tractando corpus christi vel similia: ipso iure est excommunicatus. licet non frangat ecclesiam. tamē absolui potest ab episcopo. Extra. v. de raptoribus ⁊ predonibus incendiarijs. Alex. iij. claremonteñ. episcopo. In litteris tuis cōtinebatur ꝙ. H. multis criminibus fuisset irretitus. qui ecclesiarum exitium vel incendium diabolo instigante commiserat. tandē in egritudine constitutus accepta penitentia de commissis per manum capellani tui fuit a sententia excommunicationis absolutus. sed moriens ecclesiasticam sepulturam habere nequiuit. Man. vt eius ossa facias in cimiterio sepeliri. ⁊ heredes eius moneas ⁊ compellas vt q̄bus ille per incendiū vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat. iuxta facultates suas cōdigne satisfaciat. vt sic a peccato valeat liberari. Causa. xi. q. iij. Ex concil. aurisiaco: Canonica instituta ⁊ sanctorū patrum exempla sequentes ecclesiarū dei violatores: auctoritate dei ⁊ iudicio sancti spiritus a gremio sancte matris ecclesie ⁊ a cōsortio totius christianitatis eliminamus quousqꝫ resipiscant ⁊ ecclesie dei satisfaciant.

De pena incendiarij ceterorū locoꝝ. C. LIII.

Ex sūma de ca. Incendiarij vero aliorū locoꝝ non sūt ipso iure excōicati sꝫ excōicādi. Frater. U. Et isti postq̄ꝫ sūt denūciati: nihilominꝰ poterūt absolui a suis epis. Quidā tn̄ dixerūt ꝙ ⁊ isti a solo papa absoluēdi sint. sicut incendiarij sacrorum locorū per illā decre. extra. de sentē. excom. tua. que nō distinguit inter incendiarios sacrorū locorū ⁊ priuatorū. Sed magistri intelligunt illā de incēdiarijs sacroꝝ locoꝝ tm̄: sm ꝙ dicit. xi. q. iij. canonica. Illud aūt. xvij. q. iiij. oēs. vbi qd̄ dicit de excōicatis q̄ sacrilegia cōmittūt in ecclesia: restringūt ad solos incendiarios sacroꝝ locorum: ⁊ fractores ecclesiarum multum cōmittētes enormia: vt dictū est. nec excusat metus ⁊ coactio quecūqꝫ conditionalis: quin incidat in canonē qui incēdit sacrū locū: ⁊ quin sit excōicatus qui incendit priuatū etiam vnicū. Quo ad peccatū autē mortale metus huiusmodi excusat: nō a toto: sed a tanto. Ex summa de casibus. Tamen omnes habent excōmunicati in quibusdā partibus: vt in teutonia ratione cōsuetudinis: quam papa scit ⁊ tolerat. Utrū autē sola consuetudo absqꝫ sentētia vel cōstitutiōe possit facere ꝙ quis reuera sit excōmunicatus: disputationi relinquo. Frater. U. Reuera sine sentētia vel cōstitutione tacita vel expressa non potest. sed intelligendū est ex quo papa ⁊ prelati ecclesie tales reputant excōmunicatos: cōstitutione sup hoc edita: ⁊ ita lata ē cōstitutio vel sentētia vera vel presumpta. Ex sūma de casibꝰ Itē debet incēdiarius penitere per tres annos. Itē nō solū incēdiarij. i. qui ignē apposuerūt: sed etiam qui mandauerūt vel dederūt consiliū auxiliū vel consensum: debent excōmunicari vsqꝫ ad satisfactionem. Causa. xxiij. q. viij. Inno. papa: Si quis malo studio: siue p odio: siue pro vindicta ignē apposuerit: vel apponi fecerit: vel appositoribus consiliū vel auxiliū scienter tribuerit: excōmunicet. ⁊ si mortuus fuerit incēdiarius: christianoꝝ careat sepultura. nec absoluat: nisi prius damno cui intulit sm facultatē suā resarcito. ⁊ iuret se vlteriꝰ ignē non appositurū. penitētia autē ei detur: vt in hierosolymis: aut in hispania in seruitio dei p annū integrū pmaneat. Si quis autē archieps vel eps hoc relaxauerit: damnū restituat: ⁊ per annū ab officio episcopali abstineat.

De Rapina cōmissa in rebus ecclesie. C. LIIII.

Causa. xii. q. ij. Stephanꝰ papa: Qui christi pecunias ⁊ ecclesie aufert: fraudat et rapit: vt homicida in cōspectu iudicis deputabit. Itē Grego. vij. Quicūqꝫ militū: vel cuiuscūqꝫ ordinis vel pfessionis psona ecclesiastica predia a quocūqꝫ rege vel seculari principe: vel ab episcopis inuitis seu abbatibus: aut aliquibus ecclesiarum rectoribus inuaserit: vel eorū consensu retinuerit: nisi eadē predia ecclesijs restituerit: excōmunicatiōi subiaceat. Gratianꝰ: Que vō penitētia huiuscemodi inuasoribꝰ atqꝫ predonibus: qui vasa sacra: ⁊ reliqua diuino cultui dedicata pollutis manibus arripiunt: ⁊ quasi prophana contractant sit indicenda Nicolaus papa diffinit scribens Furtario archiepo burdegalensi: Iubemus cū ad penitētiam reuerti accelerauerint: vno anno extra ecclesiam dei cōsistere: cuius sacratissima vasa extra ritū fidei diripiendo auferre nō dubitauerunt. Secundo vō anno ante fores ecclesie sine cōmunione maneant. Tertio vō anno ecclesiam dei intrent: ⁊ inter audiētes astent sine oblatione: nō manducātes carnē: neqꝫ bibētes vinū: preter natalis ⁊ resurrectionis dn̄ice diem. Quarto preterea anno: si bis prioribus eorū fructuosus fuerit penitētie labor: cōmunioni fideliū restituant: totaqꝫ mētis intētione spondētes talia se vlterius nunq̄ꝫ facturos: corpus ⁊ sanguinē dn̄i suscipere mereant. ⁊ vsqꝫ ad septimū annū tribus in hebdomada diebus sine esu carniū ⁊ vini potatione penitentes maneant.

De Clericis male consumentibus vel reseruantibus bona ecclesie. C. LV.

Ex summa de casibus. Quid de prelatis ecclesiarum: ⁊ alijs clericis: qui bona ecclesiastica pauperibus dedita consumunt in vsus illicitos: videlicet in meretribꝰ: histrionibus. Et de his etiā faciunt aliqui testamentū. Nūquid tales iudicandi sunt raptores. Uidetur ꝙ sic: quia contractant rem alienam inuito dn̄o. Ait enim Hieronymus: Quicquid habent clerici: pauperū est. Item Augustinus: Si priuatim preter que nobis sufficiant possidemꝰ: nō sunt illa nostra sed pauperū. vt quorū quodāmodo procurationē gerimus: non proprietatē: nobis vsurpatione damnabili vendicemus. Unde dico: ꝙ qui res ecclesie talibus vel similibus turpibus personis conferūt: vel etiam consanguineis: non propter naturam sustētandam: sed vt faciāt eos diuites de patrimonio crucifixi. Item diuitibus ⁊ potentibus: non propter aliquā causam licitam vel honestam: sed propter fauorē ⁊ pompam seculi. Tales inquā platos et clericos: q̄ talibꝰ ɔferūt bona ecclesiastica pauperibꝰ debita: dico eē raptores: ⁊ p ɔn̄s teneri ad restitutionē oīuꝫ. Frat. U. Paupibꝰ debita sūt inq̄ntū supsūt domesticis vsibꝰ clericoꝝ. Sꝫ nunqd̄ tenē-

tur hanc restitutionē facere de bonis patrimonialibus si eā habent aut sufficit q illā faciāt de fructib⁹ ecclesie quos iā habēt vel habituri sunt. Rñdeo. cū qcqd supest eoꝝ vsib⁹ de ꝓuētib⁹ ecclesiaꝝ debeat pauperibus: nō sufficit facere restitutionē de talib⁹ fructib⁹ ecclesie cū habeāt bona patrimonialia vel aliūde q̄s de ecclesia acq̄sita nisi quatenus subtraxerūt sibi de bonis necessariis. vel quatenus expēderūt circa vtilitatē ecclesie de bonis patrimonialib⁹ aut aliunde q̄s p ecclesiā acq̄sitis. Et inde qd ait de ꝯsanguineis vt faciat eos diuites. notabiliter. s. vltra statū cōditiōis generis eoꝝ vel parētele: vt cū epi vel alij de humili genere nati ꝯsanguineas suas maritāt baronib⁹ ꝛ similia. Causa. xij. q. ij. ex cōcil. toletan. Et si illi qui nulla ex reb⁹ suis pauperib⁹ christi distribuūt eterni iudicis voce dānabuntur in futuro: quātomagis hi q̄ auferūt pauperib⁹ qd nō dederunt. Ambro. in li. de offi. Aurū etiā habeat nō vt seruet sed vt eroget. Hieronymus. Amico rapere quippiā furtū est. Ecclesiā defraudare sacrilegiū est. accepisse pauperib⁹ erogādū. ꝛ esurientib⁹ plurimis velle reseruare vel cautū vel timidū est aut qd apertissimi sceleris ē. exinde aliqd subtrahere oīumqꝫ predonū crudelitatē superat. Itē nedū clericus male consumens vel qd minus maliū est seruās vltra sumptus suos. cū sciat ꝛ videat pauperes indigere violentiā ꝛ rapinā dicit cōmittere. Ambrosius sup illū locū: Hois cuiusdā di. ꝛc. proprium nemo dicat qd est cōmune. plusqꝫ sufficit sumptui si qs retinet violēter obtētū est. Itē nō magis est criminis habēti tollere q̄s cū possis ꝛ habūdās his indigētib⁹ denegare. Itē peccāt mortaliter nō solū q pauperib⁹ subtrahāt. sed etiā q talib⁹ turpib⁹ personis cōferūt ꝛ indignis. Augu. Donare suas res histrionib⁹ vitium est immane. Itē mortaliter retinēt vel cōsumūt. q tot homicidiorū rei sunt quot pauperes in locis vbi habitāt fame mortui sunt.

¶ De Personis turpib⁹ q̄ inde pascunt. C. LVI.

Sed quid de focariis ꝛ huiusmodi turpibus personis ꝛ aliis supradictis q̄ sic pascunt vel ditant de reb⁹ ecclesie. nunqd ꝛ ipse tenent ad restitutionē. vtiqꝫ. sꝫ differēter. Nā turpes psone idistincte tenent reddere si possunt: nisi forte fuerit eis datū causa elemosyne cū essent in necessitate. Frater Uuil. Hec de illis que habuerint de bonis ecclesie. Quid si aliūde datū est eis. qd etiā de oībus illis q̄ turpiter acquirūt aliqd. nunqd possunt sibi in aliquo casu illud retinere. Rñdeo. vbi trāslatū est dominiū in accipiētē. nō cōpetit repetitio illi cuius fuit res illa. Distingui tñ pōt. q in his q̄ sunt phibita q mala quedā sunt q̄ nō puniunt a iure ciuili in forma iudicū nisi pena ifamie. vt histrionatus ꝛ exercitiū illoꝝ q̄ pugnāt in arena vel in duello vel opa meretricū solita. ꝛ in talib⁹ turpiter acq̄sita retineri pñt ad vsum acqrētis. Quidā sunt q̄ puniunt a iure p corpale penā vel p extorsionē turpiū lucroꝝ. ꝛ taliter acq̄sita retineri nō debēt nec ad vsum requirunt. nisi ei cōcedat a penitētiario suo tanqꝫ alij pauperi. Sꝫ debēt in vsus pios erogari nisi forte restituta fuerit iaz illis a qb⁹ sunt habita. vel nisi ille q̄ hꝫ restituere velit eis a qbus habuit. ad qd tñ nō tenet. Et huiusmodi restitutio in foro penitētiali indicēda est ꝓ parte satisfactiōis. ꝛ ideo ibi late patet officiū penitētiarij. ꝛ ibi forte pōt dispēsare sicut in mutādo tpe penitētie ꝛ mēsura ieiunioꝝ. In illis autē q̄ sunt mala q phibita sunt sicut torneamenta negociatio clericis. lucrū aduocatiōis vel medicine in casib⁹ nō cōcessis. bladū vel vinū vt postea carius vendat. facere serta de floribus ad vendendū: quoꝝ vsus est frequentius ad lasciuiā. facere decios ꝛ similia. Si tamen talia sunt prohibita ex his causis acq̄sita retineri possunt. Licet autē hec distinctio videat probabilis: q tamē pene restrigēde sunt ꝛ qui nimis emungit elicit sanguinē. verius credo q licet in predictis casibus bonum sit ꝛ salubre q penitens inducatur in foro penitētiali ad erogādū in pios vsus taliter acquisita non est tamen cōpellendus nisi velit. nec indicēdus est non esse in statu saluandoꝝ si nō velit huiusmodi penitētiā recipe nisi. in casibus a iure expressis: vt in symonia de qua expressum est q pecunia symoniaca restituenda est ecclesie. in cuius ignominiam est accepta licet ꝛ hoc posset intelligi quando recepta est de bonis eiusdem ecclesie. vel quando de hoc agitur in foro causarum. Similiter cum quis aliquid recipit faciat damnum vel iniuriam vel calumniā alij quia tunc non ille qui dedit repetit: sed ille contra quem datum est quod tamen intelligitur quando agitur in forma iudicij. quā seueritatem non oportet obseruari in foro penitentiali.

¶ De Diuitib⁹ q̄ eisdē abutunt. C. LVII.

Ex summa de casi. Diuites vero ꝛ potētes credo q teneāt similiter ad restitutionē. si illud recipiebāt p fraudes vel minas vel importunitatem indebitam vel aliter sine iusta causa. Clericus tamen vel prelatus excusaret in tali casu. si dedit vt redimeret vexationem suam a qua nō poterat aliter liberari. Sec⁹ autē dico si erant bene meriti honesti ꝛ spirituales viri. psertim q iam impenderant ecclesie suū seruitium: vel defendendo eā contra predones ꝛ tyrannos vel prestando sibi patrocinium in cā. vel dando sibi de reb⁹ ꝓprijs vel similibus modis. talib⁹. n. tenet ecclesia repēdere vicē. Sꝫ cui fiet hec restitutio: credo q auctoritate iudicis penitētialis debeat fieri illi eidē qui dedit nisi q̄ cū turpiter dedit. tunc. n. nō sibi sed successori suo poterit fieri. vel in vtilitatē ecclesie ꝯuertet. vel etiam eiusdem loci pauperibus (si hoc expedire videbitur) eroget. Frater Uuilhelmus. Si ita videbitur penitentiario: ꝛ hoc vltimū melius est cum indigēt paupes ꝛ satis abundat ecclesia. Alioquin melius est q in vtilitatem ecclesie pauperis conuertatur.

¶ De Meretrice que a clerico precium accepit. C. LVIII.

Quid de muliere que recepit pecuniā pro ope carnali. Respondeo si recepit ab aliquo de reb⁹ ꝓprijs nō ecclesiasticis: nō tenet restituere etiā si sit monialis cui datum est si acquirit monasterio qd accepit. honestius tñ est q monasteriū nō retineat sed eroget in pios vsus. Si aūt a clerico seculari de rebus ecclesie: faciēda est restitutio sm q dicit hic magister. nisi epus velit dispensare cū illa que recepit q retineat istud: si secularis est mulier. aut cū monasterio si regularis est. Si aūt accepit a psona regulari de rebus monasterij: qd presumendū est nisi ꝯstet de cōtrario. Distingue. Aut recepit ab habente administrationē: aut a simplici claustrali. in primo casu faciēda ē restitutio monasterio vel prioratui vel administratori de cui⁹ bonis datū est. ꝛ pōt fieri restitutio eidē psone q̄ dedit si adhuc remanet in administratiōe illa marie si dicit correctus. als securius est q ei nō reddat sed fiat qd dictū est. si tñ tali nō recorrecto facta sit restitutio. liberata ē q̄ accepit. si aūt amotus sit ab administratione illa: aut si claustralis ē simplex q̄ dedit. faciēda est restitutio mōasterio prioratui vel administratori nec liberabit si soluerit illi qui dedit. nisi: tūc demū cū ꝯuersum fuerit in vtilitatē monasterij prioat⁹ vel administratiōis. nec poterit retineri a monasterio regularis mulieris hmōi qd accepit a regulari alteri⁹ loci nisi de ꝯsensu abbatis ꝛ ꝯuentus si magnū fuit donū. aut abbatis soli⁹. si paruū vl mediocre. Qd aūt dixi de reb⁹ talit dat a psonis reglarib⁹. idē itelligas d reb⁹ datis a psonis secularib⁹ etiā laicis q̄ sui iuris sēt. sicut est seru⁹ ꝛ filius familias qñ dāt aliqd de reb⁹ talit etiā peculiarib⁹. nisi illaꝝ rerū ita liberā habeāt administratione q qñ pr̄ famil. possint disponē d eisdē. Itē qd dictū est de mōiali respectu regularis viri. teneas ꝛ ecōuerso qñ vir regularis recepit aliqd a muliē regulari. vir aūt regularis qd recepit ꝓ ope carnis a ꝯiugata restituere dꝫ marito. si illa dedit de rebus dotalibus aut cōmunibus. si aūt dedit de parafernalibus. vbi de ꝯsuetudine habent mulieres pafernalia. aut si mulier soluta sui iuris dedit amasio aliquid de rebus ꝓprijs. licet honestū sit q istd expēdat in pias causas. nō tñ credo q teneatur nisi velit. poterit. n. ei restituere q̄ dedit quod melius videt si peniteat vel egeat.

¶ Utrum Persona regularis per se restituere possit quod male accepit. C. LIX.

Nunquid regularis psona pōt restituere auctoritate ꝓpria qd accepit pro carnali ope vel qd habuit de furto vel rapina. Rñdeo. si cuiqꝫ cōpetit date rei repititio. distingue q si extat adhuc res data penes illū cui data est. si nō audet aut timet aut nō pōt impetrare q fiat restitutio per platū collegij. restituat auctoritate ꝓpria sm formā supra dictā. etiā ꝯtradicente prelato: q plus est obediendū deo q̄s homini. sed si nō extat. q iam ꝯsumpta est. inanis est actio. ideo si aūt nō est ꝯsumpta penitus. sed ꝯuersa est in vtilitatē monasterij. vel hꝫ aliquid qd ꝯparauit ex re sibi data. si nō pōt vel nō audet aut timet impetrare q fiat restitutio per platū. gerat bona fide negociū monasterij restituendo cui debet. vt dictū ē. Uel si fuit datum de bonis ecclesie secularis impetrādo dispensatione epi q possit retineri a monasterio vel erogari in pios vsus. nō tñ contradicente prelato hoc faciat ꝓpter bonū obedientie. nisi sit illa res comparata de pecunia ecclesie aut persone priuilegiate in hoc q rem emptā de sua pecunia possit vendicare. sicut est miles ꝛ pupillus. in quo casu etiam contradicente prelato potest eam restituere si eā habeat. sicut dictum est de re adhuc extante penes eam psonam que accepit.

¶ De Adultera q̄ spuriū vel extraneū heredē ꝯstituit. C. LX.

Ex summa de ca. Mulier que de adulterio suscepit filium: vel supposuit alienū ptū. dꝫ laborare q̄buscūqꝫ modis potest. vt legitimi heredes non fraudentur hereditate paterna. caute tñ. reuelare. n. sim-

pliciter marito: vel etiam ipsi spurio vel supposito non expeditur: q2 multa pericula possent inde oziri. tū q2 forte nō crederēt sibi. Ex altera parte videt̃ ꝙ nō posset agere penitētiā vel esse in statu saluandorū durāte tali deceptiōe. q2 nō dimittit̃ peccatū nisi restituat̃ ablatū. verū q2 ꝓpter hoc nō est ei penitētia denegāda: vt ait Inno. ita ꝓcedat. reuelet in ꝯfessiōe ⁊ penitētia facta suo sacerdoti parrochiali vel de licētia eius alii magis perito. ⁊ postea ipse reuelet epō suo similiter in cōfessiōe. ⁊ tūc qꝺ tutius est ambo simul inquirāt diligenter ⁊ tacite si ille spurius vl' suppositus sit homo spiritualis ⁊ timēs deū. quo inuēto vocēt eū secreto ⁊ corā muliere. ⁊ si videt̃ expedire recepto prius sacramēto ab ipsa ꝙ nō calūniose ꝓcedat: ⁊ etiā ab illo ꝙ factū secretū teneat. poterūt. n. tūc reuelare sibi ⁊ inde cōsulere vt ingrediat̃ religionē: vel trāsferat se ad longinquā regionez: vt sic nihil percipiat de bonis illius quē credebat esse patrē suū. ea autē q̄ cōsumpsit de bonis predictis dū habuit bonā fidē credēs se esse filium legitimū restituat: vel cōponat vel petat remissionē a viro mulieris si viuit. sin autē ab heredib' legitimis. nō tñ p se hoc faciat ne factū reuelet̃. sꝫ p sacerdotē vel aliā personā q̄ hoc ꝓcuret tacitis semper ꝑsonis ⁊ facto. Si tñ pōt nō plane induci ad hoc nō credo eū p̄cise cogendū. ar. leg. que dicit bone fidei possessorē nō teneri de cōsumptis. Si vero illi spurio vel supposito nō pōt reuelari sine periculo. vel etiā facto sibi reuelato fm formā predictā non vult acq̄escere cōsilio. tūc iniungat̃ mulieri ꝙ de sponsalitio suo ⁊ alijs reb' quas habet vel in futurū habere poterit satisfaciat iuxta posse dolēs semper de peccato. ⁊ q2 nō pōt plene satisfacere. proponat tñ firmiter in animo ꝙ satisfaciet q̄cito poterit. hoc tamē fiet p iudicē penitētialē vel personā religiosam secrete ⁊ caute. ⁊ pōt vti his verbis. quedā persona tenet̃ vobis ⁊ hoc accipite ⁊ ita erit in bono statu. Frater Uuil. nunq̄d tenet̃ petere veniā vel dilationē ab illis quos sic dānificauit qñ nō pōt restituere. Rñdeo qñ quis dānificatus est ab aliquo quocunq3 modo indebito. ⁊ hoc scit q̄ dānificatus est. credo ꝙ tenet̃ veniā petere p seipsum si pōt. aut si audet. aut p aliā personā si nō pōt: aut nō audet p se. que tñ persona subicere nō debet nomē ⁊ circūstātijs persone ꝓ qua intercedit: si ex expressiōe timeat̃ periculū vel scādalū. qui. n. offendit aliquē cū eo ipso offensus habeat aduersus eū: debet ire ⁊ reconciliari fratri suo fm ꝙ habet̃ in euangelio: debet inq3 ire p se vel p aliū. vt dictū est. Si autē q̄ damnificat' est nescit hoc nec sciuit. credo ꝙ tutius sit petere veniā vt dictuz est. qñ satisfacere nō potest: nō tamē tenetur q2 non est in mora in hoc casu quo ad iudiciū diuinū. Si autē satisfacere potest. semper est in mora donec satisfecerit aut dilationē impetrauerit. Hoc etiaz credo obseruādū vbi aliq̄s debitor est alicui ex cōtractu vel quasi contractu. Et similiter distinguēdū est. Hoc etiā obseruandū in cōtractib' eorū qui recolunt se debitores alicui ex eo quod fecerunt ex seculo.

Adhuc de eodem. C. LXI.

QUid de filiis illius qui viuēte vxore sua duxit aliā tā ipso q̄3 superducta sciēte impedimētū: de filijs inq3 susceptis de scdo matrimonio illo nūquid possunt succedere in hereditatē patris. aut tenent̃ totuz restituere filijs pmi matrimonij. aut alijs veris heredib'. aut sufficiat ꝙ tm reddāt eis ꝙ teneāt se ꝓ pacatis cū parū sufficiat eis. cū iam pauperes sint: ⁊ credūt se totuz amisisse. Respondeo. si prescripserunt cū bona fide nō tenent̃ restituere aliq̄d: maxime si adhuc post cōpletā prescriptionē retinēt bonā fidez. Si aūt nō est cōpleta legitima prescriptio: tenentur totā hereditatē cū fructibus mala fide consumptis restituere: quantūcūq3 oporteat eos indigere vel etiam mendicare. nisi quantum fuerit eis datū vel remissum a veris heredibus ⁊ hoc dum parati sunt huiusmodi possessores sine dolo ⁊ fraude totū eis restituere si velint recipere. Quid si mulier habet filios de adulterio occulto. potest ne eos facere heredes saltē in parte hereditatis sue cum legitimos filios non habeat vel si habeat nunq̄d de consensu eorū possunt quasi legitimi admitti ad portionē hereditatis. Itē quātū potest ipsa vel quicunq3 alienare de hereditate sua. Respondeo ad primū. credo ꝙ fm iura scripta pōt quilibet. s. extraneū: dū tamē nō sit turpis vel indigna persona. siue vnū de filijs quē maluerit heredem constituere in totuz vel in partē reseruata tamē legitima portione liberis suis. sed fm cōsuetudinem gallicani regni non potest testator dare vltra quintā partē hereditatis. In quibusdā locis tamē alijs vltra etiā. Aliud etiā obseruatur de consuetudine alicubi in donationib' inter viuos ⁊ aliud in donationib' causa mortis. In questione ergo proposita tenēda est cōsuetudo regionis. mater etiā de cōsensu legitimorū filiorū vel heredū aliorum facere potest illegitimos filios suos coheredes legitimorum nisi repugnet loci consuetudo.

De his qui naufragorum bona diripiunt. C. LXII.

EXtra de rapto. ꝑdo. Ex cōcil. lateranē. Qui christianos naufragiū patiētes q̄bus fꝫ regulā fidei auxilio esse tenent̃ damnata cupiditate spoliant reb' suis nisi ablata reddiderint excōicationi se nouerint subiacere. naufragis nihil est auferendū imo q̄cq̄d de ipso naufragio inuentū est: siue illud sit captū de ipso naufragio. siue de mari siue de littore restituēdū: nec excusat̃ aliq̄s aliq̄ ꝯsuetudine vel statuto vel p̄cepto. hoc. n. est ꝯtra p̄ceptū dñi. Oia. n. quecunq3 vultis vt fa. ⁊c. Itē ꝙ tibi oderis fieri ⁊c. Itē eps vel q̄libet p̄latus vel clericus qui tanti criminis esset pꝛiceps vel ꝯsentiens esset deponendus. laicus vō nisi admonitus satisfecerit dꝫ anathematizari. Item fm leges tenent̃ infra annū in quadruplum: post annū vō in simplū. sed hoc intelligas nisi sint talia nauigia q̄ pyrrhaticā tyrānidē exerceāt vl' sint inimica nomini christiano. Frater Uuil. Quid de illis principib' qui cōueniūt cū nautis ꝙ reddāt eis certam summā singuli pro singulis nauibus currentib' per terminos eoꝝ p q̄tando ab hmōi abusu: nunq̄d pñt illā summā sine pctō recipere. Rñdeo. credo ꝙ qui gratis debent hmōi q̄tare nō pñt ꝓ q̄tatione hmōi aliq̄d accipere. sed tenent̃ sic acceptū reddere. cū naute pēsionē hmōi non cōstituerent simpliciter ⁊ absolute spōtanei sed ne deteriora sustinerent.

De his qui pedagia vel thelonia idebite exigūt. C. LXIII.

EX sūma de ca. Circa pedagia ⁊ thelonia distingue: quia aut sunt antiqua aut noua: In primo casu si fuit impositū ab his qui potuerūt imponere. videlicet principibus: vel regibus. ⁊ presertim auctoritate ecclesie: ⁊ ꝓ iusta causa: vt pro defensione strate publice contra predones in terra. ⁊ contra pyrrhatas in aqua vl' p defensiōe fidei ⁊ patrie cōtra paganos vel hereticos vel pro alia simili causa. ⁊ recipiens facit illud ꝓpter qꝺ fuit impositū libere ⁊ sine scrupulo conscientie potest recipere. Si aūt nescit a quibus fuerit institutuz credit tamē ꝙ ab illis qui potuerunt ⁊ ex predictis causis credo idē. Idem credo si iste talis non laborat modo nec facit expensas: quia non est necesse cum terra sit bene purgata ⁊ in pace paratus est tamen ⁊ labores ⁊ expensas impendere si esset necesse: ita etiaz ꝙ proponat imminente necessitate non solū qꝺ tunc acciperet in illos expensas ponere: sed etiam vltra si esset necesse. In secūdo vero casu. scilicet si sit nouum pedagium vel theloneum nullo mō potest absq3 periculo anime vel rapine: nisi certum sit illud a principe vel rege statutum: ⁊ propter imminentem necessitatem aliquaz de supra dictis: ⁊ exinde procedat per omnia vt dictum est antiquo. Si contra formam istam aliquid est acceptum credo esse restituendum: ⁊ illi a quo iniuriose acceptum est sciri potest sin autem: cum consilio ecclesie in pijs causis est expendendum. Causa. xxiiij. q. iij. Calixtus papa. Si quis mercatores nouis theloneorum ac pedagiorum exactionibus molestare tentauerit christiana cōmunione careat: donec satisfecerit. Extra. j. de treuga ⁊ pace. Alex. iij. Innouamus vt presbyteri monachi conuersi peregrini mercatores rustici euntes vel redeuntes in agricultura existentes ⁊ animalia quibus arant ⁊ semina portant ad agrum congrua securitate letentur.

De his que a christianis iniuste subtrahunt. C. LXIIII.

EX summa de ca. Mercatores vero ⁊ transeuntes credo indistincte ꝙ debent persoluere antiquum ⁊ nouū dummodo recipiens faciat illud propter quod fuit institutum: qꝺ si non faceret isti a quibus exigitur: vel debent adire super hoc iudicem quod tutius est. vel dicant ꝙ cessante in illo causa: cessat in eis obligatio: vl' non seruanti fidem eis: nec ipsi seruare tenent̃. Si autem recipiens ille faceret qꝺ suum est: ⁊ isti aliquid subtraherent: rapina vel furtū esset. vnde precise tenerent̃ ad restitutionem. ⁊ agere insuper penitentiam de furto ⁊ mendacio siue alijs peccatis ibi cōmissis. Si vō illi iniuste recipent. ⁊ isti furtiue subtraherent: peccarent ad minus venialiter in mendacio q2 erat mendacium pietatis. ad restitutionē autem ipsum non credo teneri. Frater Uuilhel. Uoca mendacium pietatis quo sibi consulit: vel illi ne ille male recipiendo peccet. Sed illi qui tenent̃ ei ad restitutionē pedagij. nunq̄d etiā tenent̃ ad emendam. ⁊ iniungendū est eis in foro penitentie: vt eam soluant. Respondeo credo ꝙ nec in hoc casu nec in similibus tenet̃ quis ad soluendaz emendā: nisi fuerit iudicatū contra ipsum in foro causarum: q2 talia non debent̃ nisi tunc demū cuz q̄s ꝯdemnatus est per sententiā in forma al's in foro iudicij. vñ si quis furtim asportauerit pedagiū: vel inciderit alienā siluā: vel ꝯmiserit furtū aut sacrilegium aut similia: sup quib' statuta est pena corporalis vel pecuniaria p legem vel canonem: non est iniungendum penitenti in foro peni-

tentiali φ soluat huiusmodi penas. sed tunc demum cum fuerit condemnatus ad illas sȝ sufficit φ soluat interesse vel satisfaciat ad arbitriū boni viri si iniuriā intulit. hoc etiam dici pōt forte de pecunia habita p symoniā: de qua solet dici φ restituenda est illi ecclesie in cuius ignominiā data est vel recepta: per illud. c. extra de symonia. De hoc autē. Illud autē capitulū intelligi pōt qū de bonis ecclesie erat data pecunia: vel qū agebaꝛ in forma vel foro iudicij cōtra recipientē: ⁊ idē pōt intelligi in oībus similib⁹ casib⁹ in quibus iura di cūt extorquedā esse pecunia turpiter acceptā: cuius tamē repetio nō daꝛ ei q̄ turpiter dedit. Qđ dico ꝑpter magistrū q̄ dedit pecuniā ꝑ habēdis scholis: cui cōpetit date pecunie repetitio. vt dictum est supra de magistris. ⁊ idē in similib⁹ casib⁹ siqui sunt tales. Contra id tñ qđ dictuȝ est de pecunia symoniace acqsita est ar. extra de symo. mādato. argumēto sumpto a cōtrario sensu: qꝛ videꝛ innui φ pecuniā p pactū symoniacū acqsitā resignare teneꝛ qui eam accepit. licet secus sit si absqȝ pacto fuerit recepta. Et ideo tutius est dicere φ pecuniā ex pacto symoniaco acquisita retineri non potest etiam sm̄ iudicium fori penitentialis.

¶ De his q̄ eadē paganis surripiūt. C. LXV.

Ex sūma de ca. Quid de christianis qui accedentes ad ciuitates paganorū subtrahūt paganis hmōi pedagiū vel theloneū. Ad hoc dico si vadūt illuc tpe treuge: ⁊ nō portāt merces ꝓhibitas: ⁊ ipsi saraceni tenent eis fidē defendēdo eos in suo territorio vel maritima a latronib⁹ vel piratis debēt christiani fideliter ipsis ꝑsoluere sȝ statutū vel pactū. alias teneꝛ eis ad restitutionē si possunt vel si nō possunt erogare in vsus pauperū ad mādatū ecclesie. Nā fides etiā hosti seruāda est. si aūt iuerūt in tpe guerre vel etiaȝ in tpe treuge: sȝ cū mercib⁹ ꝓhibitis: nō credo φ teneꝛ illis ad restitutionē: sȝ quia peccauerūt: credo vt puniaꝛ in quo deliquerūt φ sit eis iniungēdū in penitētia vt illud debet in redēptionē captiuoꝝ vel in subsidiū eorū q̄ pugnāt ꝑ fide christiana: vt ipsimet expendāt in eodē subsidio: si ad hoc sunt idonei corpaliter laborādo. Frater Uuilh. Sȝ cum sint pagani male fidei possessores terre quā tenēt quō statuta eoꝝ ligāt christianos. Rñdeo credo φ statuta eoꝝ q̄ p vim occupauerūt ⁊ tenent terrā que aliqū fuit christianoꝝ: nō obligāt fideles nisi consenserint aut sponte se subiecerint statutis huiusmodi. secus dicerē de illis saracenis: q̄ nō sunt violēti possessores terrarū quas tenent. hi etiā de quib⁹ primo dictū est: cū sint in possessione statuēdi ⁊ damnādi: nō sunt defraudādi nec spoliādi illa quasi possessiōe auctoritate alicuius priuate persone. vnde ab huiusmodi pedagijs defraudari nō debēt ꝑ aliquē christianū. transeuntē ꝑ terras eoꝝ.

¶ De his q̄ questus ⁊ tallias idebitas exigūt. C. LXVI.

Ex sūma de casibus. De questis talli ⁊ similibus dico φ regulariter nō debet dominus a subditis petere. nisi ea que inter ipsum vel ipsos antecessores eoꝝ plane bona fide sine dolo ac coactiōe conuenit. sicut solet fieri cū mansi vel ville cōceduntur de nouo colonis vel alijs personis. Solent etiaȝ inde fieri instrumēta que continent censum annuū ⁊ alias seruitutes ⁊ pactiones hincinde. Omnia ergo iuxta hunc modū posita ab initio. dū tamē nō fuerint turpia vel contra deū peti possūt ⁊ soluenda sunt. Nā quilibet in traditione rei sue potest ponere legē quā vult. Item quia scienti ⁊ volenti non infertur dolus. Itē pacta custodiaꝛ. ait dciꝉ. afri. Ergo quicqđ subditus de his absqȝ domini voluntate subtraheret. sicut fur teneret restituere. vbi tamen indeterminate positū est in instrumento aliqđ tale verbum collecta tallia questa ⁊ simile. intelligo φ debet eā moderate accipere inspecto onere ⁊ facultatibus subditoꝝ. Frater Uuilhel. Ita credo φ etiā cū in instrumento continetur φ talis dominus potest facere talliā ad visum vel ad placitū: aut talia est consuetudo etiā sine scripto. Illud visum vel placitū moderādū esse ad ad arbitriū boni viri inspectis facultatibus subditoꝝ. Ex summa de ca. Si autē dominus vltra conuenta ⁊ statuta inter ipsum ⁊ subditos aliqua sponte oblata nulla fraude adhibita vel minis vel coactione indirecta recipiat: non tenetur ad restitutionem. sed exacta a se vel suis directe vel indirecte tenetur restituere. Frater Uul. Indirecte vt quando denegat eis iustitiam: vel non defendit eos vt debet: vt sic aliquid extorqueat. vel insinuari eis facit φ vult aliqđ habere ab eis. Ex summa de ca. Uerum tamen si ex aliquibus circūstantijs apparet impossibilis vel multuȝ difficilis restitutio: satis videꝛ φ posset huiusmodi principib⁹ ⁊ militibus cōsuli: φ in cōpēsationē vel remitterēt eis cōmuniter cū eorūdē cōsensu ⁊ libera voluntate aliquā seruitutē seu annuā prestationē in perpetuū vel ad tempus. ita φ leuissime teneretur eis satisfactū. vel etiam facerent in remissionem peccatorum illorum. quibus tenentur ad aliquid hospitale vel opus sīle pietatis. cū consensu tñ eorūdem si potest requiri.

¶ De causis iustis ⁊ iniustis tallias exigendi. C. LXVII.

Hec aūt intelligas vbi iusta cā ipsum dominum ad talem exactionē faciendam inducat. Sunt enī quedam cause iuste: vna pro defensiōe patrie ⁊ maxime sue ciuitatis castri vel ville. Ad hoc. n. teneꝛ omnes. non solū res suas partiri: sed etiā corporaliter laborare: munire se in castro vel ciuitate ⁊ vigilare: vt sic se ipsos ⁊ res suas saluant. Item si dominus vult ire in exercitum indictū ab ecclesia vel principe ꝯ hereticos vel paganos. nec de suo absqȝ graui dāno posset facere expensas sibi necessarias pŕ a subditis auxiliū petere moderatū. Itē si in guerra vel bello iusto ex pte sua sit captus ab hostibus: nec potest soluere redemptionem petitaȝ ab eo absqȝ graui damno. Item si vellet ire ad principem pro obtinendo priuilegio ꝓtectionis ꝑ se ⁊ ꝑ eis: nec posset de suo expēsas ad hoc vtiles ⁊ necessarias absqȝ graui damno facere: ⁊ si qua alia causa similis emergeret: dum tamen semp moderate ⁊ nō ad grauamen eoꝝ ⁊ cuȝ charitate non ex violentia exigeret. Frater Uuilbel. bene dicit alia similis. Sunt enim quedam cause vsitate ⁊ approbate alicui preter illas que hic ponuntur. s. quando dominus maritat filiam suam aut filium facit militem: aut releuat feudum suum: aut auget nouū feudum cōparando: ⁊ cum talia videanꝛ respicere cōmodum subditorum: pro eo φ cum dominus maritat filiam acquirit sibi amicos: ⁊ augendo feudum fit ditior. iam plus potest parcere subditis q̄ ante: ⁊ cum facit filium militem potentior est ad defendendū terram: non credo φ damnandi sint qui talia recipiūt vbi constitutū est vel consuetū: dū tñ nō recipiant vltra q̄ ꝯstitutū ē vel ꝯsuetum. Si tñ aliquid consuetum est ⁊ si ad arbitriū exigi consueuit: cum moderamine exigatur. Ex summa de casibus. Si autem dominus vult ludere ad aleas: vel vltra vires ad vanitatem expendere in vestibus hospitibus ⁊ similibus: non dȝ ꝑpter tales causas exigere. quod si fecerit teneꝛ ad restitutonē. Idē si captus in bello iniusto exegit ab eis redemptionem totam vel partem quam soluit hostibus.

¶ De his qui nihil aliud a subditis nisi tallias accipiunt. C LXVIII.

Ex sūma de ca. Sed quid de quibusdam qui nihil penitus recipiūt a subditis nisi tallias vel questas. Ad hoc distinguo: φ aut ab antiquo si hi ⁊ antecessoribus est soluta tallia. aut de nouo est imposita siue petita. In primo casu si sciꝛ vel crediꝛ probabiliter φ ex iusta causa ⁊ licite īposita fuerit ⁊ soluta. pōt exigere. ita tñ φ ⁊ ipse cōpleat si qđ ex illa causa vel institutione ꝯplere debeat. Frater. Uuilhel. Sed quō hoc scieꝛ. Respondeo. potest sciri si super hͨ confectū est instrumētū. si etiā ita seruatū est a tpe ex quo nō extat memoria. sȝ quosdā presumēdū est φ ex causa iusta fuit imposita. ar. xij. di. illa. Quod satis credo nisi violēta sit presumptio in ꝯtrarium presertim cū dicaꝛ φ in longissimis ꝑscriptionib⁹ nō oportet ꝓbari titulū. sed ex lapsu temporis presumiꝛ titulus interuenisse q̄ allegaꝛ. Ex summa de ca. In scđo vō casu vel etiā in primo cū nec scitur nec creditur iusta cā nō debet exigere: ⁊ qđ cū mala fide recepit debet restituere si potest. posito tamen φ vere dominus est. ⁊ φ nihil penit⁹ ꝑcipit quod vix est credibile. quin ad minus recipiat ibi iusticias. ⁊ sequantur euȝ in exercitu in bello iusto. si tñ ita verū sit φ nihil ꝑcipit credo saluo meliori iudicio φ debent inter se aliquid statuere qđ dent sibi in signū subiectionis. ne aliter inutiliter videatur eē penes eū dominiū rei sue. ⁊ si dubiteꝛ quid vel quantū debeat esse illud. credo φ debeāt obseruare qđ in vicinis villis vel castris vel ꝓuincijs obseruaꝛ. ita tñ φ villa ista nō grauetur. vel si diuerse sunt cōsuetudines. ea que minus soluit eligaꝛ. Et hoc totū intelligo nisi ipse vel aliquis de antecessoribus suis vendidit vel donauit eis illud qđ ibi in subiectionis signū cōsueuit ꝑcipere. tunc. n. nō potest aliquid petere. In omni tamen casu credo φ debeāt habere in memoria tāqȝ inseparabiliter adnexa dominio illa sex. enumerata in epistola philiberti epi videlȝ incolume. tutum. honestū. vtile. facile. possibile. vt in illis sint ei fideles. Frater Uuilhel. Incolume ne sint in damnū dn̄o suo de corpe suo. Tutum ne sint in damnū dn̄o suo de secreto suo. vel de munitionibus per quas tutus esse potest. Honestum ne de sua iusticia vel alijs causis que ad honestatē eius ꝑtinere videnꝛ. Utile ne sint ei in damnū de suis possessionib⁹. Facile ne id bonū qđ suis dn̄s leuiter facere poterit. faciat ei difficile. Possibile ne id bonū qđ dn̄o suo erat possibile reddat ei possibile. ⁊ qꝛ nō sufficit abstinere a malo nisi fiat bonū. restat vt in eisdē sex supra dictis consilium ⁊ auxilium fideliter dn̄o suo prestent.

¶ De eodem. C. LXIX.

Quid de illis qui tali vtunť cõsuetudine in hominibus suis ꝙ de mobilib⁹ eorū capiunt quātū ꝛ quādo volūt. ꝛ cū suspicanť eos velle trāsire ad alium dominū: omnino spoliant eos. nunqđ excusari possunt ꝑ cõsuetudinē. ꝛ an tenētur ad restitutionē. ꝛ an sunt absoluēdi si nolunt restituere. Rñdeo. si certū est ꝙ ab initio fuerit impositū tale onus terre sine malitia ꝛ fraude. ꝙ dñs possit ab habitatoribus qñ ꝛ quantū velit capere. ꝛ possit retinere oīa mobilia si recesserint. cū quilibet possit imponere sue rei onus qđ voluerit videť tolerari posse: ꝙ intantū vtat huiusmodi cõstitutiõe ꝙ non grauet eos vltra modū aut manētes aut recedētes. ꝛ ꝙ dñi nõ tenenť ad restitutionē taliter acceptoꝝ. Si autē nõ est certū. aut si crediť ꝙ nõ fuerit ab initio legitime institutū credo ꝙ huiusmodi spoliatiões ipso genere facte male sint ꝙ peccāt q̄ hoc faciūt ꝛ tenenť ad restitutiõe. In hoc tñ casu ꝛ similib⁹ q̄ toleranť ab ecclesia ꝓ eo ꝙ ibi põt esse aliqua dubitatio de iure aut de facto nõ credo simpliciter denegandā esse absolutionē. s3 faciēda est cū quadā tñ dubitatiõe ꝛ ꝓtestatione sic absoluo te de hoc inquantū possum. Sed timeo vel credo ꝙ nõ sufficit tibi ad salutē nisi te aliter habueris in hoc casu. Item ad de illis q̄ emunt prepositurās seculares vbi nõ sunt redditus sed sole exactiões ꝛ munera ꝛ seruitia q̄ recipiūt huiusmodi prepositi: nunqđ teneanť talia restituere: aut si compelluntur a dñis exercere huiusmodi officia: nunqđ tenenť potius oīa sua dimittere q̄3 in h obedire: ꝛ qđ de dñis q̄ vēdūt huiusmodi prepositurās. Rñdeo si non possūt huiusmodi officia exercere sine peccato mortali. poti⁹ debēt oīa mala tolerare q̄3 sic peccare: ꝛ peccāt mortaliter quotiēs munera accipiūt ꝓpter faciēdā gratiā alicui in preiudiciū alterius. Aut si minis ꝛ terrorib⁹ aliqđ extorqueāt. aut quosdā grauēt vt alij timētes eis seruiāt ne talia patianť tūc tenenť ad restitutionē oīū taliū si possint. nec aliter absoluēdi: ꝛ peccāt. dñi q̄ tales prepositurās vendūt. aut ad emēdū aliquos cõpellūt cū gratis eas cõmittere debeāt: ex quo nõ sunt ibi redditus aut ꝓuētus iusti: ꝛ tenenť ad interesse illis q̄ ꝑ huiusmodi prepositos taliter sunt spoliati. hoc aūt intelligo de illis prepositis. q̄ reddūt iura. De pedellis aut minorib⁹: quoꝝ est officium tantum citare vel exequi iudicata vel mandata maioꝝ: tenendum est quod dicitur infra de officialibus.

¶ De his q̄ guerras adinuicē exercēt. C. LXX.

Ex summa de ca: Circa principes aūt vel milites habētes guerras adinuicē3 distingue: q3 aut ille de quo queriť h3 iustā guerrā vel bellum aut nõ. In primo casu. s. cum habet iustum bellum: ꝛ nõ exercet illud nisi cõtra nocētes. ꝛ non habet intentionem corruptam quicquid capit ab hostibus suū est: nec tenetur restituere. Ut autem dictum est supra quinq3 exiguntur ad hoc vt bellū3 sit iustū3 scilicet persona. res. causa. animus ꝛ auctoritas principis. Frater Uuilhelmus. Dicit enī imperatoꝛ nulli ꝓrsus nobis inscijs atq3 incõsultis quoꝛūlibet armoꝝ mouēdoꝝ copia tribuať. Quid si barones subditi comitis vel ducis habēt guerrā cõtra eū: aut comes cõtra regē suū vel econuerso: cuius principis est auctoritas requirenda. Respondeo. princeps qui nullū habet superioꝛe3 siue sit rex siue imperatoꝛ auctoritate ꝓpria: si iusta causa subsit potest mouere bellum ta3 contra subditos q̄3 contra extraneos. põt etiā subditis suis dare auctoritatem mouendi bellum tam circa principē extraneū q̄3 circa subditos eius: si causa subsit ꝛ viderit expedire. S3 nõ cõtra ꝓprios subditos q̄3diu potest iniuriantē iustificare: vel q̄3diu vult stare iuri corā eo: vel corā iudice suo si ē iudex medius inter huiusmodi principē ꝛ iniuriantē. Si aūt nõ põt eū iustificare: si ille non vult stare iuri: põt nõ solū princeps hmõi. s3 etiā ille princeps qui habet sup se superioꝛē auctoritate sua mouere bellū cõtra huiusmodi iniuriantē: si subest ei mediate vel immediate. ꝛ dare licētiā iniuriam passo mouendi circa eū arma. Si autē iniuriās non subest mediate vel immediate principi habenti super se superioꝛē: princeps ille non potest dare auctoritatē subdito suo mouēdi cõtra eū arma. s3 auctoritas superioris pricipis est requirēda: maxime si ille iniuriās pertinet mediate vel imediate ad iurisdictionē illius superioris pricipis. Cū ergo vasallus comitis habet guerrā cõtra comitē. regis est auctoritas requirenda. Si autem comes contra regē: ꝛ rex nolit ei ius exhibere per pares curie humiliter requisitus. credo ꝙ si ius suū armis defendat cum moderamine inculpate tutele non peccat. impugnare tamen regem auctoritate propria non poterit. Papa tamē facta denūciatiõe de excessu regis si rex nollet a peccato desistere posset regē excõicare. ꝛ crescēte cõtumacia dare auctoritatē mouēdi arma cõtra eū. Cū autē rex habet causam guerre cõtra imperatoꝛē vel econuerso: non credo ꝙ vterq3 vel alteruter teneatur ius [illegible] ꝓ sequi in forma iudicij. cum neuter illoꝝ habeat super se superiorem. peccaret tamen mouendo bellum passus iniuria3 si iniuriatoꝛ offerret ei debitam satisfactionem ad arbitrium bonoꝝ viroꝝ de plano ꝛ sine strepitu iudicioꝝ.

¶ De his que rapiunť in bello iniusto. C. LXXI.

Raimundus Si vō nō eſt ſoluēdo diſtingue. Aut ſimpliciter non poteſt ſoluere. aut poteſt: ſꝫ nō abſq̄ magno periculo ſuo et ſue familie. Jn primo caſu doleat: ⁊ ꝓponat reſtituere q̄cito poterit. Jn ſecūdo petat dilationē a ſpoliatis: vel aſſignet ei certā partē de redditib9 ſuis amicabiliter: de qua ſibi ſatiſfaciet ſucceſſiue: ⁊ de hoc faciat eis bonā cautionē. Si vō oēs denegent ſibi dilationē: ⁊ poſtulent ꝙ ipſe cedat bonis. tunc credo ꝙ tenetur abſq̄ dilatiōe ſatiſfacere vel cedere: quia fur ⁊ raptor ſemꝑ ſunt in mora: ⁊ ideo ſemꝑ augēt peccatū. U. Ergo debet facere poſſe ſuū ſ. vſq̄ ad venditionē hereditatis ⁊ oīuꝫ bonorꝫ: ⁊ ſi oporteat ipſum ⁊ familiā ſuam mēdicare. Quid de illis qui ſi vellent dimittere ſuperfluas expēſas poſſent rapta reſtituere. Quid etiā de illis qui reſignant oīa bona ſua in manū penitentiarij: ꝓmittentes ꝙ damnificatis tantū faciēt ꝙ tenebūt ſe pro pacatis: quia putāt ꝙ pro modico quitabūt eos: quia credūt ſe totū amiſiſſe. Quid etiā de illis q̄ nō reſignarēt in manu penitētiarij: niſi crederēt ꝙ penitētiari9 reſtitueret eis pro toto vel pro parte qñ neſciūt cui faciēda eſt reſtitutio. Nūquid tales ſunt in ſtatu ſaluandorꝫ: Credo ꝙ nō. Oportet eñi ꝙ bona fide ⁊ ſine fraude raptor quicq̄d poteſt: vt damnificatis ſatiſfaciat: ſi nouit eos. aut pauperib9 eroget: ſi nō nouit. al̄s nō eſt ſaluandus a penitētiario: ſi cōſtat ei de eius impenitētia vel praua intentione. Non eſt tñ neceſſe ꝙ fiat huiuſmodi reſignatio in manu penitētiarij: dū tñ al̄s ſit paratus ad arbitriū eius vel alterius boni viri ſatiſfacere. Jtē ſi pſona deniq̄ ſpoliati ſciri nō poteſt: cū conſilio eccleſie quod ablatū fuit: erogādū eſt. Et in hoc caſu poteſt ep̄s qui eſt diſpēſator pauperū: dilationē ei dare: ⁊ partē remittere: aut etiā totū ſi viderit expedire. Raimū. Debitor quidē debet ſimpliciter abſq̄ꝫ pacto ⁊ conditione totū quod habet reſignare in manū epī vel penitētiarij diſcreti. ⁊ tūc ipſe ſi viderit eum pauperē ⁊ egentem: debet ſibi partē: vel etiā totū: ſi tantā viderit neceſſitatē: ne al̄s ipſe cū vxore ſua ⁊ filijs fame pereat. ⁊ ſi quid reſiduū fuerit: pauperibus alijs diſtribuat: ⁊ ipſe faciat quicquid boni poterit orando ⁊ alijs modis pro his quorꝫ fuerunt res. ⁊ ſi poterit aliq̄ lucrari iuxta poſſibilitatē ſuā eroget in vſus pauperū pro aīab9 illorꝫ.

¶ De His qui pluribus perſonis: vel ex pluribus cauſis tenent̄ reſtituere. C. XCII.

Si autē diſcrepant inter ſe ſpoliati quib9 tenet̄ quia alij volūt dare dilationē: alij non. ſed petunt ceſſionem. Tunc maiori parti ſtandū eſt. Et intellige maiorē partē: vbi eſt maius ⁊ fortius debituꝫ. U. Unde ſi vni creditori plus debeat q̄ꝫ reliquis omnib9: q̄ forte ſunt decē vel plures: ſtabit̄ voluntati illius ſoli9 de dilatione q̄nquēnali dāda: ⁊ de ceſſione petēda. Raimū. Si vō par ſit debitū huic inde ſtandū eſt maiori numero creditorꝫ. Si oīa ſunt paria: eligenda eſt clemētior ſentētia. i. que dat dilationē. Hāc diſtinctionē

U

facit lex in pluribus creditoribus. Hoc autē intelligo nisi petentes cessionē vel sibi statim satisfieri nō possent induci ad dandā dilationē. tunc enim satisfaciēdū eis est pro parte substātie que eos cōtingit: presertim si egeāt: ita q nō possint cōcedere absq periculo suo z familie ne interueniēte paululū mora inueniri nō valeāt qui redimantur. Sēper enim debet vitari mora: vbi timet periculum.

V. Quid potest quis si vult partem soluere cū totū non possit z pluribus teneatur. nunquid potest gratificare vni soluendo ei solidum: aut tenetur singulis soluere pro rata. Et si teneatur ex contractu z ex maleficio. nunquid prius soluendū est in hāc causam q in illam. Itē nunquid anterioribus creditoribus prius soluendum q posterioribus: z habentibus pignora z hypotecas prius q habentibus tantū personales actiones. Itē inter hypothecarios creditores quis cui preferendus est. Respōdeo. si creditor vigilauerit exigēdo debitū in iudicium vel extra iudiciū: potest ei debitor soluere solidum anteq bona debitoris auctoritate iudicis incipiant possideri: quia iura paria facta sunt omniū creditorū. qui nō habēt pignora vel hypothecas vel nō sunt priuilegiate persone. Item si vtroq creditore instāte: debitor vni voluerit gratificare: debet illis omnibus cōmunicari vel eadem portio singulis queri. Itē si vnus creditorū denunciauerit alij ne accipiat a debitore: in fraudē versari videtur ille si accipiat: vbi autē nō vigilauerit creditor exigendo debitū non videtur q debitor debeat ei gratificare. Iure tamen polit. z si nō in re fori excusaretur vt credo si pietate motus gratificaret plurimum indigenti creditori. nec credo quod aliquod priuilegiū habeant isti quibus tenetur ex maleficio vel quasi: q illi quibus tenetur ex contractu vel quasi ceteris paribus. Inter creditores autē potiores sūt illi qui acceperūt pignora. his qui habent personales actiones tantum. Potiores inq vt soluatur eis quantū valet pignus. Inter hypothecarios autē creditores qui prior est tēpore potior est z iure nisi in quibusdā casibus specialibus qui solēt notari in. C. Inter eos autē qui habēt personales actiones tātū. estimātur priuilegia nō ex tempore sed ex causa. Ex causa videlicet: quia fiscus vel mulier in dote preferendi sunt ceteris priuilegiū nō habentibus. Itē ex causa: quia actio tutele: z actio depositi z similes priuilegiate sunt vt prius quod debetur ex eis q quod debetur ex alijs actionibus nō priuilegiatis persoluatur. vbi autē sunt paria priuilegia aut personarum aut actionū equaliter cōcurrant in satisfactiōe facienda nisi de aliquo illorū probetur q sit alteri preferendū sm legem. Raimundus. Itē semper iniurians vel spoliator vel complices eorum debent humiliter postulare veniam ab his quos offenderūt: ne illi remaneāt in rancore. Itē que dicta sunt de raptoribus cū circūstātijs suis itelligas de incendiarijs predonibus z pyrrhatis.

¶ De Crimine furti. C. XCIII.

Furtum est cōtrectatio rei aliene mobilis corporalis fraudulosa: inuito domino: lucri faciendi gratia: vel ipsius rei: vel etiā vsus eius possessionisve. Cōtrectatio apponit in diffinitione quia sine ea nō est pprie furtū: licet īteruenīat volūtas verbum vel scriptura. Alias si cōcupiscat rem alienā illicite ac sine cōtractione est trāsgressor alterius precepti nō cōcupisces zc. Rei aliene ideo apponit: quia non cōmittit furtū in re plenissime ppria. Plenissime dico. q si z ali9 haberet in re illa ius puta creditor cui res est pignori obligata vel cōmodatarius vel soci9. z dñs furtiue surripiēs furtum cōmitteret. Mobilis corporalis. q in reb9 īmobilib9 vel icorporalibus nō cōmittit furtū. q talia nō possunt ɔtrectari ppt suā immēsitatē vel incorporalitatē. Fraudulosa q si aliqs credebat rē esse suā vel etiā sciebat rem esse suā. z credebat sibi licere rē suā suscipe nō ɔmittit furtū. Idē si credat se facere dño volēte q nō facit dolū. Inuito dño: q si credit dñz pmissurū z subest iusta cā credēdi nō tenet. Si vo nō subest tenet. Itē si putat se facere inuito dño z tñ dñs vult. furtū facit quātū ad intētionē z mortaliter peccat sed nō tenet ad restitutionē. Lucrifaciēdi gratia. q si qs alienā ancillā meretricē rapuerit vel celauerit. nō cā lucrifaciēdi. s3 libidinis exercēde nō ɔmittit furtū licet al's grauiter peccet. vel ipsi9 rei vel vsus ei9 poss. ve. q nō solū ɔmittit furtū q rei dñz vult lucrificare sic furtiue. s3 etiā q vsum vl possessionē rei. Ex pmissis liquet q q accepit equū vel aliā rē ɔductā vel ɔmodatā vsq ad certū locū. z ipse vltra locū illū pcedat cū illa re ɔmittit furtū nisi in cā. s. qñ credit dñz velle. Sed qd si aliqs rē sibi ad vtēdū ɔcessā alij ɔmodauerit: nunqd ɔmittit furtū. vtiq: q nō erat ei ɔcessa ad vsū istū. Itē q videt facere gratia sui lucri spē. n. lucri est ex alieno largiri: z ex alieno beneficio obitorē sibi acqrer. Silr etiā creditor ɔmittit furtū si pignore sibi obligato vtat. z breuit vbicūq inuenias ɔtrectationē aliene rei factā cōtra voluntatē domini: intellige furtū cōmissum. Iustinianus instit. iiij. li. Furtū est contrectatio rei fraudulosa vel ipsius rei: vel etiā vsus eius possessione. quod lege naturali prohibitū est admittere. z dicit furtū a furuo id est nigro: quia clam z in obscuro fit: z plerūq nocte. vel a fraude: vl a ferēdo. i. auferēdo. V. Iō dic Vel vsus eius possessionisve: quia furtū cōmittit q rem alienā possidens male vtit ea inuito dño. velut si creditor vtatur pignore nolente debitore. Qui etiam rebus cōmodatis aliter vtunt q vtēdas acceperūt: furtū cōmittunt. Si tñ se intelligūt inuito dño hoc facere: eūq si intellexisset nō permissurū. at si permissurū credant: extra crimen sunt. Furtū cōmittūt pueri statim vt intelligūt se delinquere: quia furtū ex affectu furādi consistit. Raptor autē est fur improbus. Gratianus causa. xiiij. q. vj. Furtum autē non tantū in quātitate rei quantū in affectu furātis considerat. Unde Hieronym9 in epla ad Titū: Quō in fornicatione non icciro diuersa sit fornicatio: si mulier pulchra aut deformis: ancilla aut igenua: paucula aut opulenta. sed qliscūq fuerit illa: vna est fornicatio. Ita in furto qui tuncūq qs abstulerit: furti crimen incurrit.

¶ De Speciebus furti. C. XCIIII.

Raimundus. Furtorū aliud ē manifestū: cum quo fur deprehenditur priusq veniat ad locū destinatū. Aliud non manifestū id est cū quo fur nō deprehendit. Item furtorū quedā remanēt in nomine generali: quedā cadūt in nomine speciali. velut sacrilegiū: quod dicitur furtū de republica. Abigeatus: quod dicitur furtū gregis. Sic z plagiū: quod dicit furtū hominis: cū quis liberū hominē scienter vendit vel emit: donat vel accipit: vl permutat. Idem si ancillam vel seruū alienū solicitauerit z exportauerit. Pena furti variat sm q varie agitur de ipso. Nam quādoq agitur criminaliter id est ad penā corporis infligendā. Quādoq ciuiliter id est ad penā pecuniariā. In primo casu nō est fur suspendendus: aut demembrandus: aut exoculandus: sed al's arbitrio iudicis puniendus. videlicet vt fustiget: vel exulet: vel alio modo: prout iudici videat. z hoc in simplici fure. Si eni plus sit q fur: id est quia armis aggredit in domibus: vel sepibus: vel in itinere: vel in mari: vt pyrrhate. tunc acrius procedit contra eum. Cum ergo agitur ciuiliter: pena furti manifesti est in quadruplū: non manifesti in duplum. Et hec pena competit: z peti potest etiam post annū. Item si egit aliquis criminaliter: poterit agere ciuiliter: z ecōuerso. Extra v. de furt. Ex cōcil. bituricen. Fures z latrones si in furādo z depredando occidunt: visum est pro eis nō esse orandū. sed si comprehensi z vulnerati presbytero vel diacono confessi fuerint: cōmunionem eis nō denegamus. Ex penitētiali Theodori: Si quis p necessitatē famis vel nuditatis fuerit furatus cibaria: vestē: vel pecus peniteat hebdomadas tres. si reddiderit: nō cogatur ieiunare. Alexander. iij. Cenomañ. epi. Ex litteris tuis innotuit: q. B. quendam calicē in ecclesia minus caute dimissum rapiens longo tempore detinere presumpsit. z infra. Manda. qua. si sponte cōfessus fuerit: et exinde ecclesie satisfecerit: nec est super hoc infamia respersus: post peractam penitentiā: aut congruā partē penitētie ob hoc ad sacros ordines nō dubites promouere.

¶ De Participante cum fure. C. XCV.

Ibidem Hieronymus super Paralypomenō Qui cum fure partitur: occidit animā suam. Non ergo fur solū: sed ille reus tenetur: qui furti conscius querente possessore non indicat. Iustinian9 vbi supra: Omnes qui sciētes rem furtiuā susceperint z celauerint: furti non manifesti obnoxij sunt. quod si nesciant: non tenentur in penā: sed ad restitutionē. Olim is qui in alienā domū introibat ad rem requirendā furtiuā: nudus ingrediebat: discū fictilem in capite portans vtrisq manibus detentū. Is apud quem furtū inuenit concepti furti actione tenet. Oblatū furtū dicit cum res furtiua ab alio tibi oblata est: eaq apud te ɔcepta sit: vtiq si ea mente tibi data fuerit: vt apud te potius q apud eum qui dedit cōciperet. nam tibi apud quē concepta est aduersus eum qui obtulit q̄uis fur nō sit: constituta est actio: que appellatur oblati. V. Nota q multis modis cooperat quis vl participat cum fure. Unde versus: Iussio consilium consensus palpo recursus vel receptans: quod idem est. Participans mutus non obstans non manifestans. Et de hoc dicitur qui cum fure participat zc. Quod autē dicit in v. Cōsensus: intelligitur de consensu cooperationis. Palpo est adulator. Participans est qui partē furti recipit. Mutus qui dolose tacet cū videt furem paratū furari: z solo verbo posset impedire sine periculo suo Non obstans: qui non resistit facto cum sine periculo posset. Non

manifestans est qui scit vbi est res furtiua: et non indicat: maxime cum ab eo qui amisit querit. Uerum mutus non obstans et non manifestans nō tenetur ad restitutionē rei furtiue: nisi cū fuit surrepta esset eorū custodie cōmēdata. Participans autē id solū tenet restituere qđ habuit. Tenent vo insolidū iubēs et cōsulēs et etiā palpo. si ppter iussionē cōsiliū vel adulationē furtū fecit fur alias nō facturus. sicut distinctū est supra de raptorib⁹. Cōsentiens autē coadiuuando tenet insolidū. licet nihil de furto penes eū remanserit. In quo tñ casu qđā equitate tolerari posset q nō teneret ad restitutionē cū socius eius etiā sine eius adiutorio furtū esset facturus. Receptans autē si defendat furē aut dolo malo celat rem furtiuam tenetur insolidū. aut si p receptionē suā impedit rei furtiue restitutio: alias nō tenet nisi quantū de illa re habuit et sibi retinuit.

¶ De Restitutione rei furtiue. C. XCVI.

Gratianus vbi supra. Qđ aūt penitētia agi si possit: nisi res aliena reddat: in epistola ad Macedoniū August. ostēdit dicens: Si res aliena ppter quā peccatū est: reddi possit et nō redditur: penitētia nō agit sed simulat. Si autē veraciter agit: nō remittet peccatū nisi restituat ablatū: si vt dixi restitui pōt. Si vero rem alienā qs cōsecrauerit: nō eandē sed estimationē eius restituere debet. Raimūdus. Aliter autē fit pcedendū in foro penitētiali circa restitutionē faciendā ab ipso fure: vel cooperātibus et ɔsentientib⁹ et qui teneant insolidū et q in partē: cui etiā fit restitutio faciēda. qr ei cui surrepta est dūmodo sua intersit ex causa honesta rē non esse surreptā: vtputa qr habebat in re ius pignoris vel vsum vel similia. Si enim et ipse esset fur nō sibi sed dn̄o esset restituenda. vel illi cui prius fur surripuerat: si sua interat. vt dictū est ex causa honesta rē nō surripi. caute tamē ita q nō sciat q fiat restitutio p mediū penitentialē. s. vel aliā religiosā psonā suppsso noīe furis. de his oīb⁹ et de mō restituēdi. rescripsi supra de rapinis. Quid si res furtiua pereat qsi fortuito: nunqđ tenebit ad restitutionē postea fur: vtiqȝ qr fuit i mora restituēdi. Itē nō liberat fur reddēdo rē deteriorē. Itē tenet restituere rē cū oīb⁹ fructib⁹: et si meliorauit eā pascēdo forte equū vel porcū furtiuū vel sīle nō pōt petere vel retinere expensas. Itē cū reddit estimatio rei nō est tm̄ ɔsiderādū tps in quo res fuit surrepta. nec tps in quo perijt: sȝ etiā totū tps mediū: et fiet estimatio sȝ illud tps in quo plurimi valoris fuit res. Et hec eadē itelligo in re rapta. Probant hec extra de resti. spol. Statuis: vbi dicit q dȝ reddi res cū fructib⁹ pceptis: et quos pcepissent spoliati si ipsi possedissent. Itē dicit lex q tenet talis ad oīa damna et lucra pcepta et pcipienda. Est tamē casus in quo nō tenet fur de casu fortuito. s. si obtulit rē dn̄o loco et tempore congruo: et dn̄s noluit accipere: iam enim purgauit morā. Itē cū furtū est cōmissum in vsu rei tm̄: et non in ipsa re. tenet etiā post restitutionē rei ad estimationē illi⁹ vsus. Aliter enim nō esset purgatū furtum.

¶ De illo qui emit rem furtiuā. C. XCVII.

Quid si aliqs emit rem furtiuā ignorāter et bona fide et in foro publico et publice. Nunqđ potest saltē preciū qđ numerauit petere a dn̄o. cū dephendit rem esse furtiuā. vel nunqđ poterit retinere rē donec preciū sit ei solutū. Rn̄deo nō nec pōt se defendere occasione statuti sup hoc editi in plerisqȝ locis. cū statutū tale sit cōtra deum. circa istū tñ bone fidei possessorē dico q poterit repetere preciū a venditore: et etiā retinere expēsas qs existēs bone fidei fecit circa illā rem cōseruandā vel meliorandā et nō tenet de fructib⁹ pceptis durante bona fide. U. Intellige de pceptis et ɔsumptis. Si enim extarent adhuc teneret ad restitutionē eorū ex quo iciperet habere malā fidē. Raymūdus. Itē si durāte bona fide ipsius perijt res nō tenet. Idē credo si alienauit: et hoc in vtroqȝ casu ppter bonam fidē. In primo etiā qr nō erat in mora. In scđo qr nō desijt dolo possidere: et qr preciū ex re furtiua redactū nō est furtiuū. In sūma ergo nota q male fidei possessor re pdita vel in aliū trāslata: tenet ad verum preciū cū circūstantijs supradictis. Bone fidei vero possessor tenet restituere rē si habet. Sinautē de lucro tenet tantū inquantū locupletior fact⁹ est. U. Bene dicit inquātū et nō plus quia non tenetur de consumptis.

¶ De illo qui furat rem raptā vel furtiuā. C. XCVIII.

Raimundus. Quid si aut qs furat vel rapit rē ab vsurario vel auaro vt inde faciat elemosynā dico furtū siue rapinā ɔmitti. Nō enim facienda sunt mala. vt veniāt quecūqȝ bona. Uidet tamē q iste nō facit furtū: qr nō facit aīo lucrādi. Sed non est ista. quia species lucri est ex alieno largiri. talis etiam aufert sibi copiam restituēdi. et ideo peccatum auget. Causa. xiiij. q. v. Aug. in omel. quadā. Forte aliquis cogitat et dicit multi sunt christiani diuites: auari: cupidi: nō habeo pctm̄ si illis suū abstulero: et pauperibus dedero. Uñ eñi illi nil boni agūt: mercedē habē potero. Sed hmōi pctm̄ ei diaboli calliditate suggerit. nā si totū tribuat qđ abstulerat: addit poti⁹ pctm̄ q̄ minuat. Itē Ambro. in li. de offi. Deniqȝ si nō potest alteri subueniri: nisi alter ledat: cōmodi⁹ est neutrū iuuari q̄ alterū grauari. Cā. xxxij. q. iiij. Aug. ad Claudiū contra Julianū. Sic nō sunt faciēda adulteria etiā volūtate filios generādi: queadmodū nec furta faciēda etiā volūtate pascēdi paupes sanctos. U. Quid de illo q furat decimas qs miles vel laicus pcipiebat iniuste vsurpando alicui⁹ eccl̄ie: cui faciet restitutionē laico vel ecclesie: Rn̄deo: Utrilibet soluat liberat. meli⁹ tñ est: si nō timeat scādalū vel periculū soluētis: q restituat eccl̄ie gerēdo negociū militis: qđ ipse cū scit vtiliter gestū: ratū habē tenet. denunciare debet tñ militi p se si audet: vel p aliū tacito noīe si nō audet: et in tanto liberatus est. Idē dico de pecunia iudei vel vsurarij: maxime qñ nihil habet nisi de vsura. Liberabit eñi hmōi fur restituēdo eā illis a quib⁹ ille iudeus vel vsurarius accepit vsuras. Distinguēdū tñ est circa hmōi pecuniā furtiuā: aut rem aliā furto surreptā: qr si adhuc extat apud furē in ipsa specie: poti⁹ faciēda est restitutio iudeo vel vsurario: ne fur alij soluēdo hmōi rem adhuc perseueraret in culpa furti rem ɔtrectādo alienā: sm illos q dicūt q in vsura trāsfert dominiū. Si aūt fur ɔsūpta pecunia vl' re hmōi furtiua velit postea satisfacere soluendo rem aliā. tūc locū habet quod dictū est: q possit se liberare soluēdo illis a quib⁹ iudeus habuit vsuras. Sm etiā illā opinionē q tenet: q in vsura nō trāsfert dominiū. in qua opinione fuit Hugo. Credo q si res illa in specie (quā habuit vsurari⁹ de vsura) ei furto surripiat: liberabit fur si restituat illis a quib⁹ vsurarius accepit. In oīb⁹ tñ casib⁹ supradictis credo: q etiā liberabit fur soluēdo p se vel interpositā psonā iudeo vel vsurario cui surripuit.

¶ De Illo qui rem alienā inuenit: vel qui necessitate compulsus furatur. C. XCIX.

Raimundus. Quid de pecunia vel aliena re inuenta in via: vel platea: vel alio loco publico. nunqđ in his est restitutio necessaria: aut nunqđ in his cōmittit furtū: Sol. Utiqȝ vñ rē inuētā debet reddere: si potest inuenire illū qui amisit. et faciat hoc publice dici p preconē: vel per ecclesias in loco vbi rem inuenit. Si vo nō inuenerit: cū consilio et auctoritate sui penitētialis retineat: si paup et egens est: et oret pro illo cuius fuit. al's eroget pauperibus. Cā. xiiij. q. v. Augu. Si quid inuenisti: et non reddidisti: rapuisti: quātū potuisti fecisti: quia plus nō innuenisti. Qui alienū negat: si posset et tolleret. Itē Hiero. Multi sine pctō putant esse: si alienū quod inuenerint teneant. et dicūt: Mihi deus dedit: cui habeo reddere vel respōdere. Discāt hoc peccatū simile esse rapine: si quis inuenta nō reddat. Raimū. Quid si aliqs cibū: vel potū: vel vestimētū pro necessitate famis: vel sitis: vel frigoris surripiat. nūquid committat furtū: Ad hoc dicas: q si tanta sit necessitas: q nisi furet: credit se nō posse euadere mortē: nō cōmittit furtū nec peccatū. Nam propter necessitatē famis comedit dauid panes propositiōis: quia in necessitate oīa debēt esse cōia. Itē quia ipse dn̄s rei ex pcepto tenetur pascere esurientē. vnde talis fur licite potuit et debuit credere dn̄m permissurū: et ita nō cōmisit furtū. Itē quia necessitas non habet legē. Si autē nō patit ita magnā necessitatē: peccat. attenuatur tamen peccatū propter necessitatē. Et in tali casu intelligit decretalis supradicta Si quis per necessitatē et c. Dicerē tamen semp quia tutius esset q restitueret: si posset. Item aliquantulū penitentiam imponerem sibi ad cautelam.

¶ De Christianis qui furant saracenis. C. C.

Raimundus. Quid si aliquis furat captiuos christianos a paganis detentos vt restituat libertati. Itē quid de ipsis christianis captiuis: q furant aliq ipsis saracenis a quib⁹ tenētur captiui: vel etiā alijs saracenis: Ad primū credo: q nunqȝ tenētur ad restitutionē hois. Nā vt dicit Grego. ɔtra hostes fidei non solū aperte: sed a dorso est etiā laborādū. Itē quid intēdit iste: nisi christianū liberare a periculo mortis vel idolatrie: ac saraceno peccādi occasionē subtrahē. ergo nō habet vnde cōquerat: qr vtriusqȝ cām fecit meliorē. Uidet tñ obuiare Aug. dicēs: Fides etiā hosti seruāda est. Sed dic illud qñ fides est pmissa isti: qđ est tpe treuge seruāda est. In quo casu si saracenus qsi iuste tenebat eū pro damno sibi illato: q. s. rūpebat ei fidē pmissam. et in hoc fuit captus: et tpe treuge. iste ali⁹ qui furatus est illum: tenet ipsi saraceno restituere: nō hominē

ꝑpter piculū aīe: ſꝫ damnū datū ſibi ab illo. vel pro intereſſe eſtimata: ꝛ ꝓbabilit̄ moderata redemptione. ꝛ hoc intelligo ſi nō cōpulit illū captiuū ad circūciſionē vel idolatriā vl̄ ad aliqđ mortale peccatū. tūc enim crederē ipꝫ furantē penit⁹ liberatū. Jtē credo ipꝫ furantē nullo mō peccaſſe q̄ꝫtū ad hoīeꝫ ſi rectā habuit intētionē. immo poti⁹ meruiſſe. dūmodo al's ſatiſfaciat: vt dictū eſt. Ad aliud qđ q̄ſitū eſt: rn̄debit̄ in fine hui⁹ capl'i.. V. Quid ſi in bello captiuāt pagani chriſtianos. nunq̄d tpe treuge poſtea inite licebit chriſtianis eos furari. Rn̄deo ſi treuga inita eſt: ita gnālit̄ ꝙ nō liceat alterutris nec ꝑ violentiā nec alio mō ſibinuicē auferre aut ſurripe aliq̄d. tūc peccatū eſt tpe treuge furari chriſtianos. Si aūt ꝯuenit de ſola violētia nō inferēda. credo ꝙ licite poſſūt furari: nō tm̄ hmōi chriſtianos ſed etiā munitiōes ꝛ caſtra q̄ occupauerūt de terra chriſtianoꝝ. poſſunt enī latēter intrare ꝛ ſine violētia occupare: nec tenebūtur ſuꝑ his ad aliquā reſtitutionē. Sꝫ q̄d ſi ad hmōi munitioneꝫ vel caſtrū occupandū reuertant̄ ſaraceni ꝛ ꝑ violētiā repellant̄ nōne videbunt̄ tūc deiecti. cū veniētes nō admittant̄: ꝛ ita fracta videbit̄ treuga. Rn̄deo nō: q̄ꝛ cū treuga inita fuit ꝛ cōuenit de ſola violētia nō inferēda: nec furta fuerūt excluſa nec fraudes. itelligenduꝫ fuit de violētia nō inferēda ab initio in ingreſſu. ſ. poſſeſſionis. non de illa q̄ adhibet̄ in defenſiōe taliter rei obtēte niſi ꝛ de hoc expreſſe cōuenerit. Jtē nunq̄d tpe treuge ꝛ maxime tpe belli liceꝫ chriſtianis furari paruulos ſaracenoꝝ: vt eos faciant baptiſari. Rn̄deo. credo ꝙ ſi ſola pia intētiōe faciant nō peccāt: nec obſtat ſi dicat̄ ꝙ patrib⁹ eoꝝ ſit iniuria ꝑpt̄ paternā poteſtatē quā habere vident̄ in liberis cui⁹ vſu ꝑuant̄ ꝑ hmōi furtū. tn̄ q̄ꝛ ſicut dixit magiſter ſupra ſic ſubtrahit̄ pagano peccādi occaſio: q̄ ībuebat vel ībuere ꝑponebat hmōi paruulū in ſua īfidelitate. vnde nō hꝫ vn̄ ꝯqueraṫ: ꝯditio ei⁹ cū facta ſit melior. q̄ꝛ ꝛ īfideles maxime barbari nō habēt hmōi ius patrie ptātis in liberos qđ habēt romani ſꝫ leges. Quid ſi pagan⁹ habeat chriſtianū ſeruū vel ancillā in domo ſua nunq̄d licebit ſeruo hmōi vel ancille baptiſare clācūlo ꝑuulū pagani ꝛ ſic dimittere. dic vt dictū eſt ſupra in titulo de iudeis. Ray. Ad aliud q̄ſitum de his q̄ furant̄ aliq̄ ſaracenis. Diſtiguo. an ſuberat neceſſitas aut nō. in p̄mo caſu diſtincte nō tenet̄ q̄ꝛ tenebat̄ eū paſcere ſaracen⁹. Jn ſcđo tenet̄ ſi iuſte ꝛ ex culpa ſua detinebat̄: alias non. V. Fit enim ꝯpēſatio rei ſic ſurrepte cū iniuria iniuſte detenti. p̄terea cum hmōi ſaracen⁹ ſit hoſtis: nō refert an apte an ꝑ īſidias noceat̄ eidē. Ar. l. q̄ dicit: nō ſolū barbaris aurū minime tribuat̄. ſꝫ etiā ſi apud eos inuentū fuerit ſubtili auferat̄ ingenio.

¶ De Furto mulieris cōiugate. C. CI.

Raimundus. Quid de vxore que furatur viro ſuo pecuniam vel alia vt inde faciat elemoſynā. Req̄re īfra de negociatiōe. Jtē nota ꝙ ita ꝯmittit̄ furtū in re parua ſicut ī magna. Hiero. Furtū nō ſolū in maiorib⁹: ſꝫ etiā in minorib⁹ iudicat̄. Nō eniꝫ qđ furto ablatū eſt ſꝫ mens furātis attēdit̄. V. Quid de illa q̄ fecit furtū ante matrimoniū vel etiā poſt ꝑ ſe vel cū viro. ꝛ quid ſi vir ſolus furat⁹ eſt aliq̄d ꝛ vxor ꝑticipauit cōſentiēdo vel comedendo volūtaria vel inuita: nunq̄d licebit vxori de reb⁹ cōib⁹ ſibi ꝛ viro ſatiſfacere eo inuito dānificatis. Rn̄deo vbi de ꝯſuetudine regionis vir ꝛ vxor cōicant ſibi credita ex ꝯtractu vel ex maleficio ſi res furtiua quā mulier ſurripuit ante matrimoniū vel poſt matrimoniū ſola vel cū viro vel quā vir ſolus ſurripuit ante matrimoniū vel poſt extat adhuc in eorū ptāte. credo ꝙ vxor pōt illaꝫ reſtituere vō dn̄o etiā ꝯtradicēte marito. Si aūt ꝯſumpta eſt. vel ſi vir ſolus furatus eſt ꝛ mulier ꝑticipauit ꝯſentiēdo vel comedēdo ſpontanea vel inuita: pōt vxor ſi vir nō cōtradicat negociū mariti gerēdo ꝛ ſeipſam liberādo eſtimationē rei cōſūpte reſtituere vero dn̄o latenter de cōibus bonis: ſi aliter nō pōt: nec erit furtū: q̄ꝛ nō eſt fraudulēta cōtrectatio: nec aīo lucrifaciēdi. Prohibēte aūt viro nō credo ꝙ debeat facere hmōi reſtitutionē: cū ipſa nō habeat reꝝ adminiſtrationē: ſꝫ marit⁹. Si tn̄ in hoc caſu faceret reſtitutionē de reb⁹ cōibus bona fide latenter. non credo ꝙ eſſet ei penitentia iniungenda quaſi pro mortali: aut ꝙ peccaret mortaliter.

¶ De Crimine vſure. C. CII.

Ex ſuma de ca. Vſura quoqꝫ cū paruꝫ vel nihil diſtat a rapina de ea ꝯn̄ter agēdū eſt. Videam⁹ igit̄ q̄d ſit vſura vl̄ vn̄ dicat̄. q̄ ſpēs. in q̄b⁹ caſib⁹ vſure ꝑmittāt̄ vl̄ ꝓhibeāt̄. Qūo vſurari⁹ ꝛ heres ei⁹ ad reddēdas vſuras ꝯpellāt̄. vltio de q̄buſdā dubitabilib⁹. Vſura eſt ex mutuo lucꝝ pacto debitū vl̄ exactū. nō enī puto vſurā ꝯmitti ſi gratis oblatū gratis accipiat̄. nulla enim oblatio ſuſcipiēti culpe maculā īgerit q̄ nō ex ambiētis petitiōe ꝓceſſit. Dicit̄ autēꝫ vſura quaſi vſu era: q̄ſi vſu eris. i. pecunie procedēs. Nō enī dicit̄ ꝯmitti vſura: niſi in his rebus tm̄ circa quas conſiſtit mutuū. ſ. que conſiſtunt in numero pōdere vel mēſura. numero vt moneta: pōdere vt ere: mēſura veluti frumēto. Cā. xiiij. q. iij. Qꝫ aūt p̄ter ſūmā emolumēto ſectan ſit vſuras exigere: auctoritate Aug̃. ꝓbat̄. q̄ in pſal. xxxvj. ſcribit dicēs: Si feneraueris hmōi. i. ſi tuo mutuo dederis pecuniā tuam: a quo pluſq̄ꝫ dediſti: ſiue illud triticū ſit: ſiue vinū: ſiue oleū: ſiue quodlibet aliud: expectes accipe: fenerator es: ꝛ in hoc improbādus: nō laudādus. Jtē Hiero. ſuꝑ Ezech. li. vj. Putāt q̄dā vſuras tm̄ eē in pecunia: qđ ꝓuidēs diuina ſcriptura oīs rei aufert ſuꝑabūdantiā: vt plus nō recipiat̄ q̄ꝫ dediſtis. Jtē ex ꝯcil. agath. Vſura eſt vbi ampli⁹ req̄rit̄ q̄ꝫ qđ datur. Gratian⁹: Ecce euident̄ oſtēdit̄: ꝙ quicq̄d vltra ſortē exigit̄: vſura eſt. Jbidē. q. iiij. Qꝫ vō nec clericis nec laicis liceat vſuras exigē: ꝓbat̄ auctoritate Gelaſij pape: ꝛ alioꝝ. Ait enī Gelaſi⁹ papa ſcribēs clericis ꝑ lucamā. Clerici ab indignis queſtib⁹ nouerint abſtinendū: ꝛ ab oī cuiuſlibet negociatiōis ingenio vel cupiditate ceſſandū. Jn quocūqꝫ vō gradu ſint ſi ceſſare noluerint: mox a clericalib⁹ officijs abſtinē cogant̄. Ambro. in li. de bono mortis: Si q̄s vſurā accipit: rapinā facit: vita nō viuet. Jtē Aug̃: ad Macedoniū: Quid dicā de vſuriſ: q̄s etiā ipſe leges ꝛ iudices reddi iubēt. an crudelior eſt: qui ſubtrahit aliq̄d vel eripit diuiti: q̄ꝫ q̄ trucidat ſenore pauperē. Hec vtiqꝫ atqꝫ hmōi male poſſident̄: ꝛ vellē vt reſtituerent̄: ſed nō eſt quo iudice repetant̄. Jam vō prudēter intueamur qđ ſcriptū ē: Fideli hoī tot⁹ mūd⁹ diuitie ſunt: infideli autē nec obolus. Nōne oēs q̄ ſibi vident̄ gaudē cōquiſitiſ: eiſqꝫ vti neſciūt: alienū poſſidē ꝯuincim⁹. h̄ ē: certe alienū nō eſt qđ iure poſſidet̄. h̄ aūt iure qđ iuſte: ꝛ h̄ iuſte qđ bene. Oē igit̄ qđ male poſſidet̄ alienū ē. male aūt poſſidet q̄ male vtit̄. Extra. v. de vſuriſ. Alexan. iij. in ꝯcil. lateran̄. Vſurarij manifeſti nec ad cōionē admittant̄ altaris: nec chriſtianā (ſi in h̄ pctō deceſſerint) accipiāt ſepulturā. Sꝫ nec oblatiōes eoꝝ quiſq̄ꝫ accipiat. Qui autē accepit: aut chriſtiane tradiderit ſepulture: ꝛ q̄ accepit reddē cōpellatur. ꝛ donec ad arbitrium ſui ep̄i ſatiſfaciat: ab officij ſui maneat executiōe ſuſpēſus. Jnno. iij. Antiſiod. ep̄o: Liceꝫ ꝯ eos nō appareat accuſator: ſi tn̄ alijs argumētis illos ꝯſtiterit eē vſurarios manifeſtos: in eos penā in lateran̄. ꝯcil. ꝯ vſurarios editā libē poteris exercē. Ex ſūma de ca. Cōtra p̄dicta obicit̄. Nōne ſi creditor mutuat alicui gratiſ pecuniā: debitor tenet̄ ei ad antidota. q̄re ergo hāc nālē obligationē nō pōt creditor ducē in pactū expſſū: vel ſaltē ſperare effectū ipſi⁹ obligatiōis nāl': cū etiā talia pacta interueniant in in ſpūalib⁹: ad q̄al's q̄s tenet̄. V. Vt q̄ñ datur p̄bēda ea ꝯditiōe vt canonic⁹ ſingul' dieb⁹ celebret de btā virgine. ꝛ h̄ q̄ñ tale onus ē adnexū illi p̄bēde. Rai. Ad h̄ dico cū a ꝛ t. ꝙ creditor nullo mō dꝫ pactū apponē: vl̄ p̄ncipal'r ſpem vl̄ intētionē ī tali retributiōe habē ſed ꝑpter deū: ꝛ ex charitate p̄ncipaliter dꝫ mutuare ꝓximo indigēti. V. Qđ ſit q̄ñ et ſi nulla haberet̄ ſpes de retributiōe tpali: nihilomin⁹ mutuaret. Et bene dicit retributiōe. vn̄ credo ꝙ ſcholares qui dant mutuā pecuniā campſorijs: vel alijs ſcholarib⁹: eo pacto vl̄ intentione principali: vt illi remutuēt illis q̄ñ indigebūt: vſurā cōmittunt. Raimūdus: Cū aūt ꝑpter deū ſic mutuauerit: tūc ſi forte ſecundario ſperet ꝙ ille debitor ſibi remutuet: vl̄ aliqđ ſimile ſi opus fuerit: forte non eſt reprobandum.

¶ De Caſibus in quibus vſura cōmittit̄. C. CIII.

Ex ſumma de ca. Liceꝫ aūt vſura oib⁹ ſit ꝓhibita: ſunt tn̄ caſus in quib⁹ ē ꝑmiſſa. Primo vbi poſſeſſio eccl'ie eſt aſſignata clerico ī bn̄ficiū: ꝛ laic⁹ tenet eā iniuſte ꝛ violent: pōt cleric⁹ fructus illi⁹ bn̄ficij ꝑcipere vltra ſortē. extra. e. c. j. Sꝫ h̄ nō ſit lucri cā: ſed vt res eo mō de manu laici redimat̄. Secūdo vbi vſure petunt̄ cū intereſſe. Verbi gr̃a Si fideiuſſor ſoluit vſuras creditori: pōt eas repetere a debitore pro quo fideiuſſerat. q̄ꝛ nō ſūt vſure q̄ꝫtū ad ipm̄ fideiuſſorē: ſꝫ poti⁹ intereſſe. i. nō ē lucrū: ſꝫ vitatio damni. Nota h̄ aliud exēplū extra de vſuriſ. Jnno. iij. Sane generē ad fruct⁹ poſſeſſionū: q̄ ſibi ſunt a ſocero pro munerata dote pignori obligate computādos in ſortē nō credim⁹ cōpellēdū: cū frequēter dotis fructus nō ſufficiūt ad m̄rimonij onera ſupportāda. Rai. Hoc aūt intelligas cū marit⁹ ſuſtinet onera m̄rimonij: al's nō. V. Quid in h̄ caſu gener poſſeſſionē ſibi taliter obligatā cū iure qđ ibi habet cōcedat alij: recepta ab eo ſūma q̄ ꝓmiſſa fuerat ei pro dote. nūquid poterit ille lucrifacē fruct⁹ ꝑceptos vſqꝫ dū ſoluta fuerat ei pecunia p̄dicta: ſicut poterat gener. Rn̄deo: Si gener aīo donādi trāſfert ius totū qđ habebat in pignore: nō ꝑpter tractū pecunie: quā accepit ab eo: ſed q̄ꝛ ꝯſanguineus eſt ei⁹. vel alia rōne ꝯiūctus amicus. ꝛ ille non propter fructus lucrifaciēdos numerat ei pecuniā: ſed propter dile

ctionē aut gratiā. credo ꝙ absq; ꝑiculo vsure potest fructus lucrifacere: nec est ille ꝯtractꝰ veri noīs mutuū: nisi ductū sit in pactum. ꝙ gener teneat̄ numerāti reddere pecuniā si ille voluerit repetere: in quo casu vsura esset si vellet lucrifacere fructus.

¶ Adhuc de eodem. C. CIIII.

Raimūdus. Permittit̄ etiā vsuras exigere qn̄q; rōne more: vt si debebas mihi. c. ad certū terminū sed noluisti ꝑsoluere in termino. ⁊ ideo oportuit me recipe pecuniā sub vsuris ꝓpter negocia mea tractanda. tu teneris mihi restituere illas vsuras si solui: vl' si nō solui liberare me ab ipsa obligatiōe. Itē rōne dubij sicut scriptū est extra de vsuris. Greg. ix. Qui dat. x. sol. vt alio tpe totidē sibi grani vini ⁊ olei mēsure reddant̄ q̄ licet tūc plus valēt. vtrū tn̄ plus vel minus solutiōis tpe fuerint valiture verisilr dubitat̄. non dz ex hoc vsurariꝰ reputari. U. Recte dicit si verisilr dubitat̄. Si enim daret. c. solidos in autūno. qn̄ parui ꝑcij est bladū vinū ⁊ oleū vt ad pascha totidē sibi grani vini vel olei mēsure redderentur: qn̄ hmōi merces sꝫ ꝯmunē cursuꝫ ꝯsueuerunt esse cariores: vsura esset qꝛ nō verisilr dubitat̄ imo ꝓbabilit̄ credit̄. qꝛ plus valebūt ille mēsure tpe solutiōis q̄ꝫ valuerint tpe ꝯtractꝰ. Nunqd pōt ꝯmitti vsura: vbi credit̄ pecunia. s. vna marcha argēti ꝑ alia marcha argēti ad certū terminū ꝑsoluēda. Aut cū dat̄ ꝑcise species ꝓ specie: vt granū pro grano ad eandē mēsurā. Rn̄deo si verisile est ꝙ pecunia numerata aurū vel argentū ex tpe nō fiāt ꝑciosiora. s. tēpore solutiōis q̄ꝫ fuerāt tpe ꝯtractꝰ: Aut verisilr dubitat̄. vtrū preciosiora sint futura necne: nō est vsura. Si autē verisile sit ꝙ preciosiora sint futura tpe solutiōis: vt siqs det. xx. libras sterlingoꝝ in hyeme ꝓ alijs totidem in estate soluēdis. qn̄ solet hmōi moneta reqri a viatoribꝰ. aut. xx. marchas auri vel argēti ꝓ alijs. totidē soluendis ad passagiū crucesignatoꝝ. Distingue qꝛ si creditor nō erat seruaturꝰ illā pecuniā vsq; ad illud tēpus: sꝫ īterim cōsumpturꝰ vsura est. Si erat seruaturꝰ vt sic seruādo vsq; ad ꝓdictū tp̄s lucraret̄. distingue qꝛ si aufert debitori libertatē liberādi se īterim ⁊ debitū soluēdi: vsura est: qꝛ presumit̄ ꝙ ideo crediderit pecuniā: ꝙ debitorē oneraret ꝑiculo ⁊ se exoneraret. Si nō aufert sed ꝯcedit ei ꝙ reddat pecuniā qn̄cūq; voluerit infra terminū: meret̄ si ex misericordia h' faciat. vt releuet debitoris inopiā. Si aūt corrupta intētiōe hoc facit. vt se exoneret a ꝑiculo seruādi peccat. nō tn̄ credo eū ꝯpellendū ad restitutionē lucri. licꝫ hoc esset ei cōsulēdū in pn̄ia. vel qđ daret paupibꝰ. Eodē mō distinguendū ⁊ iudicādū est qn̄ dat̄ species ꝓ specie ad terminū: vt vinū ꝓ vino ⁊c̄. Extra vbi supra Greg. ix. Rōne ꝑfati dubij etiā excusat̄ q̄ pannos granū vinū oleū vel alias merces vēdit: vt amplius q̄ꝫ valeant in certo termino recipiat ꝓ eisdē si tn̄ ea tpe ꝯtractꝰ nō fuerat vēditurus. U. Cōditionē credo esse attendēdā nō solū in hoc vltimo casu: sꝫ etiā vbi dat̄ spēs ꝓ specie. aut pecunia ꝓ pecunia. sicut notauimꝰ in supiori distinctiōe. Rai. Tn̄ satꝭ ꝯsulte agerēt hoīes si a tali ꝯtractu cessarēt: cū cogitatiōes hoīuꝫ deo nequeāt occultari. Si tn̄ vēderet ad terminū longe maiori ꝑcio q̄ꝫ mō valeat vsura esset. U. Quia tūc nō verisilr dubitat̄ vtrū plus vel minꝰ valiture sint sꝫ ꝑsumeret̄ ꝙ lōge minori. His casibꝰ ⁊ aliū adde ꝙ ep̄s gabellā de feudo eccl'ie sue pōt retinere: fructibꝰ nō ꝯputatis in sortē. dū tn̄ īteri feudatariꝰ immunis sit a seruitio quo ꝓ feudo eccl'ie tenebat̄ ⁊ credo ꝙ sp̄ale ꝑuilegiū ē eccl'ie: nec ē ad feuda laicalia extēdēduꝫ.

¶ Utrū Gratis oblatū inducat vsurā. C. CV.

Raimundus. Itē gratis oblatū ⁊ acceptū nō īducit vsurā dū tn̄ nō sit intētio corrupta. U. Ex pte. s. creditoris si forte nō credidisset pecuniā nisi ꝓpter spem lucri: in quo casu tenetur totū restituere q̄cūq; intētiōe dederit debitor ei: siue ex dilectione exorta forte ꝓpt̄ mutuū sibi datū: aut ꝓpt̄ aliud siue ꝓpt̄ mutuū recipiēdū aut retinēdū vsq; ad ꝓlixiorē terminū. Ubi tn̄ ⁊ sola dilectiōe dat creditori nō pōt repetere: nec ꝑ retētionē cōsulere sibi si forte hꝫ alias de bonis creditoris aliqd. Quid si nō sit corrupta intētio creditoris. debitor tn̄ ꝓpt̄ creditū acceptū ve vlteriꝰ retinēdum dat ei aliqd: nunqd creditor tenet̄ restituere. Credo ꝙ nō tenet̄ de bona fide cōsumptis nec etiā de extātibꝰ: q̄ꝫdiu ꝓbabilit̄ credit ꝙ ex sola dilectiōe gratis ei seruierūt. Si autem vel ꝓbabiliter credit vel dubitat ꝙ ꝓpt̄ mutuū receptū vl' vlteriꝰ retinēdū ei seruierunt. restituere tenet̄. Qn̄ aūt debitor nō gratꝭ: vl' creditor gratꝭ dat mutuū: debitor si hēat al's aliqd de bonis ⁊ sibi ꝯsulat ꝑ retentionē de vsura quā dedit: nō credo ipꝫ ꝯpellēdū ī foro pn̄iali ad restitutōnē.

¶ Utrū spes faciat vsurariū. C. CVI.

Raimundus. Sꝫ nūqd volūtas vel intētio vl' spes īducāt vsurā: vbi nullum pactum fuit appositum in contractu mutui. Ad hoc quidam volentes fauere vsuris dicunt: ꝙ nunq̄ꝫ committitur vsura: nisi ex pacto soluant̄. Alij dicūt: quibus assentio: ꝙ sola spes siue intētio facit hominē vsurariū. vnde q̄ sub tali spe mutuat pecuniā: quicqd postea etiā gratis. i. sine sua exactiōe oblatū vltra sortē recepit: vsura est: siue sit pecunia: siue frumentū: siue vinū. Et breuit̄ quicqd excogitari possit lucrū: siue illud ꝯsistat in dādo: siue in faciēdo. U. Credo ꝙ dn̄i molēdinoꝝ q̄ credūt pecuniā pistoribꝰ: vt molant in molēdinis eoꝝ: vsurarij sunt. Accipiūt eni vltra sortē in faciendo: ⁊ auferūt libertatē debitoribꝰ molēdi vbi voluerint. Si tn̄ debitores ꝓpter h' nō sunt damnificati: nō tenent̄ creditores ad restitutioneꝫ aliquā eis faciēdā: nisi q̄tenꝰ estimari debet libertas molēdi vbi volebāt: pēsatis etiā circūstātijs de maiori ⁊ minori remotiōe molēdinoꝝ: ⁊ facilitate molendi: ⁊ q̄litate. Raimū. Fundat̄ aūt hec opinio in lege: vbi dicit̄ Qui ad vsurā nō cōmodauerit: ⁊ ampliꝰ nō acceperit: vita viuet ⁊c̄. Itē in euāgelio Luce: Mutuū date ⁊c̄. Glo. i. nō in hoīe spem mercedis figentes: q̄ si nō reddāt qđ cōmodastis: reddet deus: quo iubēte fecistis. Tenent̄ itē ⁊ illi q̄ veniēte termio solutiōis nolūt dare vbū dilatiōis debitori: q̄ est iuramēto astrictꝰ soluē: nisi data eis pecunia: vel aliquo equipollēti: licꝫ expꝛsse nō exigant. Extra vbi supra Urbanꝰ tertiꝰ: Qui nō al's mutuo traditurꝰ eo ꝓposito mutuo pecuniā credit: vt licꝫ oī ꝯuētione cessante: plus tn̄ sorte recipiat. ⁊ q̄ merces suas lōge maiori precio distrabit: si ad solutionē faciēdā ꝓlixi tpis dilatio ꝓroget̄: q̄ꝫ si ei in cōtinēti ꝑciū ꝑsoluat̄. hmōi hoīes iudicādi sunt male agere: ⁊ ad ea q̄ talit̄ accepta sunt restituēda in aīarū iudicio efficacit̄ inducēdi. U. Querit̄ in mētali symonia nō est necessaria restitutio. Itē est necessaria in mētali vsura: Rn̄deo: In symonia est turpitudo vtriusq; partis dātis ⁊ accipiētis. sed in vsura nō est turpitudo dantis: ⁊ ideo ex iure diuino ⁊ nāli eqtate faciēda ē ei restitutio. Nec possꝫ etiā in h' casu papa dispēsare: sꝫ ex solo iure humano pecunie symoniace accepta restituēda ē: nō illi q̄ dedit turpit̄: sꝫ eccl'ie. Un̄ nec heliseus ꝓcepit gyezi restituere alicui pecuniā quā accepit a naaman. Et papa qđ vult pōt statuere in h' casu. posset eni dispēsare ꝙ nō solū in mētali symonia: sed etiā in illa q̄ pacto esset expressa retineri posset.

De Fraude vsurarum. C. CVII.

Raimundus. Quid si pena est apposita in ꝯtractu mutui. nūquid saltē pena illa poterit peti absq; ꝑiculo vsure: Ad h' dico: ꝙ si pena est iudicial' ⁊ a iudice imposita ⁊ statuta propt̄ puniēdā ꝯtumaciā debitoris: q̄ cū possit ꝯtēnit in termino statuto soluere pecuniā creditori: nō est vsura. Si vō pena sit ꝯuētional'. i. de cōi ꝯsensu partiū in ipso cōtractu apposita: vt saltē metu pene debitū certa die soluat̄: vsura nō cōmittit̄: dū tn̄ semꝑ sit intētio recta. Utrū autē liceat tales penas exigere q̄ntū ad interesse tm̄: an ⁊ vltra: require infra de penis. Si aūt ille q̄ talē penā apposuit: ꝯsueuit esse vsurarius: ꝑsumit̄ ꝙ in fraudē vsurarū adiecerit penā. Est etiā ꝑsumptio ꝙ sit vsura: si ꝑ singulos mēses vel annos dicat̄ cōmitti. Idē in similibus q̄ ab vsurarijs solent specialit̄ exerceri. talia eni inducunt semꝑ ꝑsūptionē ꝓma facie ꝙ sit vsura. In iudicio tn̄ aīe starē ꝯfessioni sue: sꝫ ꝓpter ꝑsumptiōes ꝯrias diligētiꝰ examinarē ꝯsciētiā suā. Itē qd si vēdidi prediū tali ꝯditiōe adiecta: ꝙ qn̄cūq; soluat̄ ꝑciū a me vel herede meo: rehabeam prediū ego vel heres meꝰ. vel qn̄cūq; a septēnio vsq; ad nouēniū vel simile. nūquid est vsurarius ꝯtractus: Ad h' dico: ꝙ ibi nō est mutuū: ⁊ emptor facit fructꝰ suos sine ꝑiculo vsure: licꝫ vēditor iuxta vēditiōis formā postea recuperet prediū. Et hoc intelligas nisi in fraudē vsurarū sit facta tal' vēditio: qđ ꝑsumit̄ ex his ꝯiecturis. s. ex eo ꝙ modicū est preciū respectu valoris rei. Itē ex eo ꝙ aliqd ꝑsoluit̄ vltra sūmā receptā. puta fuit vēdita pro centū. ⁊ est in pacto: ꝙ cū rescindet̄ venditio reddant̄. cxx. Itē ex eo ꝙ emptor cōsueuit exercere vsuras. U. Quid de ill' q̄ agro seminato emūt fructꝰ inde ꝑcipiēdos illo āno: Rn̄deo: Non est vsura ex forma ꝯtractꝰ. pōt tn̄ fieri in fraudē vsurarū: vt si tātus ē ager ⁊ tal': ꝙ verisile sit ꝙ fructꝰ inde colligēdi valeāt in autumno plus q̄ꝫ emptor dedit: maxime si tal' ē ꝑsona: q̄ ꝯtractꝰ hmōi ꝯsueuit exercē: restitutio in foro penitētiali est ei iniūgēda. Si autē ꝓbabilit̄ dubitat̄: vtrū fructꝰ illi plus vel minꝰ debeāt valere q̄ꝫ qđ emptor dedit: nō est vsura. Eodē mō credo iudicādū de creditore: q̄ possessionē alienā recipit ꝓ certa pecunie q̄ntitate: ita ꝙ vsq; ad certos annos faciat fructꝰ suos. Licꝫ eni iste ꝯtractus nō sit vsurarius ex forma: pōt tn̄ fieri in fraudē vsurarū. Et reijciēdū est in foro causarū ad ꝑsūptiōes suprapositas. In foro aūt penitētiali stabit̄ eiꝰ ꝯfessiōi: ⁊ multū ꝑsumēdū est ꝯ talē creditorē: ⁊ iniūgēda est ei restitutio in penitētia: si fructꝰ illiꝰ terre verisilr credebant̄ plus lō-

ge valere q̃ ille dederit: si iustus emptor inueniret.

De his q̃ suscipiũt in se mutui periculũ. C. CVIII.

Raimundus. Jtẽ aliq̃s mutuat pecuniã mercatori: recepturus aliq̃d vltra sortẽ p̱ eo ꝙ suscipit in se periculũ. i. si pecuniã vel merces inde emptas portauerit saluas. al's nõ teneat̃ si bi etiã de sorte. Jtẽ aliq̃s mutuat barth. m. sol. vt cepte reddant̃ ei centũ aurei. ⁊ scit vl' credit dictos aureos ibi plus valere: recipit autẽ in se piculũ vt ⁊ p̄m⁹. nunq̃d in his ⁊ silib⁹ ꝯmittit̃ vsura. Dicũt q̃dã ꝙ nõ. cũ enim mutuũ dicat̃ q: de meo fit tuũ. ita vt ⁊ omne periculũ rei mutuate ad te trãsferat̃. nõ videt̃ icõgruũ si in casu ꝓposito in cõpẽsationẽ piculi i me suscepti aliq̃d recipiã. Ar. dist. lxxxviij eijciẽs. vbi dicit̃ ꝙ ideo p̱ vsu rei locate aliq̃d põt accipi. q: rei locate piculũ ptinet ad locantẽ. secus est in re mutuata. Alij vo notauerũt ꝯtriũ ⁊ veri⁹. s. ꝙ sit vsura. Ar. eiusdẽ. c. eijciẽs. vbi eni Greg. assignãdo differẽtiã iter mutuũ ⁊ locatũ: ponit tria. Primũ: q: in mutuo trãsfert̃ piculũ in accipiẽtẽ secus in locato. Scõꝫ quia pecunia nõ deteriorat̃ p̱ vsuꝫ secus in domo vl' equo vel alio re locata. Tertiũ. q: vsus pecunie nullũ fructũ vl' vtilitatẽ parit vtẽti. secus in vsu agri vel dom⁹ vel eq̃ vel alteri⁹ rei locate. licꝫ ergo in casu proposito cesset p̄ma rõ differẽtie: nõ tñ cessant due vltime. Et ideo tutior est hec vltima opinio. maxime q: tales semꝑ faciũt tale mutuũ ꝑpter spem lucri pecuniarij qđ nõ licꝫ. ꝑterea videt̃ fieri in fraudẽ vsurarũ. Et expssa est hodie decre. extra vbi supra. Grego. ix. Nauiganti vel eunti ad nũdinas certã mutuãs pecunie quãtitatẽ: p̱ eo ꝙ suscipit in se periculũ receptur⁹ aliq̃d vltra sortẽ: vsurari⁹ est censendus.

Rai. Posset tñ hic excogitari casus in quo non esset vsura vltra sortẽ accipe. puta dũ ego emerẽ vel essem parat⁹ emere certas merces de pecunia. ⁊ tu ꝑpt̃ nimiã instãtiã fecisti me cessare a tali emptiõe. ideo vt tibi mutuarẽ. Et ego dico volo ꝙ ibi reddas mihi tãtum quantũ essem ibi habiturus de istis mercib⁹ si eas illuc deferrem. recipio tñ in me periculũ vt supra dictũ est. ⁊ hoc ideo q: istud recipiet tanq̃ interesse quodlibet.

De Cõtractibus illicitis annuorũ redditũ. C. CIX.

Guilielmus. Quid de illis q̃ a cõitatib⁹ ciuitatũ vel a monasterijs emũt certos annuos reddit⁹ vel certos modios annuos ad vitã suã. Rñdeo: nõ est vsura ex forma ꝯtus. cũ tñ hmõi reddit⁹ annuus ꝑsonalis sit siue bursalis nõ pdialis. Credo (lꝫ q̃dã legiste dicãt ꝯtriũ) ꝙ illicit⁹ est ꝯct⁹. tũ q: vẽditor facile posset desiderare mortẽ emptoris. vt sic liberat⁹ esset. tũ q: nullum est emptoris periculũ de sterilitate terre aut tẽpestatib⁹ q̃ solẽt fruct⁹ terre iã pratos ad messeꝫ aliq̃n destruere. q: piculũ emptoris pdioꝝ aliquãdo in tantũ est ꝙ etiã expẽsas laboꝝ aliq̃b⁹ annis amittit. Quid de illis q̃ emũt: vel dono forte occasiõe alicui⁹ seruitij pcedẽtis accipiũt molariũ siue vsufructũ alicui⁹ castri vel ville: quẽ ꝯtractũ idifferenter exercẽt. pcipue cũ ecclijs ⁊ monasterijs. Ad hoc credo ꝙ si aliq̃s aduocat⁹ gratis seruiuit monasterio vel eccle de aduocatiõe ⁊ ꝯsilio suo. vel etiã diues gratis ⁊ pura intẽtione de pecunia: licite possũt recipe hmõi vsufructũ vel aliud donũ gratis datũ. Jdẽ dico si nullo adhuc ipẽso seruitio receperũt donũ a monasterio dum tñ sit semꝑ recta intẽtio. ⁊ studeãt fidelit̃ rñdere in seruitio cõpetenti. ne al' bona pauperũ ꝯsumere videant̃. Jdẽ dico de illis q̃ emũt: nisi sit facta talis vẽditio in fraudẽ vsuraꝝ. qđ ꝑsumit̃ ex circũstãtijs positis. ⁊ etiã ex etate ⁊ sanitate. ex q̃b⁹ põt haberi ꝑsumptio vtruꝫ multũ vel parũ debeat viuere. ⁊ tñ de his circũstãtijs positis ⁊ etiã ex etatẽ ⁊ sanitate: ex q̃b⁹ põt haberi ꝑsumptio vtrũ multũ vel parũ debeat viuere. ⁊ tñ de his circũstantijs in iudicio aĩe serua qđ dixi supra. s. vt stet̃ ꝯfessiõi ei⁹ in penitẽtia: ⁊ diligẽter examinet̃. Caute tñ ⁊ discrete ne decipiaris ⁊ p̱ posse. Si tñ in tali venditiõe monasteriũ esset enormiter vel manifeste deceptũ. licet fuerit pura venditio ⁊ recta intẽtio nec fuit dolus adhibit⁹. ⁊ ideo excuset̃ ab vsura. tñ dꝫ remouere deceptionẽ vel supplẽdo iustũ pciũ. vel restituẽdo rẽ pcio qđ numerauit sibi reddito. Fiet autẽ estimatio deceptiõis nõ sm̃ tẽpus presens. in quo forte res multũ meliorata est. ꝑsertim si per industriã emptoris. Sed sm̃ tẽpus in quo vẽditio facta fuit. Jtẽ nõ tenet̃ fructus quos percepit medio tẽpore cõputare in precio. excusat̃ enim ꝑpter bonã fidẽ ⁊ iustũ titulũ ⁊ laborẽ ⁊ similia.

G. Jtem nota ꝙ vbi emuntur aliqui prouentus vel redditus ad vitam venditoris seruatis circumstantijs de quib⁹ loquitur hic magister. tolerabilis est huiusmodi emptio. quia nõ est periculũ ꝙ alter desideret mortẽ alterius. sed vbi emitur ad vitã emẽtis. non est tutũ ne vẽditor desideret mortẽ emptoris. Jdeo enim inhibita est ꝑmissio pbẽde vl' beneficij nõ vacãtis. ⁊ pactũ de futura successiõe in hereditate testatoris. pactũ dico factũ dũ adhuc viuit. nõ tñ dico peccasse mortale eẽ pctm̃ emere vel vẽdere ad vitã emẽtis: q: nõ in uenio h' inhibitũ vbi seruant̃ debite circũstãtie. Quid de illis qui emũt boues vel oues a paupib⁹: quos forte nõ habẽt. Rñdeo: vbi emit q̃s a paupe: vel etiã a diuite hmõi aĩalia: q̃ scit vel credit ipm non habẽ: ⁊ q̃si iam tradidisset ei: locat ei pro certa annua pensione vsura est: vel ad min⁹ ꝑsumẽdũ est in fraudẽ vsurarũ fieri. Jdẽ credo de illis q̃ sciẽter emũt fruct⁹ terrarũ ab illis q̃ eos nõ habẽt. Si ãt sine fraude ⁊ bona fide fiat hmõi emptio: nõ credo emptorẽ peccare q̃diu durat bona fides. Quid de illis q̃ emunt equos certos reddendos a vẽditore in certis nũdinis: emũt inquã minori precio q̃ valeant tpe ꝯtractus: Rñdeo: Usura est: nisi verisimilit̃ dubitet̃ equos illos tpe solutiõis plus vl' min⁹ valituros: sic dictũ est supra in quibusdã casib⁹. vel vbi sciat̃: aut pbabiliter credat̃ ꝙ tantidẽ valituri sint: vel minus. Quid de illis q̃ agrũ statim seminatũ: vel veri⁹ fruct⁹ agri illi⁹ anni emũt certo precio: Rñdeo Nõ est vsura ex forma ꝯtract⁹: sꝫ in fraudẽ vsurarũ ꝑsumẽdũ est fieri: nisi pbabiliter dubitet̃ fruct⁹ pcipiẽdos plus vel min⁹ valituros in messe q̃ emptor emerit: vel sciat̃ aut credat̃ nõ plus eẽ valituros.

De Traditionibus boum ad mediationẽ. C. CX.

Quid de illis q̃ tradũt boues ad mediationẽ sine incensum vulgarit̃ pro certis sextarijs bladi: pacto ꝙ si moriant̃ vel deteriorent̃: ꝯductor subeat medietatẽ piculi. Si aũt meliorent̃: habeat medietatẽ cõmodi: Rñ. Reuera licet locare boues sicut equos: vel ad diẽ: vel ad annũ: dũ tñ cõductor nõ grauet̃ imoderate in mercede. Pactũ aũt de cõicando damno ⁊ cõmodo rei locate iniquũ est ex parte locatoris: nisi pbabilit̃ dubitet̃: vtrũ cõductoris vel locatoris melior aut deterior sit ꝯdictio: vel vbi credat̃ ꝙ ꝯductoris nõ sit deterior. Jn ꝑposito tñ supra pacto videtur cõductoris deterior ꝯdictio: q: vix aut nunq̃ põt habẽ cõmodũ tantũ de melioratiõe bouis: q̃ntũ põt habẽ damnũ de morte. Si tñ locator timẽs ne ꝯductor grauaret bouẽ: si nõ timeret de piculo: hmõi pactũ apponat: firmit̃ ꝑponens: ꝙ si bos sine culpa cõductoris periret: de illo piculo nihil exigeret ab eodẽ. nõ credo ꝙ peccaret: nisi ꝑpter scãdalũ eoꝝ q̃ ignorarent ei⁹ intẽtionẽ. Jllud tñ verũ est: ꝙ ꝯductor rei põt in se suscipe periculũ rei cõducte: ⁊ casus fortuitos q̃ntũ est de natura ꝯtractus. Sed in proposito casu nõ tñ est locatio ⁊ cõductio: sed societas in periculo in melioratione ⁊ deterioratione bouis.

De Traditione animaliũ ad crementũ. C. CXI.

Hasta enim est cōtus cum ferro cuius diminutiuum facit hastile. Nomē autem hasta ab astu sūpsit. vn̄ ⁊ astutia. Cōt⁹ ferr̄ nō hꝫ: sꝫ tm̄ cuspide acut⁹ ē. Cōt⁹ aūt q̃si conit⁹: ē. n. conit⁹ acuta rotūditas. Venabula dicta q̃si venatui abilia: a venor̄ venaris dicta. Excipia q' veniētē excipiūt. q̃si excipibilia. excipiūt. n. apros: expectātq̃ leones: ⁊ itrāt vrsos. sit tm̄ firma man⁹. Lācea ē hasta amētū habēs i mediū. Dicta aūt lācea q' eq̃ lācē. i. eq̃li pōdere vibrat'. amētū vicimediū. Dicta aūt ... hastiliū. qḋ medijs hastis aptat'. Claua ē q̃lis fuit herculis. dicta q' sit clauis ferreis inuicē religata. ⁊ est cubito semis facta i lōgitudine. hec ⁊ cateia. Falarica est telū igēs torno factū habēs ferr̄ cubitale ⁊ rotūditatē de plūbo i mōr̄ sp̄e i ipsa sūmitate dicit' etiā ⁊ ignē habere affixū. hoc aūt telo pugnat' de turrib⁹. q̃s dici phalas manifestū est. Pila sunt arma iaculor̄ atq̃ telor̄ a torquēdo vel emittēdo vocata. Telū vocatū sm̄ grecā etymologiā a po tu telon q̃cq̃d lōge iaci pōt: q̃q̃ abusiue dicat' ⁊ gladi⁹. Proprie aūt telū a longitudine dictū. vnde ⁊ mustelā dicim⁹ q' lōgior sit q̃ mus. Cuspis hastile amentatū a cespite dict⁹: qḋ est virgultū. Clypeus est scutū mai⁹: dict⁹ ab eo q' clepet. i. celet corp⁹ piculis sꝫ subducat: a po tu cleptin. Opposit⁹ enī sua defensione ab hastis ⁊ iaculis corp⁹ munit. Clypeus aūt peditū est: scutū equitū. Scutū appellatū eo q' a se excutiat telor̄ ictus. vt enī telis resistat': clypeus ante fert'. Umbo scuti media pars est: q̃si vmbilic⁹. Ancile vocat' scutū breue: dictū ab incisione: q' sit ab oī parte velut ancisum ac rotūdū. Peltū scutū breuissimū in modū lune medie. Cetra scutū loreum sine ligno: quo vtunt' afri ⁊ mauri. Lorica vocata eo q' loris careat. Sol' enī circul' ferreis ɔtexta ē. Squama est lorica ferrea laminis ferreis aut ereis ɔcathenata in modū squame piscis: ⁊ ex ipso splēdore squamar̄ ⁊ silitudine nūcupata. Delicijs aūt ⁊ poliunt' lorice et tegunt'. Cassis de lamina. Galea de corio. Nā galeros coriū dicitur. Apex est quod in sūma galea eminet: quo figitur crista: quā greci conum vocant.

De Sagictis: ⁊ fundis: ac machinis. C. XXXV.

Sagicta a sagaci iactu. i. veloci ictu vocata. pēnis enī fert' q̃si auis: vt celerit' mors pcurrat ad hominē. Scaptes hibētes greci est. Spicula sunt sagicte vl' lācee breues ab spicarū specie nūcupate. Scorpio sagicta venenata est: arcu vel tormentis excussa: q̃ dū ad hominē venerit: virus quo figit' infundit. vn̄ ⁊ scorpio nomē accepit. Pharetra sagictarū theca: a ferēdo iacula dicta: sic' ⁊ pheretrū vbi fun⁹ defert'. q̃ iccirco etymologiā cōē habēt: q' pharetra mortē: feretrū mortuū portat. Dolones sunt vagine lignee: inter q̃s latet pugio sub baculi specie. Dolones aūt a dolo dicti sunt. Arc⁹ vocatus eo q' arceat aduersariū. Funda dicta eo q' ex ea fundant' lapides. i. emittant'. Balista gen⁹ tormēti ab emittēdo iacula dicta. Balin enī grece emittere dicit'. torquet' enī verbere neruor̄: ⁊ magna vi iacit aut hastas aut saxa. Inde ⁊ fundibalus: q̃si fundēs et emittēs. Cōtra balistā testudo valet. series enī fit armor̄ vmbonibus inter se collectis ⁊ colligatis. Arieti nomē spēs dedit eo q' cū impetu impingit murū in modū arietū pugnātiū. valide enī ac nodose arboris caput ferro vestit': eaq̃ suspēsa funib⁹ multor̄ manu ad murū impellit'. Deinde retrorsū ducta maiori impetu destinat' ficq̃ crebris ictib⁹ cōcussū muri latus cedit: cauatiq̃ irrūpit: ac fenestrā facit. Cōtra impulsum arietis remediū est saccus paleis plenus: ⁊ in eum locū demissus quo aries percutit. Laxo enī saccor̄ sinu ictus arietis illisus mollit'. Duriora enī mollioribus facilius cedunt. Plutei sunt crates corio crudo intexte: que in opere faciēdo hosti obiciuntur.

De Bellis. C. XXXVI.

Primus bella intulit Nin⁹ assyrior̄ rex. Ipse enī finib⁹ suis nequaquā ɔtēt⁹ humane societatis fedus irrūpēs: exercit⁹ ducē: aliena vastare: liberos pplos aut trucidare aut subicē cepit. vniuersāq̃ asiam vsq̃ ad libie fines noua seruitute perdomuit. hinc etiā studuit orbis i mutuo sāguine alterna cede grassari. Quattuor āt sunt bellorū genera. i. iustū: iniustū: ciuile: ⁊ plusq̃ ciuile. Iustū bellū est qḋ ex edicto gerit' de reb⁹ repetit: aut p pulsādor̄ hostiū cā. Iniustū bellū ē qḋ de furore: nō de legittima rōne init'. Ciuile bellū ē inter ciues orta seditio ⁊ ɔcitatio tumult⁹. sic' int' sillā ⁊ mariū. Plusq̃ ciuile bellū ē vbi nō solū ciues certāt: sꝫ ⁊ cognati. q̃le actū ē int' cesarē ⁊ pompeiū: q̃si gener ⁊ socer inuicē dimicauerūt. Bella itaq̃ dicunt' interna: externa: seruilia: socialia: pyratica. Sed Bella dictio ē dissensio ciuiū: dicta q' seorsū alij ad alios eant. Bellū igit' est totū: pugna vni⁹ diei: pliū pars pugne ē. Bellū antea duellū vocatū: eo q' due sunt ptes dimicātiū: vel q' alterū faciat victorē: aliū victū. Postea detracta lra. d. ⁊ mutata. u. in. b. dictū ē bellū. Alij p antiphrasim putāt dictū eo q' sit horidū. Prelia dicunt' a pmēdo hostis hostē. vn̄ ⁊ pla ligna quib⁹ vua pmit'. Pugna vocata eo q' vsus fuisset initio pugnis ɔtēdē: vel q' pmo bellū pugnis incipiebāt. Quattuor āt in bello agunt': pugna: fuga: victoria: pax. Pacis vocabulū videt' a pacto sūptū. Posteri⁹ āt pax accipit': fedus pmū init'. Fedus ē pax q̃ sit int' dimicātes: vel a fide: vel a fecialib⁹. i. sacerdotib⁹ dictū. p ipos enī fiebāt federa: sic' p seculares bella. Alij federa dicta eē putāt a porca fede ⁊ crudelit' occisa: cui⁹ mors optabat' ei q̃ a pace resilisset. Uirg. Et cesa iūgebāt federa porca. Federis partes inducie: q̃si indies ocia. Tull. de offi. li. j. Bellū quidem

ita suscipiatᷣ: vt nil aliud nisi pax quesita videatᷣ.

De signis bellorum. C. XXXVII.

Isidorus. vbi supra. Signa belloꝝ dicunᷣ ꝙ his exercitꝰ ⁊ pugnādi ⁊ victorie receptui accipit symbolū. Nā aut ꝑ vocē tube. aut ꝑ symbolū admonetᷣ exercitꝰ legionū. Pricipalia signa sunt aq̄le dracones ⁊ pile. Aq̄le ideo ꝙ eadem auis Joui in armis auspicio fuerit. Nā dum idē Jouis aduersus tytanas ꝓficisceretᷣ: aquilā ei in auspicio apparuisse ferūt: quā ille ꝓ idicio victorie acceptā tutele sue auspicatꝰ eā legiōi signū dedit. Quod factū est: vt deiceps militū signis cōmitteretᷣ. Draconū signa ab apolline morte phitonis serpētis inchoata sunt. dehinc ⁊ a grecis ⁊ romanis in bello gestari ceperūt. Pilā in signo ꝯstituisse fertᷣ augustus ꝓpter natiōes sibi in toto orbe subiectas: vt in illa figurā orbis ostenderet. Uexillū ⁊ ipsuꝫ signū bellicū tractū nomē habēs a veli diminutiōe q̄si velillū. sub romulo autē fasciculos feni ꝓ vexillis milites habuerūt. hinc ⁊ manipuli appellamꝰ. Manipulos autē dicimus fasces feni ꝙ manū ipleant. Cetera signa diuersis ꝓlata imaginibus ſm militarē cōsuetudinē existūt: ꝑ q̄s exercitꝰ ꝑmixtionē prelioꝝ agnoscit. Bucina est q̄ signū datᷣ in hostē. dicta aūt a voce q̄si vocina. Nā pagani agrestesq̄ ad oēꝫ vsum bucina ad cōpita vocabantᷣ: ꝓp̄e ergo hoc agrestibꝰ signū fuit. Tubā tyrrheni ꝑmi inuenerūt: hinc postea bellicis certaminibꝰ adhibita est. vt vbi exandiri ꝑco ꝑ tumultū nō poterat sonitus tube clangētis attingeretᷣ. Audiebatᷣ autē nō solū in ꝑlijs sed in oībꝰ festis diebus ꝓpter laudis vel gaudij claritatē. Tubā autē dictā q̄si tophbam. i. cauā. Jtē tubā q̄si tibiā. īter tubā autē ⁊ bucināe veteres discernebāt. nā bucina insonās sollicitudinē ad bella denūciabat. Tuba autē ꝑliū idicabat. cuiꝰ sonus varius est. nā īterdū canitᷣ vt bella cōmittantᷣ. interduꝫ vt insequantᷣ eos q̄ fugiūt. interdū receptui canere dicunᷣ. Nā receptꝰ dicitᷣ quo se exercitꝰ recipit. Classica sūt cornua q̄ ꝯuocandi cā erāt facta ⁊ a calādo classica dicebantᷣ. Apud amasonas aūt nō tuba sicut a regibus: sed a regina sistro vocabatᷣ feminaꝝ exercitꝰ.

De scientia militari. C. XXXVIII.

Uegetius renatus in li. i. de re militari. Aduersus oīa ꝓfuit tyronē solertē eligere (vis vt ita dixerim) armoꝝ decorē quotidiano exercitio roborare: q̄cūq̄ euenire in acie atq̄ ꝑlijs possūt: oīa in campestri meditatiōe preiioscere. seuire in desides vindicādo. Sciētia enim rei bellice dimicādi nutrit audaciā: nemo facere metuit: quod se bene didicisse cōfidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriā promptior est: q̄ꝫ rudis ⁊ indocta multitudo exposita semper ad cedeꝫ. Neq̄ enim parua ⁊ leuis videtur armoꝝ sciētia: siue equitem: siue peditē: sagictarium bellis imbuere: siue scutatum armature numeros omnesq̄ gestus docere: ne locū deserat: ne ordines turbetᷣ vt missile ad destinatū locum magnis virtutibꝰ iaceat: vt fossam ducere: sudes sciēter figere nouerit tractare scutū: ⁊ obliq̄s ictibus veniētia tela deflectere plagā prudēter vitare: audacter inferre: huic taliter īstituto tyroni pugnare aduersuꝫ quoslibet hostes in acie formido nō est: sed voluptas.

Cuiꝰ regiōis ⁊ artis tyrones eligēdi sunt. C. XXXIX.

Rerum ordo deposcit ex q̄bus prouincijs vel nationibus tyrones legēdi sint. prima parte tractetur. oēs natiōes que vicine sunt soli nimio calore siccatas: amplius q̄dē sapere: sed minus habere sanguinis dicūt. Ac ꝓpterea cōstantiā ac fiduciā in cōminus nō habere pugnādi: q2 metuūt vulnera: q̄ exiguū sanguinē se habere nouerūt Ecōtra septētrionales populi remoti a solis ardoribꝰ: inconsultiores quidē sed tñ largo sanguinē redundātes sunt: ad bella ꝓmptissimi. Tyrones igitur de tēperatoribus legēdi sunt plagis q̄bus ⁊ copia sauguinis suppetat ad vulneꝝ mortisq̄ cōtemptū: ⁊ nō possit deesse prudētia: que ⁊ modestiā seruat in castris ⁊ nō paꝝ prodest in dimicatiōe. Sed nec credo potuisse dubitari: aptiorem armis rusticam plebem: que quia sub diuo ⁊ cuꝫ labore nutritur solis patiens est: imbre negligens: balnearū nescia. deliciarū ignara. simplicis animi. paruo cōtenta cibo. durata ad omnem laboruꝫ tolerantiam. Interdū tamē necessitas exigit etiaꝫ vrbanos ad arma compellere: qui vbi nomen dedere militie. primū laborare. decurrere. portare pondus. ⁊ solem pulueremq̄ ferre cōdiscant: parco victu vtantur. ⁊ rustico. interdum sub diuo. interdum sub papilionibus commorentur. tamen demum ad vsum erudiantur armoꝝ. ⁊ si longior expeditio emergit. in angarijs plurimum detinendi sunt ꝓculq̄ habēdi a ciuitatis illecebris: vt eo mō ⁊ corpibꝰ eoꝝ robur accedat ⁊ animꝰ. Itaq̄ piscatores ⁊ aucupes: dulcarios: linteones omnesq̄ huiusmodi lōge arbitroꝝ pellendos a castris. Fabros: ferrarios: carpentarios: macellarios: ⁊ ceruoꝝ aproꝝq̄ venatores cōuenit sociari militie. Honestas idoneū militē reddit: verecūdia dū prohibet fugere: facit esse victorem.

Cuius Etatis vel figure probandi sunt. C. XL.

Incipiēte pubertate ad delectū cogēdū tyronē nullus ignorat. Nō enī tm̄ celeriꝰ: ſꝫ etiā ꝑfectiꝰ imbuunᷣ: q̄ discunᷣ a pueris. deinde militaris alacritas saltus ⁊ cursus ante tētandꝰ est. q̄ꝫ corpꝰ etate pigrescat. Uelocitas enī est q̄ ꝑcepto exercitio strennuū efficit bellatorē. Jtē necessitas exigit: nō tā stature rationē habere q̄ꝫ viriū. ⁊ ipso Homero teste: q̄ tydeū minorē quidē corpe ſꝫ fortiorē armis fuisse significat. Preterea q̄ delectū acturus est: vehementᷣ intēdat: vt ex vultu: ex oculꝭ: ex oī ꝯformatiōe mēbroꝝ eos eligat. Bellatoꝝ nāq̄ nō tm̄ ī hoībꝰ: ſꝫ etiā in equis ⁊ canibꝰ virtꝰ multis declaratᷣ indicijs. Sit ergo adolescēs martio operi deputādus: vigilātibꝰ oculꝭ: erecta ceruice: lato pectore: humeris musculosis: valētibꝰ digitis: lōgioribꝰ brachijs: vētre modicꝰ: exilior curibꝰ: suris ⁊ pedibꝰ nō supflua carne distētis: ſꝫ neruoꝝ duricia collectis: cū hec in tyrone signa deprehēderis: ꝓceritatē nō magnope desideres. Utilius est enī fortes esse milites q̄ꝫ grandes.

De Probatione ⁊ eruditione tyronū. C. XLI.

Sed nō statim pūctis signoꝝ scribēdus est tyro delectus: verū ante exercitio pretēdādus: vt vtrū vere tāto operi aptus sit: possit agnosci. Et velocitas in illo requirēda videtᷣ ⁊ robur: ⁊ vtrū armoꝝ disciplinā ediscere valeat: vtrū habeat ꝯfidētiā militarē. Jn oī enī ꝯflictu nō tā ꝓdest multitudo q̄ꝫ virtꝰ. Signatis itaq̄ꝫ tyronibꝰ ꝑ quotidiana exercitia: armoꝝ ē demōstrāda doctrina. Nihil firmiꝰ neq̄ feliciꝰ neq̄ laudabiliꝰ est reipublice: in q̄ habūdant milites eruditi. Non enī vestiū nitor: vel auri argēti gēmarūq̄ copia hostes ad reuerentiā nostrā aut ad grām inclināt: sed solo terrore subiguntᷣ armoꝝ. Deinde in alijs rebus (sicut ait Cato) si quid erratū est: pōt corrigi: ꝑlioꝝ delicta emēdationē nō recipiūt: cū pena statim sequatᷣ errorē. Militarē edocendi gradū sunt. nihil enī magis in itinere vel in cede custodiendū est: q̄ꝫ vt oēs milites incedēdi ordinē seruēt: qđ aliter nō fieri nisi vt exercitio ambulare celeriter ⁊ eq̄liter discant. Periculū enī ab hostibꝰ semꝑ grauissimū sustinet diuisus ⁊ inordinatus exercitꝰ. Militari ergo gradu viginti milia passuū horis q̄nq̄ dūtaxat estiuis ꝯficiēda sunt. quicq̄d addideris iam cursus est: cuiꝰ spaciū nō pōt definiri. ſꝫ ⁊ cursu ꝑcipue assuefaciendi sunt minores: vt maiore impetu in hostē ꝑcursent: vt loca oportuna celeriter cū vsus aduenerit occupēt: vt ad explorādū alacritᷣ pergāt: alacrius redeant: vt fugientiū terga facilius comprehēdant.

De Exercitatione eoꝝ. C. XLII.

Ad saltum etiam quo vel fossatū salitur: vel impediens aliq̄ altitudo superatur: exercēdus est miles: vt cū huiusmodi difficultates euenerint: possint sine labore transire. Natandi vsum estiuis mensibus omnis equaliter debet tyro cōdiscere. Non enī semper pontibus flumina transeunᷣ: sed ⁊ cedens ⁊ insequēs natare cogitur frequēter exercitus. non solū autē pedites: sed ⁊ equites: ipsosq̄ equos vel lixas: quos gallarios vocant ad natandū ꝓcōmodū est. Olim de vimine in modum cratiū conformitatē texebant scuta: itidēq̄ clauas ligneas cōtra illum palū tanq̄ꝫ cōtra aduersariū tyro cū crate illa ⁊ claua velut cū gladio se exercebat ⁊ scuto: ⁊ tunc quasi caput aut faciem peteret: nūc a lateribus minaretᷣ: interdū contenderet poblices ⁊ crura succingere: recederet: assultaret: insiliret: quasi presentē aduersariū sic palū omni impetu: omni bellādi arte attentarat. Cesa enī quouis impetu veniat: nō frequēter interficit: cū ⁊ armis vitalia defendantᷣ ⁊ ossibus. At cōtra puncta necesse est vt vitalia penetret quicquid īmergitᷣ. Deinde dum cesa infertur brachiū dextrū latusq̄ nudatᷣ. Pūcta autē tecto corpore infertᷣ: ⁊ aduersariū sauciat anteq̄ꝫ videat. Hastilia quoq̄ tyro aduersuꝫ illū palū tanq̄ꝫ aduersus hominē iactare cōpellitᷣ. Eo enī exercitio ⁊ lacertis robur accrescit: ⁊ iaculādi ꝑitia atq̄ vsus.

Adhuc De eodem. C. XLIII.

Tē pars iunior arcubus ligneis sagictisq̄ lusorijs exercēda ē seuire ad palos: ⁊ doctores ad hāc rem artifices eligendi ⁊ maior adhibēda solertia: vt arcum sciēter teneāt: vt fortiter impellāt: vt sinistra fixa sit: vt dextra cum ratione ducatᷣ: vt ad illud qđ feriendū est: oculus pariter animusq̄ consentiant: vt siue in equo siue in terra rectū sagictare doceant. Ad lapides vero vel manibus vel fundis iaciendos exerceri

diligenter. Fuerunt iuniores. fundarum usum primi balearum insularum habitatores & inuenisse & ita perite exercuisse dicuntur: vt matres paruos filios nullum cibum cõtingere sinerent nisi quẽ ex funda destinato lapide percussissent. Sepe. n. aduersum bellatores cassidib⁹ cathaphractis loricisqz munitos teretes lapides de funda vel fustibalo destinati sagittis sunt oibus grauiores. cũ mẽbris integris letale tñ vulnus importẽt & sine via sanguinis hostis lapidis ictu intereat. Fundaz portare nullus ẽ labor: & iterdũ euenit vt in lapidosis locis cõflict⁹ habeat. aut mons sint aliqs defendẽdus aut collis. Aut oppugnatiõe castellorum siue ciuitatũ lapidibus barbari fundis pellendi sint. Pondus quoqz baiulare & iter facere gradu militari frequẽtissime cogẽdi sunt iuniores qb⁹ in arduis expeditionib⁹ necessitas imminet annonã pariter & arma portãdi. nec hoc credat esse difficile si vsus accesserit: nihil. n. est qd nõ assidua meditatio facillimũ reddat. semper ergo cogendi & exercendi sunt iuniores: vtilius enim cõstat esse erudire armis suos: qz alienos mercede cõducere.

C. XLIIII.

De Munitiõe & ordinatiõe castrorum.

Castrorũ quoqz munitionẽ dz tyro cõdiscere. Nã pre si recta cõstituta sunt castra: ita vt intra vallũ securi milites dies noctesqz pagant: etiã si hostis obsideat: qsi munitã ciuitatẽ videant secũ vbiqz portare: castra psertim vicino hoste tuto semp faciẽda sunt in loco vbi lignorũ & pabuli & aque suppetat copia: & si diutius cõmorãdũ sit loci salubritas eligat. Cauẽdũ ẽ tñ ne mons sit vicin⁹ aut collis altior q ab aduersarijs capt⁹ possit officere. Cõsiderãdũ etiã ne torrẽtib⁹ inũdari cõsueuerit cãpus: & hoc casu vim patiat exercit⁹. p nũero aũt militũ vel ĩpedimẽtorum muniẽda sũt castra ne maior multitudo cõstipet in paruis: neve paucitas in latiorib⁹ vltra qz oportet cogat extẽdi. Interdũ aũt qdrata iterdũ trigona iterdũz semirotũda put loci qlitas aut necessitas postulauerit: castra faciẽda sũt. Porta aũt q appellat pretoria aut orientẽ spectare debet aut illum locum qui ad hostes respicit: Aut si iter agitur illã ptez dz attẽdẽ ad quã est pfecturus exercit⁹. Intra quã pme cẽturie hoc ẽ cohortes papiliones tẽdũt: & dracones & signa cõstituũt. Decumana aũt porta q appellat post ptoriũ: ẽ p quã delinquẽtes milites educunt ad penaz. Milites in acie dispositos ordines seruẽt: nec vbi ɔ expedit. aut cõglobẽt agmẽ aut laxẽt. Nã & cõstipati pdũt spacia pugnãdi & sibi inuicẽ ĩpedimẽto sunt & rariores atqz iterlucẽtes aditũ prũpẽdi hostib⁹ pstãt. Producẽdi g tyrones sũt semp ad cãpũ. & sm matricule ordinẽ in aciẽ dirigẽdi. ita vt pmo simplex extẽsa sit acies. ne quos sinus. ne quas habeat curuaturas: vt equali legitimoqz spacio miles distet a milite. tũc pcipiẽdũ vt subito duplicẽt aciẽ. ita vt in ipso ĩpetu ad quẽ rñdere solẽt ordo seruet. Tertio precipiẽdũ vt quadratã aciẽ repẽte cõstituãt. Quo facto in trigonũ quẽ cuneũ vocãt acies ipsa disponẽda est. Iubet etiã vt instruãt orbes. quo genere cũ vis hostiũ interrupit aciẽ resisti ab exercitatis militib⁹ ɔsueuit. ne ois multitudo fundat in fugam & graue discrimen immineat.

C. XLV.

De Partib⁹ rei militaris.

Idem in li. ij. Res igit militaris armis constat & viribus. Hec in tres diuiditur partes. equites pedites. classes. Equitũ alas dicũt. ab eo qd ad similitudinẽ alarũ ab vtraqz parte protegant acies. Est & aliud genus equitum qui legionarij vocantur. Classium itẽ duo genera sunt. vnũ liburnarũ. aliud lusoriarũ. Equitibus campi. classibus maria vel flumina. peditibus colles vrbes plana & abrupta seruantur. Ex quo intelligit magis reipublice necessarios pedites: q possunt vrbibus prodesse & maior numerus militum sumptu expẽsiso: minore nutritur peditũ exercitus. Verũ ipsi pedites in duas diuisi sunt partes. hoc est auxiliares qui & socijs & federatis gẽtibus mittebantur. Et legiones. Legio ab eligendo appellanda est: quod vocabulũ eorũ desiderat fidẽ atqz diligentiã qui milites probant. In auxiliarijs minor in legionibus longe amplior cõsueuit militũ numerus ascribi. Greci dardanij phalanges habuerunt: & in vna armotarũ octo milia censebantur. Galli atqz celtiberi cateruis vtebãtur in praelio in quibus singulis erant sena milia armatorum. Romani legiones habent in quibus singulis sena milia interdum amplius militare consueuerunt. Quid autem inter legiones & auxilia interesse videatur expediam. Auxiliares cum ducuntur ad prelium ex diuersis numeris venientes nec discipline iter se: nec notitie: nec affectioni consentiunt. Item alia instituta: alius inter eos vsus est armorum. necesse est autẽ eos tardius ad victoriaz peruenire q discrepant anteqz dimicent. Deniqz cũ in expeditionibus plurimũ prosit omnes milites vnius precepti significatione conecti: nõ possunt equaliter iussa complere qui ante pariter non fuerunt.

C. XLVI.

De Legionibus.

Legionũ nomẽ in exercitu pmaneret hodieqz sz p negligẽtiã supiorum temporum robur infractũ est: cũ vtutis pmia occuparet ambitio: & p grãz pmouerent milites. q pmoueri ɔsueuerũt p laborẽ: pterea necesse est morbo aliqntos debilitari atqz dimitti: aliqntos militiã deserere vel diuersis casib⁹ interire & nisi ãnis singulis: imo singulis mẽsib⁹ in recedẽtiũ locũ iuniorum turba succedat. qntũuis copiosus tñ exhauriẽ exercit⁹. Est & alia cã cur attenuate sũt legiões. Magnus in illis labor ẽ: & militãdi grauiora arma: pauca mũera seuior disciplina. Qd vitãtes pleriqz in auxilijs festinãt militie sacramenta pcipe. vbi & minor sudor & maturiora sunt pmia. In oib⁹ autoribus inuenit singulos ɔsules aduersum hostes copiosissimos non amplius qz binas duxisse legiones additis auxilijs sociorum: tanta in illis erat exercitatio: tãta fiducia: vt cui bello due legiones fierent crederent posse suffici: qua propter ordinationez legionis antique sm normam militaris iuris exponam.

C. XLVII.

De Modo cõstituendi legionem.

Diligenter igit lectis iuniorib⁹ ais corporibusqz pstãtib⁹: addit etiã exercitijs quotidianis punct militie scripto matricul iserti iurare solẽt p deũ & christũ & spmscm & p maiestatẽ impatoris q sm deũ generi hũano diligẽda est & colẽda: deo. n. vel priuat⁹ vel militar fuit: cũ fidelit eũ diligit q deo regnat auctore. Iurãt aũt milites oia se strẽnue facturos q pcepit ipator: nũqz deserturos militiã vel mortẽ recusaturos p romana republica. Sciẽdũ ẽ aũt i vna legiõe decẽ cohortes eẽ debẽ. sz pma cohors reliqs & nũero militũ & dignitate pcedit. Nã genẽ atqz istitutiõe lrarum viros electissimos qrit. Hec. n. suscipit aqlã qd pcipuũ signũ in romano sp est exercitu: & toti⁹ legiõis isigne. Hec imagines iperatorum hec & diuina & pñtia signa venerat: hz pedites mille cẽtũ qnqz eqtes loricatos cẽtũ. xxxij. & appellabat cohors miliaria. Itẽ. x. cohortib⁹ legio plena fundat: q hz pedites sex milia cẽtũ. eqtes septingẽtos triginta. hz pterea legio fabros tignarios. structores. carpẽtarios. ferrarios. pictores reliquosqz artifices ad hiberna edificia fabricãda. ad machias turres ligneas. ceteraqz qb⁹ vel expugnant aduersariorũ ciuitates vel defendant ppria ppatos. Hec. n. erat cura pcipua. vt qcqd exercitui necessariũ videbat: nũqz deesset i castr vsqz adeo vt etiã cunicularios hẽrẽt q ad morẽ fossorum ducto sub tris cuniculo murisqz ifra fũdamẽta pfossis iprouisi emergerẽt ad vrbes hostiũ capiẽdas. Ex his igit appet legionẽ bñ istitutã qsi mũitissimã esse ciuitatẽ: q oia plio necessaria secũ vbiqz portaret: nec metuẽt repẽtinũ hostiũ supuẽtũ. Nã & lignũ fenũ aquã stramẽ: etiã legitimi milites in castra portabãt. hz pterea legio tubicies. cornicines. bucinatores. quotiẽs ad aliqd op⁹ exituri sũt soli milites tubicies canunt. Quotiẽs mouẽda sũt sig vel iã mota figẽda sũt. cornicies canũt. Quotiẽs ãt pugnat & tubicies canũt & cornicies pit. Classicũ itẽ appellat qd bucciatores p cornu iducũt. hoc isigne vr impij: qz classicũ canit ipatore pñte: vel cũ i militẽ capitalit aiaduertit. qz hoc ex impatoris legib⁹ fieri necesse ẽ: hec aũt fuit: vt in ipa pugna facilius obtẽperent milites siue eos pugnare siue stare siue seq vel redire pcepint duces

C. XLVIII.

De Centurijs ac turmis.

Porro antiq qz sciebãt in acie ɔmisso bello celeriter ordies aciesqz turbari atqz cõfundi ne hoc possit accidẽ. Cohortes in cẽturias diuiserũt: & singulis cẽturijs singula vexilla cõstituerũt: ita vt ex q cohorte: & vt quota eẽt cẽturia in illo vexillo lris eẽt ascriptũ. qd intuens vel legẽtes milites in qntouis tumultu a cõtubernalibus suis aberrare nõ possent. Cẽturiões insup trã sũersis cassidũ crist lras habebãt vt facili⁹ noscerent. quos suas singulos iusserũt cẽturias gubernare. Rursus ipse cẽturie in cõtubernia diuise sũt. vt. x. militibus sub vno papiliõe degẽtib⁹. vn⁹ q eẽt decan⁹ caput cõtuberniis noiaret. Cõtuberniũ aũt manipulos vocabãt. ab eo qd cõiũct manib⁹ pit dimicabãt. Queãdmodũ aũt int pedites cẽturia vel manipul⁹ appellat. ita int eqtes turma dicit. & hz vna turma eqtes. xxxij. Huic q pest decurio noiat. Preterea sit cẽturio eligẽd⁹ magnis viribus. pcera statura. q oẽm artẽ didicerit: armature: vigilãs. sobri⁹. agilis. magis ad faciẽda q ei impant qz ad loqndũ pat⁹. cõtubernales suos ad disciplinã retineat. ad armorum exercitiũ cogat. Sic & eligẽdus ẽ decurio q turme eqtũ pponat: in pmis habili corpe. vt loricat & armis circũdat⁹ oib⁹ cũ sũma admiratiõe equũ possit ascẽdere. eqtare fortissime. conto sciẽt vti. sagictas doctissime mittere turmales suos erudire ad oia q eqstris pugna deposcit. eosdẽ cogere loricas suas vel chatafractas cõtos & cassides frequent terge

re curare. Plurimūq3 enī terroris hostibus armorū splendor im/portat. Quis credat militē bellicosum.cuius dissimulatione situ ac rubigine arma fedantur. ⁊ non solū autē equites sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari.

De Instructiōe acierū ad pugnā. C. XLIX.

Igitur q̄ desiderat pacē p̄paret bellū. Qui victoriā cupit: dimicet arte nō casu: nemo ,puocare: nemo audet offendere quē intelligit supiorē esse si pugnet. Idē in li.ij. Nūc q̄liter instruēda sit acies si pugna imineat declarat vnī⁹ legiōis exēplo. Eqtes locant̄ in cornib⁹: acies peditū a p̄ma cohorte icipit ordinari in cornu dextro. huic cohors scd̄a iūgit̄. tertia in media acie collocat̄ huic annectit̄ q̄rta. q̄nta vo sinistrū suscipit cornu. Sʒ ante signa ⁊ circa necnō etiā in p̄ma acie dimicātes p̄ncipes vocabant̄: h̄ est ordinarij.ceteriq3 p̄ncipales.hec erat grauis armatura q̄ habebant cassides.cathaphractas.ocreas.scuta.spatas plūbata missilia.itaq3 p̄ma acies p̄ncipū. secūda hastatorū: armis talib⁹ docet̄ instructa.post hos erāt ferētarij ⁊ leuis armatura.scutati.sagictarij:funditores. Scd̄a acies similit̄ armabat̄ in q̄ p̄sistētes milites hastati vocabāt̄. Sʒ in scd̄a acie de dextro cornu cohors sexta ponebat̄.cui iūgebat̄ septima. Octaua mediā aciē tenebat nona comitāte. Decima in scd̄a acie sinistrū semp obtinet cornu. Post oēs aūt acies triarij cū scutī cathaphractī ⁊ galeis. Ocreati cū gladijs semispacijs plūbatī binis missilib⁹ locabant̄ q̄ genu posito subsidebāt: vt si p̄ma acies vinceret̄ ab his q̄si de integro repata pugna posset ⁊ repari victoria. Oēs ante signū vel signiferi q̄uis pedites loricas minores accipiebāt. ⁊ galeas ad terrorē hostiū vrsinis pellibus tectas.

De Modo cōgregandi. C. L.

Commisso bello p̄ma ac scd̄a acies stabat imota. Triarij quoq3 residebāt. Ferētarij aūt armature exculcatiores.sagictarij fūditores.h̄ ē.leues armature aduersarios ,puocabāt añ aciē p̄cedētes.si hostes fugare poterāt sequebāt̄. Si eorū v̄tute aut multitudie p̄mebāt̄ reuertebāt̄ ad suos. ⁊ p⁹ eos stabāt. Excipiebat autē plūi grauis armatura: ⁊ tāq̄ mur⁹ vt ita dicā ferre⁹ stabat ⁊ nō solū missilib⁹ sʒ etiā gladijs cōmin⁹ dimicabat. ⁊ si hostes fugasset nō sequebat̄ grauis armatura: ne aciē suā ordinationēq3 turbaret ⁊ ad dispsos recurrētes hostes icōpositos oppmeret. Sʒ leuis armatura cū funditorib⁹ sagictarijs ⁊ eqtib⁹ fugiētes sequebant̄ inimicos hac dispositione atq3 cautela sine pīculo legio vincebat: aut supata seruabat̄ icolumis. q̄ legionis ius ē facile nec fugere nec sequi. Hoc quoq3 institutū ē: vt ex donatiuo q̄d milites cōsequunt̄: dimidia ps sequestraret̄ apud signa: ⁊ ibidē ip̄is militib⁹ seruaret̄: ne p luxū aut inaniū rerū cōpatiōē ab ipsis militib⁹ cōtubernalib⁹ posset absumi.pleriq3.n.hoīes ⁊ p̄cipue paupes oīa sua erogāt: miles deinde q̄ sumpt⁹ suos scit apud signa depositos: de deserēdo nihil cogitat: magis diligit signa p illis in acie forti⁹ dimicat: in q̄b⁹ suā videt positā esse substātiā. Hec ratio apud signiferos i cophino seruabat̄: ⁊ iō signiferi nō solū fideles sʒ etiā iā litterati hoīes eligebātur: q̄ ⁊ seruarēt deposita ⁊ scirēt singulis reddere rationē.

De Exercitio militū. C. LI.

Legionis ordinatione digesta ad exercitiū reuertemur. vnde exercit⁹ nomē accepit. Iuniores quidē ⁊ noui milites mane ac post meridiē ad omne genus armorū exercebantur. veteres autē ⁊ eruditi semel in die. Neq3 enī longitudo etatis aut annorū numerus artē bellicā tradit. sʒ cōtinua exercitatiōis meditatio. Nā ⁊ velocitas vsu ipso acq̄rit̄ corpis: ⁊ sciētia feriēdi hostē seq3 ,ptegendi. Illud vero magis est: vt seruare ordines discant ⁊ vexillis suis in tantis cōmixtionibus in ipsa prolusione comitent̄. Ad palū quoq3 vel sudibus exerceri percōmodū est. Insurgere trepidātes in clypeū. rursusq3 se subdere. nūc gestiendo prouolare cū saltu: nunc cedētes in terga resilire: missilib⁹ etiā palos ipsos procul ferire meditentur: vt ⁊ ars diligēter ⁊ dextre virtus possit accrescere. Sagictarij vero vel funditores scopas hoc est fruticū vel stramīnū falces p signo ponebāt: vt sagictis vel certe lapidib⁹ ex fustibalo destinatis signū potius tāgerent. propterea sine trepidatione in acie faciebāt quod ludentes in campo fecerant semper. Ceteri autem etiā hibernis diebus.(si niues tantū pluuieq3 cessarent) exerceri cogebantur in campo: ne intermissa cōsuetudo ⁊ aīos militū debilitaret ⁊ corpora. siluā cedere: portare onera: trāsilire fossas: natare in mari siue in fluminibus: gradu pleno ambulare: vel currere etiā armatos cū sarcinis suis frequentissime conuenit vt quotidiani laboris vsus in pace difficilis non videatur in bello. Nā quēadmodū bene exercitatus miles prelīū cupit: ita formidat indoctus. Postremo sciendum est in pugna vsum amplius prodesse q̄3 vires. Artifices etiam ab exercitijs non re cedant. Pro laude vulgi miles sacramento lectus: cessare nō d3 cui pugnandū est ,p salute ,p̄pria ⁊ libertate cōi p̄sertim cū antiq̄ sit prudensq3 sn̄ia oēs artes in meditatōe p̄sistē.

De Sanitate exercitus gubernanda. C. LII.

Idem in li.iij. Exercitus dicit̄ tā legionū q̄3 etiā auxiliorū: nec nō etiā eq̄tū ad gerēdū bellū multitudo collecta. sanitas custodiat̄ exercit⁹ locis: aq̄s: tp̄e: medicina: exercitio. Locis: ne in pestilēti regione iuxta morbosas paludes. ne aridis ⁊ sine opacitate arborū cāpis aut collib⁹. ne sine tentorijs estate milites cōmorent̄. ne egressi tardius calore solis ⁊ fatigatiōe itineris ptrahāt morbū: sʒ poti⁹ in estate luce cepto itinere ad destinata puenīāt. Ne seua hyeme iter p niues ac pruinas noctib⁹ faciāt. aut lignorū patiant̄ inopiā vbi minor illis vestiū suppetit copia. Nec sanitati.n. nec expeditiōi idone⁹ miles est: q̄ algere cōpellit̄. Ne pniciosis vel paludosis aq̄s vtat̄ exercitus. nā pestilētiā bibētib⁹ generat. Iā vo ex casu egri ptubernales oportunis cibis reficiant̄ ac medicorū arte curent̄. Male.n.cū his agit̄ q̄b⁹ necessitas ⁊ belli icūbit ⁊ morbi. sʒ rei militari piti pl⁹ quotidiana armorū exercitia ad sanitatē militū putauerunt pdesse q̄3 medicos. Ex quo itelligit̄ q̄3 studiosi⁹ armorū arte doced⁹ sit semp exercit⁹. cū ei laboris p̄suetudo ⁊ in castris sanitatē: ⁊ i p̄flictu possit p̄stare victoriā. Si aūt autūnali estiuoq3 tp̄e diuti⁹ in ijsdē locis militum multitudo p̄sistat. ex contagione aquarū ⁊ odoris ipsius feditate vitiatis haustibus. ⁊ aere corrupto perniciosissimus nascit̄ morbus: qui ,phiberi nō pōt alit̄ nisi frequenti mutatione castrorū.

De Alimonia ,puidenda atq3 seruanda. C. LIII.

Sepius penuria q̄3 pugna p̄sumit exercitū. ⁊ ferro seuior fames est. Deīde reliq̄s casib⁹ pōt in tp̄e subueniri. pabulatio ⁊ ānona in necessitate remedium nō h̄nt nisi añ cōdant̄. In oī expeditiōe vnū existet maximū telū. vt cibi sufficiat vict⁹. hostes frāgat inopia. Añ igit̄ q̄3 inchoet̄ bellū de copiosis expēsis fiat ,pcuratio. q̄s a ,puincialibus cōsuetudo deposcit. ⁊ in oportunis ac munitissimis locis amplior sp modus q̄3 sufficit aggreget̄. Frequent̄ aūt necessitas geminat̄ ⁊ obsidio sepe fit lōgior q̄3 putat̄. cū aduersarij etiā ipsi esurientes circūsedere nō desināt quos fame sperāt eē vincēdos. p̄terea q̄cq̄d in pecore vel q̄cūq3 fruge vinoq3 hostis inferēs bellū ad victū suū poterit occupare. nō solū admonitī p edicta possessorib⁹. sʒ etiā coactis p electos p̄scrutatores ad castella idonea ⁊ armature p̄sidijs firmata. vel ad tutissimas cōferēdū est ciuitates. vrgēdiq3 ,puinciales. vt añ irruptionē se ⁊ sua in vrbib⁹ cōdant. Repatio etiā murorū tormētorūq3 oīū añ curāda est. nā si sel hostī ,pcerit. occupatis metu vniuersa turbant̄. ⁊ q̄ ex alijs vrbib⁹ petēda sunt. itercluſis itinerib⁹ denegant̄. Sʒ fidelis horreorū custodia. ⁊ erogatio rata cōsueuit sufficere ,p copia. maxie si ab initio ,pcuret̄. Ceterū sera parsimonia ē tūc seruare cū deficit. Hyeme lignorū ⁊ pabuli estate vitāda ē difficultas frumēti vel vini verū ⁊ aceti. nec nō etiā salis omni tp̄e necessitas declināda. Itē vrbes atq3 castella ab his militib⁹ q̄ min⁹ p̄mpti iueniunt̄ in acie. armis defendāt̄. p̄cipueq3 nitemur. ne aduersariorū dolo atq3 piurijs decipiat̄ ,puincialiū icauta simplicitas. Freq̄nti⁹.n. cōmerciorū pacisq3 simlatio crudelī q̄3 arma nocuerunt.

De Seditione militū p̄cauenda. C. LIIII.

Interdū mouet tumultū ex diuersis locis collect⁹ exercit⁹. ⁊ cū pugnare nolit: irasci se simulat cū nō ducat̄ ad bellū. Qd̄ hi p̄cipue faciūt q̄ in sedib⁹ ociose delicateq3 vixerūt asperitate insoliti laboris offensi. Cui vulneri m̄ltiplex medicina p̄sueuit opponi: dū adhuc sepati sūt ⁊ in sedib⁹ suis tribunorū vel vicariorū nec nō ⁊ p̄ncipū in oēm disciplinā artissima seueritate teneant̄. nihilq3 aliud nisi deuotionē moderationēq3 custodiāt. Cāpi cursionē ⁊ inspectionē armorū assidue faciāt. nomē ⁊ signa obseruare nō desinant. Ad sagictas iaciēdas: ad missilia dirigēda: ad iactādos lapides vl̄ fūda vl̄ māu ad armature gestū: ad vectes p similitudie gladiorū p̄cti desimaq3 feriēdo mīlto die vsq3 ad sudorē freq̄ntissime detinēdi. cursu iā ⁊ saltu ad trāsmittēdas fossas nihilomin⁹ ibuēdi. Si mare seu flumi⁹ vicin⁹ ē sedib⁹: estiuo tp̄e ad natādū cogēdi sūt. vt ita exercitati ⁊ erudīti emlatiōe v̄tutī plūi magī necesse habeāt optare q̄3 ocij. Nemo cogitat de tumultu. q̄ fiduciā de arte vl̄ virib⁹ habuit. Dux aūt esse d3 attent⁹. vt in oībus legionib⁹ sequi turbulēti vel seditiosi sūt milites. nō p inuidia suggerētiū sʒ pcerū vitate cognoscat. eosq3 prudentiori cōsilio segregatos a castrī ad agēdū aliq̄d q̄d ipsis videat̄ optabile. aut ad castella vrbesq3 deputentur muniendas atq3 ser

nandas. tanta subtilitate vt cum abiciuntur videantur electi. nunq̄ enī ad cōtumaciā pari cōsensu multitudo ꝓrumpit. sȝ iurtat' a paucis. Q. si fieri medicinā necessitas extremā ꝑsuaserit: rectius mocis. Q. si fieri medicinā necessitas extremā ꝑsuaserit: rectius more maiorū in īductores criminuȝ vindicare vt ad oēs metus pene ꝑ paucos perueniat. laudabiliores tñ duces sunt quoꝝ exercitum ad modestiam labor z vsus instituit. q̄ȝ illi quoꝝ milites ad obedientiam suppliciorum formido compellit.

Cde Militarib' signis. C. LV.

Nihil magis ad victoriā ꝓficit q̄ȝ monitis obtemperare signorū. nā cū voce sola inter prelioꝝ tumultus regi multitudo nō possit. Et cū ꝓ necessitate reꝝ plura ex tpe iubēda atq̄ȝ faciēda sint. antiquus oīuȝ gētiū vsus inuenit. quo mō q̄ solus dux vtile indicasset. ꝑ signa totus agnosceret z sequeret' exercit'. Quoꝝ tria sunt genera. z eoꝝ vocalia z semiuocalia ꝑcipiunt' aurib'. muta vero referunt' ad oculos. Uocalia vocant' q̄ voce humane ꝓnūciant'. sicut in vigilijs vel in prelio ꝓ signo dicit'. vtputa a victorie palma. virtus: deus vobiscū: triūphus impatoris. z alia quecūq̄ȝ voluerit dare is q̄ in exercitu hȝ maximā ꝑtātē. Semiuocalia sunt q̄ ꝑ tubā aut cornu aut bucinā dant'. Tuba q̄ directa est appellat'. Bucina q̄ in semet ereo circulo flectit'. Cornu qd ex viris agrestib' argēto nexū tēperat arte spiritū q̄ȝ canētis flatus emittat auditū. Nā indubitatis ꝑ h̄ sonis agnoscit exercit' vtrū stare vel progredi: an certe regredi oporteat. vtrū longe ꝓseq̄ fugiētes. an receptui canere Muta signa sūt aquile: dracones. vexilla. flāmule. tūbe. pinne. quocūq̄ȝ enī hec fieri iusserit ductor. necesse est vt ad signū sui comitātes milites ꝑgāt. Sūt z alia muta signa q̄ dux belli in eq̄s aut indumētis z in ipsis armis vt dignoscat' hostis ꝑcipit custodiri. Itē mutū z cōe signū est quotiēs ꝓficiscēte turba excitat' puluis ad similitudinē nubiū surgit. hostiūq̄ȝ ꝓdit aduētū. similiter si diuise copie ꝑ noctē flāmis. ꝑ diē fumo signāt socijs. qd aliter nō pōt nūciari. Aliquāti in castelloꝝ aut vrbiū turribus appendūt trabes. quibus aliquando depositis: indicantur que geruntur.

Cde Insidijs in itinere vigilāter cauēdis. C. LVI.

Qui re militarē studiosius didicerūt. asserūt plura in itinerib' q̄ȝ in ipsa acie ꝑicula solere cōtingere. Nā in cōflictu armati sunt oēs. z hosteȝ cōminus vidēt. z ad pugnādū aīo veniūt preparati. In itinere min' armatus minusq̄ȝ attētus est miles: z superueniēte impetu vel fraude repēte turbat'. Ideo omni cura ꝓuidere dux dȝ. ne ꝓficiscēs patiatur incursuȝ. vel facile ac sine dāno repellat illatū. Primū itineraria oīum regionū in quib' bellū gerit' plenissime dȝ habere perscripta. ita vt locoꝝ interualla: viaꝝ qualitates ꝑdiscat. ꝑ cōpēdia diuerticula mōtes flumina ad fidē descripta cōsideret. Preterea sub periculo eligēdū viaꝝ duces. idoneos sciētesq̄ȝ cape. eosq̄ȝ custodie māncipare addita pene ostētatiōe vel premij. vt intelligāt ne fugiēdi q̄dē sibi copiā superesse. z fidei premiū ac ꝑfidie parata supplicia. sȝ z cautele caput est. vt ea loca ꝑ q̄ vel q̄b' itinerib' sit ꝓuecturus exercit' ignorent'. tutissima nāq̄ȝ expeditio credit' faciēda ab hostibus nesciri. Ob hoc veteres minotauri signū in legionib' habuerūt. vt queādmodū ille in intimo z secretissimo laborinto abdit' fuisse ꝑhibet'. ita ducis cōsiliū semꝑ esset occultū. Uerū q2 exploratores alterinsecus missi ꝓfectionē suspiciōib' vel oculis deprehēdūt. z interdū ꝓfuge ꝓditoresq̄ȝ nō desunt. dux fidelissimos argutissimosq̄ȝ cū eq̄s ꝓbatissimis mittat. q̄ loca ꝑ q̄ iter faciēdū est in ꝓgressu. z a tergo dextra leuaq̄ȝ ꝑlustrēt. ne aliq̄s aduersarij moliāt' īsidias. Tutius. n. opant' exploratores noctib' q̄ȝ dieb'. Ne vo repētin' tumultus ampli' noceat. ante cōmonēdi sūt milites. vt pati sīt aīo. vt arma ī manib' habeāt. q2 necessitate subita cōsternāt': ꝓuisa nō solēt eē formidini. Illud vitādū ne ꝑ negligētiā alijs festinātib'. alijs tardius īcedētib' īterrūpāt' acies. aut certe tenuent'. cōtinuo. n. hostes interpolatā ꝑuadūt. Preponēdi g° sūt exercitatissimi cāpiductores. q̄ alacriores retardēt. z pigri' īcedētes accelerare cōpellāt. Preterea cōnosse debem' hostiū ꝯsuetudinē. z vtrū peditib' an eq̄tib'. Utrū cōtati an sagictarijs ampli' valeāt. Utrū nūero hoīuȝ an armoꝝ munitiōe ꝓcellāt. z ordinare qd nobis vtile: illis docet' aduersuȝ. Tractare quoq̄ȝ ꝑ diē an ꝑ noctē iter expediat īchoari. q̄ta locoꝝ īterualla sint ad q̄ cupim' ꝑpare. ne estate aq̄ penuria desit eūtib'. ne hyeme difficiles aut inuie occurrāt paludes maioresq̄ȝ torrētes. z īpedito itinere circūueniat' exercitus priusq̄ȝ ad destinata perueniat.

Cde Maiorib' fluminib' arte trāseūdis. C. LVII.

In transitu fluuioꝝ grauis molestia negligētib' frequēter emergit. Naȝ si aq̄ violētior: aut alueus latior fuerit īpedimēta z pueros ipos īterdū ignauiores solet mergere bellatores. Ergo explorato vado due acies equitum electis animalibus ordinant' interuallis competentibus sepate. vt per medium pedites z impedimenta transeant. naȝ acies superior aquaruȝ impetū frangit. inferior eos qui rapti subuersiq̄ȝ fuerint colligit atq̄ȝ transponit. At cum altior fluctus nec peditem nec equitē patitur. si per plana decurrat: ductis multipharia spargit' fossis diuisus sicq̄ȝ facile transit'. Nauigeri vero amnes hastilibus fixis ac superpositis tabulatis ꝑuij fiunt. vel certe tumultuario opere colligatis nauibus: cupis additisq̄ȝ transitum prebent trabibus. Expediti vero equites fasces de cannis aridis vel vlua facere cōsueuerunt. super quos loricas z arma eundem ter imponunt ipsi equis natando trā seunt. colligatosq̄ȝ secum fasces pertrahūt socij. Sed cōmodius repertuȝ est: vt monoxillos. h̄ est paulo latiores scafulas ex singulis trabibus excauatas pro genere ligni z subtilitate leuissima carpentis secum portet exercitus. tabulatis pariter z clauis ferreis preparatis. ita vt absq̄ȝ mora constructus pons z funibus (qui preterea hn̄di) sit cinct'. lapidei arcus soliditatem prestet. Hoc in tempore festinanter aduersarij ad trāsitus fluminū superuentus facere cōsueuerunt: ob quā necessitateȝ in vtraq̄ȝ ripa collocant' armata presidia. ne alueo interueniēte diuisi opprimant' ab hostibus. Cautius tamē est sudes ex vtraq̄ȝ parte prefigere: ac sine detrimento vim si qua illata fuerit sustinere. Q. si pons non tantū ad transitum: sed etiā iā ad recursum z cōmeatum necessarius fuerit. tunc in vtroq̄ȝ capite percussis latiorib' fossis: aggereq̄ȝ constructo. defensores milites accipere a quibus tamdiu retineatur q̄ȝdiu locorum necessitas postulat.

Cde Castris oportuno loco metādis z ordinādis. C. LVIII.

Consequens videt' itineris obseruatione descripta ad castroꝝ in q̄b' manēdū est: venire rōēȝ. Nō. n. belli tpe ad statiuā vel māsionē ciuitas murata sp̄ occurrit. In metādis castris nō sufficit locū bonū eligere: ne vtilior ꝑtermissus a nobis z ab aduersarijs occupat' apportet incōmodū. Cauēdū quoq̄ȝ ne ꝑ estatē aut morbosa in ꝓrio aut salubris aq̄ sit longi'. hyeme ne pabulatio desit aut lignū ne subitis tēpestatib' cāpus in quo manēdū ē soleat inūdari. ne sit abrupt' ac deui'. circūsedētibusq̄ȝ aduersarijs difficilis ꝑstet' egressus. ne ex suꝑiorib' locis missa ab hostib' in eū tela ꝑueniāt. Quib' caute studioseq̄ȝ ꝓuisis ꝓ necessitate loci vel q̄drata vel rotūda vel trigona: vl' oblōga castra cōstitues. nec vtilitati ꝑiudicet forma. tñ pulchriora credunt' q̄bus vltra latitudinis spatia tertia ps longitudis adijciat'. Ita aūt ab agri mēsorib' mensurā colligi dȝ. vt ad quātitatē ꝯcludat' exercit'. Nā ꝓpugnatores angusta cōstipāt z vltra q̄ȝ cōuenit latiora diffundūt. Statiua aūt castra estate vl' hyeme hoste vicino maiore cura ac labore firmant'. Prima igit' locis suis signa ītra castra ponunt': q2 nihil est venerabili' eoꝝ maiestate. militib': deīde ꝑtoriū ꝑparat'. hinc tribunis tabernacula collocant'. tūc ꝓ gradu legiōib' z auxilijs eq̄tib' z peditib' loca in q̄b' papilliōes tēdāt deputant'. In castris quoq̄ȝ de singulis cēturijs q̄terni eq̄tes z q̄terni pedites excubitū noctib' faciunt. z q2 īpossibile videbat' in speculis vigilātes singulos ꝑmanē. Ideo in q̄ttuor ꝑtes ad clepsydrā sunt diuise vigilie. vt nō ampli' q̄ȝ trib' horis noctis necesse sit quēq̄ȝ vigilare. Cōmutant'. n. z finitis horis a cornicine reuocant'. idoneos tñ tribuni z ꝓbatissimos eligunt. q̄ circūeāt vigilias z renūciēt si qua emerserit culpa. Eq̄tes extra vallū nocturnas excubias facere debē. ꝑ diē aūt castris positis alij mane: alij post meridiē ꝓpter fatigationē hoīuȝ equorūq̄ȝ angarias faciūt. Inter ꝑcipua cōuenit ducē ꝓuidere. vt aīaliū pascua subuectio frumēti ceterarūq̄ȝ specierum. aquatio. lignatio: pabulatio secura ab hostiū reddat' icursu. Iōq̄ȝ ꝑ loca idonea quo nr̄orū ambulat cōmeat' ꝑsidia dispōant'. Difficile. n. hostis ad ea loca audet accedere. in q̄bus a frōte z tergo nouit aduersarios cōmorari.

Cqualiter intelligi possit vtrum insidijs an publico marte confligendum sit. C. LIX.

Precipue ars z vtilitas ducis ē. vt adhibitis ex vniuerso exercitu scientib' bella z sapiētib' viris de suis z hostiū copijs sepi' tractet. omni (q̄ plurimū nocet) adulatiōe submota. Utruȝ maiorē numerū pugnatoꝝ ipse an hostes habeāt. vtrū ipsi' an aduersarioꝝ hoīes magꝭ armati sint z muniti. q̄ magꝭ exercitati: que sint in necessitatib' fortiores. Querēdū etiā vtra pars eq̄tes an pedites habeat meliores. z q̄s vtiliores equos adduxerat. Postremo loca ipsa in q̄bus pugnandū est vtrū inimicis an nobis videantur accōmoda. nam si equitatu gaudemus: campos debemus optare. si pedite loca eligere angusta fossis paludibus vel arboribus impe

dita z aliquotiens montuosa vbi magis victus abundat aut deest. Nam fames (vt dicitur) intrinsecus pugnat. z vincit sepius q̃ ferrũ extrinsecus. Maxime aũt tractandũ vtrũ expediat necessitatẽ ptrahi: an celerius dimicari. Interdũ enĩ sperat aduersarius expeditionẽ cito posse finiri. z si dilata fuerit in longũ: aut penuria maceraf. aut desiderio suoꝝ reuocaf ad ppria. aut nihil magnũ faciẽs p desperationẽ abire cõpellit. Tũ fracti dolore ac tedio plurimi deserũt. aliquãti pdũt aliquãti se tradũt. q2 aduersis rebus rarior fides ẽ. vt nudari incipiat q̃ copiosus venerat. Dux itaq3 vigilãs adhibito cõsilio de suis z aduersarij copijs iudicet. z si multis reb⁹ supiorẽ inuenit oportunũ sibi nõ differat inire cõflictũ. Si vo aduersariũ intelligit potiorẽ. certamẽ publicũ vitet. nã pauciores numero z inferiores virib⁹ supuẽt⁹ z insidias faciẽtes sub bonis ducib⁹ reportauerũt sepe victoriam. facilius autem est ad virtutẽ nouos imbuere: q̃ reuocare perterritos.

De Imperatiõe pugne. C. LX.

Premissis leuiorib⁹ artib⁹ belli ad publici cõflict⁹ intẽtũ rõ disciplinẽ militaris inuitat. Ħ ergo tpe tãto magis duces debẽt esse solliciti: quãto maior spaf diligẽtib⁹ gloria: z maius periculũ cõmittif ignauos. in quo momẽto perita vsus pugnandi doctrina cõsiliũq3 dominef. veterib⁹ seculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamẽ educere. vt audaciores sumpta esca redderet. z longiore cõflictu nõ fatigarenf inedia. Preterea obseruãdũ est presentib⁹ hostib⁹ siue ex castris siue ex ciuitate pducas ad preliũ: nedũ p angusta portaꝝ particulatim pcedit exercit⁹ a collectis z paratis debilitetur inimicis. Ideoq3 prouidendum est vt ante oẽs milites egrediãf portas. z aciẽ cõstruãt anteq̃ hostis adueniat. Obseruef aũt ne longo spacio fatigatũ militẽ. neue lassos post cursũ equos ad publicũ preliũ cogas. Impar enĩ odictio est lassũ cũ requieto: currẽtẽ cũ eo qui steterit subire cõflictũ. Ipsa die qua certaturi sunt milites: q̃d sentiãt diligẽter explora. Nã fiducia vel formidõ ex vultu verbis incessu motibusq3 cernif. Ne cõfidas satis si tyro preliũ cupit. Inexptis enĩ dulcis est pugna. z noueris te oportere differre: si exercitati bellatores metuũt dimicare. Monitus tñ z adhortatiõe ducis exercitui virtus accrescit. z aũs precipue si inimicoꝝ ignauia vel error ostendif. vel si ante a nobis superati cõmemorati. Dicẽda etiã quib⁹ militũ mẽtes in odiũ aduersariorũ cõcitauf. formidolosiores sunt quoꝝ mẽtes hostiũ cõfundit aspect⁹. Sz hoc remedio formido leuiaf: si anteq̃ dimices frequẽter exercitũ tuũ locis viciniorib⁹ ordines. Unde z videre hostem z agnoscere cõsuescãt aduersarioꝝ arma z equos recognoscãt. Nã que ex vsu sunt nõ timent. Elabora ergo vt auxiliũ capias ex loco q̃ tãto vtilior iudicaf: quãto superior fuerit occupatus. In subiectos .n. vehemẽti⁹ tela descẽdũt. z maiore ipetu obtinẽtes ps altior pellit. q̃ aduerso nitif cliuo duplex subit cũ loco z hoste certamen.

De Ordinanda acie. C. LXI.

Ordinaturus aciẽ tria debet ante pspicere. Solẽ. puluerẽ. vẽtũ. Sol ante faciẽ eripit visũ. Uẽtus cõtra cõtrarius tua inflectit ac deprimit. hostiũ adiuuat tela. Puluis a fronte cõgestus oculos iplet z claudit. Itaq3 ergo cõstituãt ordines vt hec post occipitiũ nostrũ sint. z si põt fieri aduersarioꝝ impleãt facies. Acies dicif exercitus instructi frons aduersus hostẽ spectat. hec in pugna publica si sapiẽter disponif plurimũ iuuat. Structi ordinis lex ẽ: vt pmo exercitati veteres milites collocenf. quos prios hastatos vocabãt. Singuli aũt armati in directũ ternos pedes iter se occupare cõsueuerũt. hoc est in mille passib⁹ mille sexcẽti sexagintasex pedites ordinãf in longũ. vt nec acies interluceat. z spaciũ sit arma tractãdi. Inter ordinẽ aũt z ordinẽ a tergo in latũ sex pedes distare voluerũt. vt haberẽt pugnãtes spaciũ accedẽdi atq3 recedẽdi. vehemẽti⁹ enĩ cũ saltu cursuq3 tela mittunf. In his duob⁹ ordinib⁹ z etate maturi z vsu cõfidẽtes z muniti etiã grauioribus armis collocanf. Hi enĩ ad vicẽ muri nec cedere nec seq̃ aliq̃n cogẽdi sũt nec ordines turbẽt. sz veniẽtes aduersarios excipe. z stãdo pugnã doq3 repellere vel fugere cogãt. Tertius ordo disponif de armaturis velocissimis. de sagitarijs iuuenib⁹. de bonis iaculatoribus quos antea ferẽtarios noiabãt. Quart⁹ itidẽ de scutatis expeditis sinisq3 sagitarijs z ceteris. Itaq3 stãtib⁹ pmis ordinib⁹ mos fuit tertiũ z quartũ ordinẽ ad puocãdũ cũ missilib⁹ z sagictis pmo loco semp exire. Qui si hostes in fugã vertere poterũt: ipsi cũ eqtibus tũc eos psequunf. Sin vo ab hostibus pulsi fuerint: redeũt ad primã z secũdã aciẽ. z inter ipos recipiũt se ad loca sua. Prima aũt z scda acies cũ ad pilũ (vt dicif) vẽtũ fuerit. totũ sustinet bellũ. In qn

ta acie põebãt iterdũ carobalist e z manubalistarij: fundibulatores z funditores. Fundibulatores sunt qui fustibalis lapides iaciunt. Fustis est lõgus pedib⁹ q̃ttuor. cui p mediũ ligaf funda de corio z vtraq3 mãu ipulsus ppe adistar onagri dirigit saxa. Fũditores sũt q̃ fundis lino vl' 3õis fact' pugnãt: h as. n. dicũt eẽ meliores cũ toto circa caput brachio dirigũt saxa. Sext⁹ ordo post oẽs a firmissimis z scutat' z oĩ genẽ armoꝝ munit' bellatoribus tenebaf. quos ãtiq̃ triarios appellabãt. hij vt redeũti z itegri acri⁹ iuaderẽt hostes post vltimas acies sedẽ ↄsueuerãt. Si q̃d eteni pmis ordinib⁹ accidisset. de eoꝝ virib⁹ repatiõis spes tota pẽdebat. mag' aũt expedit vt ↄserti pugnẽt q̃ lõgi⁹ sepati. Nã si nimiũ fuerit acies tenuata: cito ab aduersarijs acta ĩpsiõe rũpif. z nullũ postea põt eẽ remediũ.

De Eqtib⁹ ordinãdis z subsidijs p⁹ aciẽ collocãdis. C. LXII

Razi in. vij. pte. Minutio quoq3 in cõseruatiõe sanitatis ⁊ cura egritudinis maxima opatiõis medicine ps existit: si vt oportet fiat. Et corpa q̃dem q̃ plus minutionẽ pati pñt: sũt illa q̃ venas manifestas ⁊ amplas habẽt ⁊ q̃ pilosa sũt ⁊ bruna ex colore rubeo ⁊ fusco mixtis colorata Corpa quoq3 iuuenũ ⁊ adolescẽtũ ⁊ senũ nõ decrepitorũ. Pueri quoq3 minuẽdi nõ sũt: nisi necessitate maxia iminẽte. neq3 hi quorũ stomach⁹ ⁊ epar in frigiditate distẽperata sũt. Cauẽdũ ẽ etiã quãtũ possibile ẽ ne fiat minutio in t̃pe calidissimo vel frigidissimo. Sanguinis aũt mẽsura q̃ extrahẽd⁹ ẽ ↄ3 vt sit s3 vsũ ⁊ s3 dispositiõem ei⁹ cui⁹ cã minutio exercet̃. ⁊ s3 virtutẽ. Obseruãdũ ẽ aũt ne fastiditus vel ebri⁹ minuat̃: donec ista oĩno remoueant̃: nisi forsan ex minutiõis retardatiõe magn⁹ timor ĩmineat: sicut cũ attractio aeris angustissima ẽ: aut cordis tremor fortis ac spissus q̃ cũ faciei ⁊ oculor̃ rubedine accidit: vl' apoplexia ĩ q̃ facies rubescit aut nigrescit: vl' sq̃nãtia vel sanguinis fluxus vehemẽs ac repẽtinus. Cũ. n. adsũt talia minutio q̃libet hora diei vel noctis ẽ faciẽda. Cũ aũt multa hmõi necessitas icũbit: bonũ ẽ eã fieri post duas vl' tres horas diei: cũ iã digestiua suã opatiõez expleuerit ⁊ fecũ supfluitas expulsa fuerit. Verũtñ si cui sincopis in minutiõe cõsueuit accidẽ: ↄ3 vt ante flebotomiã modicũ panis: comedãt in succo granati musi ĩfusi: aut in vue acerbe succo vel in eor̃ silib⁹ madefactũ. Id quoq3 monendũ ẽ: ne q̃s vllatenus minuat̃ post colicã passionẽ: aut vomituz aut ventris fluxũ: aut post multũ coitũ: vel p⁹ laborẽ aut post vigilias: ⁊ postremo post oĩa q̃ corp⁹ dissoluũt aut fortit̃ calefaciũt. Idẽ in. iiij. pte Ex frequẽti q̃dẽ abstractiõe sanguinis: euenire sepissime solẽt malignitas cõplexiõis ⁊ hidropisis ac festina senect⁹ appetitiue destructio pulsusq3 paruitas stomachi ⁊ epatis ⁊ cordis debilitas ac tremor: ⁊ palisis. necnõ etiã apoplexia ⁊ postremo virtutũ oĩum naturaliũ ĩbecillitas. Ex negligẽtia v̾o minutiõis cũ ea q̃s ĩdiget: accidũt sinochus ⁊ palisis ⁊ ꝑipleumonia ⁊ variole ⁊ morbilli ⁊ passio emoroica: ⁊ mors subitanea. pestilẽtia quoq3 ⁊ apoplexia sanguinea. Itaq3 minutio si fiat vt oportet magna. medicina est in sanitate cõseruãda. valde ꝓficiẽs ⁊ ad curationẽ egritudinũ cõueniẽs.

De Regimine minuti. C. XIII.

Idem in. vij. pte. Post minutionez vero cauendũ est: ne locus stricte ligetur. Hoc. n. apostema cosueuit afferre: nec multus pannus superponatur: nec aliquid eorum quibus redolendi causa quidam se perungere cõsueuerunt. eidez loco adiungat. Locus quoq3 si calefactus fuerit aqua rosata infrigidetur vel aqua dulci frigidissima irroretur. Minutus vero nullo modo balneũ ingrediatur. ꝑcipue si locus fuerit calefactus: donec vulnus consolidetur ⁊ calor ipsius flegmonq3 sedentur. Vinum quoq3 qui taliter se habuerit nullatenus bibere presumat: nec membrum. in quo minutus est moueat nec opus aliquod eo perficiat. Minutus preterea nec in die minutionis nec in die secunda multo cibo repleatur: sed moderans se cibo leui coleram rubeam reprimente ⁊ exanguente nutriatur: sicut est suchabegi fortis acetositatis: nisi forsan asperitatem patiatur in pectore que hoc prohibeat ⁊ tunc sibzabegi ex agni carne faciam ⁊ oua mollia comedat. Quid siquis in die minutionis vsq3 ad ebrietatem bibat: brachium eius duabus ligaturis cingatur. ⁊ insuper vigiles qui custodiant ipsum adhibeantur. plerumq3 enim sanguis talium adeo decurrit vt quidam moriant̃ ⁊ quidam morti ꝓximi efficiant̃. Cũ igitur hoc acciderit ⁊ sanguinis vndecunq3 multitudo fluxerit donec virtutis sequatur debilitas: aq̃ carnis ⁊ vinũ subtile forte ac bene redolens infirmo subito tribuat̃ res quoq3 bene redolentes ei adhibeantur.

De Obseruantia quoq3 consuetudinis. C. XIIII.

Idem in quarta parte. Consuetudines oportet obseruare. ⁊ s̃m earũ regulam incedere. nisi pessime sint. ⁊ tũc paulatim ⁊ ordinabiliter ab eis recedendũ est. Quapropter q̃sq3 cauere debet. ne vniuscuiuslibet rei sibi cõsuetudinẽ faciat: quã eũ obseruare oporteat ⁊ ex cuius cõstrictione nocumentũ sustineat. Nam si quis vno cibo vel potu semp̱ vtat̃ vel semp̱ abstineat aut dormire vel mouere vel coire vel egerere cõsuescat. ⁊ ex horũ aliquo grauiter constringat̃ maximũ ex eius abstinentia nocumentũ patiet̃. Ideoq3 corpus suum sic quisq3 disponat. vt caloris ac frigoris patiens esse valeat. ⁊ ad motiones ac nutrientia sibi necessaria aptũ reddat. Somniq3 ⁊ vigiliarũ horas ⁊ mansiones ac domos sine lesiõe mutare possit. fortassis enim hoc agere necessitate coget̃. Const. in practica. Oportet etiã magnũ ingeniũ poni ad custodiendã sanitatẽ cum consuetudine: q2 ↄsuetudo inueterata sit quasi naturalis. Vnde hipocras Consuetudo inquit secunda est a natura. sed humana cõsuetudo in multis rebus est diuerso modo. sicut in venis percussione exercitijs balneis cibis ⁊ potibus vigilijs coitu minutione ⁊ ceteris. Quicquid vero horum diu fuerit assuefactũ. erit quasi naturale ꝑ inde difficillime mutatur.

De Seruanda cõsuetudine in dietis ⁊ purgatõib⁹. C. XV.

Tempus diete multiplex est. Sũt. n. q̃dã soliti mane comedẽ. alij meridie ⁊ nõnulli vespe. Quor̃ q̃cũq3 suã mutat ↄsuetudinẽ. vt vel posterius comedat: sit ei ↄ̃riũ. Si. n. prius mãducauerit cibus stomachũ ꝑgrauat ⁊ totũ corp⁹. Si v̾o postea. i. vespe. neq3 sua fuerit ↄsuetudo. icidit in angustiã inflationẽ rugitũ extremiã ⁊ nõnũq̃ solutionẽ. Si v̾o tardauerint ꝓpriũq3 t̃ps trãsierit. patiunt̃ defectionẽ. i. punctionẽ in ore stomachi. amaritudinẽ in ore. Qui aũt sic tum tardauerint prãdiũ ne cenẽt nisi subtilẽ cibũ: q2 stomachi eorũ sũt defecti ꝓpter colerã q̃ ad eos defluit. Ideoq3 paucũ ⁊ humidũ cibũ sumãt sic lagane. ⁊ ius galline aliaq3 iura ⁊ oua mollia. modicũ puri vini potẽt vt stomach⁹ ↄfortet̃. Qui aũt in die sel' soliti sũt comedere. si bis aliq̃si mãducauerit dormiãt vt calore inter⁹ coadunato supflu⁹ digerat̃ cib⁹. multũ ⁊ suauiter ambulẽt modicũ vini aliquãtulũ ↄmixti bibãt. In alio die minus q̃ soliti sunt mãducent Melior est etiã cena q̃3 prãdiũ: q2 post cenã q̃escũt ⁊ dormiũt: calorq3 nãlis ĩtrinsec⁹ coadunat̃ ⁊ cibũ digerit. Cena tñ vnũ h3 vitiũ cũ fumo. n. cibi debilib⁹ nocet oculis ⁊ capiti. Cõsuetudo purgãdi corpus diuersa est. sũt. n. q̃dã sepe multa quãtitate purgatiõis vtentes cũ flebotomia ⁊ scalpellis. q̃ si t̃pus solite purgatiõis trãsierint grauitatẽ corpis cito patiunt̃ ⁊ febrẽ. Q3 si morbũ sanguini p̃tinentẽ patiant̃: medic⁹ certissime debet sanguinẽ minuere ꝓculdubio s̃m posse nature. Silr̃ quib⁹ sanguis solite de naribus vel emoroidis fluxerit: necessitas expedit vt sanguis minuat̃. Sũt ⁊ alij ĩ vno quoq3 anno sanguinẽ minuentes: alij v̾o nunq̃3. Q3 si ꝓpter aliquã necessitatẽ flebothomati fuerint: cito debilitant̃. Ideoq3 si ĩfirmẽtur: necesse est sanguinẽ minui. s3 modicũ currere sinãt: q2 flebothomia ↄplexionẽ corrũpit. Epaticũ generat. hidropisim cardiacaz. stomachi defectionẽ: palisim. epylenciã ⁊ tisia. maxime seniorib⁹ ⁊ frigidã naturã habẽtib⁹. Porro nõ oportet flebothomiã negligi nec negligentia fiat ↄsueta: q2 pessimas generat febres sanguinolentas sicut sinochã. pleure. quoq3 flegmões. sq̃nantiã. sanguinis fluxum maxime iuuenib⁹ ⁊ calidis ⁊ humidis natura. Oportet ig̊ nõ negligi flebothomiã vt alleuient̃ vene ⁊ arterie p̃cipue in vere vt securi sint a venturis morbis. Siliter q̃b⁹ fuerit cõsuetudo sanguinem per emoroidas fluendi. ⁊ strictus est: malas generat infirmitates.

De Proprio regimine corpor̃ tempator̃. C. XVI.

Hali vbi supra. Hec de cõmuni regimine corporuz ad sanitatis custodiã dicta sunt. Regimẽ autẽ ꝓpriũ corpor̃ est s̃m vniuscuiusq3 naturalez complexionem. Igit̃ a regimine t̃pator̃ corporũ incipiendum est. horum sanitatis custodia est earũ reruz que habitudini illor̃ conueniunt contemperantia. s. aeris. exercitij. balnei. cibi somni mundationesq3 corporis vt sit horum vsus iuxta qd̃ opus est in quan

titate ⁊ qualitate ⁊ ordine ⁊ tempore. Oportet ergo vt sit aer tem-
peratꝰ in calore ⁊ frigore: qlis ē in vere. sitq; clarus ac subtilis hau-
stu ⁊ respiratiōe delectabilis. Et siqdē calidus ē: tēpet refrigerādo
⁊ loca fri. inhabitādo. si vō calidus ecōtrario. Exercitiū aūt firmior
ē colūna custodie sanitatꝫ cū sit eoꝝ q̄ supflua sūt dissolutiuū ⁊ dige-
stiōes adiuuat s; fiat post ciboꝝ hesternoꝝ pfectā i stomacho ⁊ epa
te venisq; digestiōez: qn̄ iā apparet in vrina coloratio pua: corpusq;
minutū ē ab egestiōe ⁊ vrina ac mediocriter fricatū p oīa mēbra. iā
de hinc vtaṫ exercitio tēpato: vt a mēbris crapula soluaṫ: ⁊ calor na
turalis cōfortet. ⁊ ne fatiget aliq̄ mēbra sine alijs: s; tale sit exercitiū
qđ cōmoueat oīa mēbra: ⁊ h̄ fiat donec corpꝰ aliqntulū itumescat:
⁊ nō obtundaṫ neq; pinguescat: deinde vō q̄escat. Post h̄ aūt vtaṫ
fricatiōe suaui ⁊ tēpata: aut euacuēt crapule q̄ ab exercitio supsūt
int carnē ⁊ cutē. Deinde in aq̄ tpata balneet: vt corpꝰ a puluere vel
sudore lauet. nec h̄ diu fiat: ne forte calefiat. Egressus aūt q̄escat an
teq; comedat: ne calor assumptꝰ a balneo cibū in stomacho plꝰ iu-
sto calefaciat: ⁊ ab eo vapor malus ad caput ascēdat. Cibi vō sumē
di sūt in calido ⁊ frigido subtili ⁊ crosso tpati. vt est panis ex farina
mūda bone fermētatiōis. ac pfecte decoctiōis. Carnes ouiū ⁊ hedo
rū vituloꝝ gallinaꝝ. ⁊ hmōi. Q; si nō itercidāt tēpati: calidi ⁊ fri. hu
midiq; ⁊ sicci cōferāt: vt eoꝝ cōplexio tēperet. Oīs quoq; cibꝰ quo
delectaṫ aliq̄s cōferētior ac nutribilior ē ei: maxieq; tpate cōplexio
nis homini: qn̄ ex maiori pte iclinaṫ: ad ea q̄ sūt vtiliora sibi. Uinū
aūt bibat coloris subrufi vel rosei odoris iocūdi cū mēsura ⁊ tēpe
ratiōe eq̄li. Somno aūt vtaṫ cū ad eū nā īpellit ⁊ finiat. cū satiatus
eo fuerit: a multo coitu se custodiat. Oīa quoq; accidētia caueat p̄-
ter gaudiū ⁊ letitiā: q̄ huic cōplexiōi ɔsonāt cōfortātes calorē natu
ralē. oportet tn̄ cū diuturno gaudio quādoq; miscere discretionē.

De Regimine corpoꝝ extra tēperātiā positoꝝ. C. XVII.

Corpora vō extra tēperātiā sūt illa q̄ a statu sa-
nitatis in latꝰ diuertūt: hoꝝ alia sunt
extra tēperātiā nālit. alia vō ppter causas nō nāles: ⁊ h̄
pria iā ad īfirmitates cōsistūt. Extra tpantiā nā q̄dā sūt
in cōplexiōe. q̄dā in figura. Quedā vō extra tpantiā in cōplexiōe sūt
aut in eis ē cōplexio mala fm̄ vnū modū in oībꝰ mēbris aut varia
in diuersis. hoꝝ aūt corpoꝝ custodia sanitatis fit tribus modis: vna
ē custodia cōplexiōis in suo statu. p ea q̄ sibi sūt similia: ⁊ h̄ qn̄ mul
tū distat a tpantia. Scđa ē traductio cōplexiōis ad tpantiā ex rebꝰ
cōtrarijs. has q̄dē duas facere possunt q̄ sine solicitudine ⁊ occupa
tiōe sunt. Tertia vō est illoꝝ qbꝰ solicitudines instāt: ita vt eos ab
vsu duaꝝ p̄dictaꝝ īpediāt. Cōstā. in practica. Calidos itaq; talit̄
regamus: mānonē eis faciamus vbi aer sit frigidus ⁊ clarus natura
liter vel artificialiter: maxime si estas est. Caueāt solē vigilias labo
rē ⁊ requiē; assuescant. balneent in aqua sapida ⁊ frigida in estate
maxime iuuenes ne defectionē habeāt: deinde comedāt pisces car-
nē hedulinā gallinaciā cū aceto coctā. aut cū lactuca seu portulaca
vel cucurbita. De fructibꝰ vuas psica pruna cerasa mala pira ⁊ simi
lia. Uinū albū potēt ⁊ subtile. caueāt rubeū ⁊ citrinū nullū eni vinū
eis vtile ē nisi albū ⁊ subtile. Corpora vō frigida ⁊ humiditate ⁊ sic
citate equalia mutanda sunt ad tēperamētū cū calefactionibꝰ ⁊ exer
citio: eant semp per calida loca ⁊ fortia operent exercitia: balneent
in aqua calida in qua cocta sint sansucus mellilotū ⁊ morent ibi:
manducēt pecorinā ⁊ caprinā carnē cū cimino carui aneto pipe ⁊ al
lijs ⁊ cepis cōditā. De herbis erucā apiū mētā radices mer; vinū ru
beū ⁊ citrinū bibāt: aqua quā potent cū mastice coquaṫ: caueāt co-
itū quātomagis possunt. Humida corpora cū multis. ⁊ fortibus
exercitijs mutentur: in locis calidis morentur laboribus assuefacis
ant maxime ieiunij; ⁊ balneis salsarum aquarū vel aluminosarum
vel sulphurearū. Deinde cum tostoleon vngantur aut anatileon. in
calida arena operentur. siluestres carnes comedant precipue siccas
⁊ salsas. vtantur aceto absomagaro ⁊ similibus vinū forte ⁊ meruz
bibant. Sicca vero corpora cum humidis mutentur: in aquosis
habitent: ⁊ quiescant ab omni labore semper se in aqua calida bal-
neent: ⁊ vngantur oleo violaceo ⁊ amigdalino: multum tamen non
maneant in balneo. Comedant agnos lactātes ⁊ suillos pisces oēs
hūidos. fructꝰ de herbis cucurbitas portulacas ⁊ silia. Q; si h̄ cō-
plexio ad vltimas siccitates deuenerit regamꝰ eos sic ethicos ⁊ cō-
sumptos. Si aūt cōplexio fuerit cōposita sit regimē eis cōpositū.

De Malis habitudinibꝰ corpoꝝ imutādis. C. XVIII.

Hali vbi supra. Naturalis quidē cōplexionis habi-
tudines sequunt habitudines corporum. siue
qualitates aut figure que sunt sex. s. pinguedo, macies:
⁊ temperata spissaq; ⁊ varia ⁊ inter has media. Con-
stan. in practica. Variā autem sex figurarū: quia due prime pessime
sunt. oportet vt macilentam incrassemus. ⁊ crassam extenuemus.
Macri sūt incrassandi cū mlta reqe ⁊ puis exercitijs ⁊ fricatiōibus
vtant quoad calor nālis suscitet. deinde vngant cū humidis ole-
is leticia vtant: vestimēta eoꝝ sint lenia ⁊ mollia. humida sumāt ci
baria sicut est caro agnina. pecoria edulina galline anates anseres lac
ris pisces recētes: comedāt bis aut ter i die: post cibū bis vł ter bal
neent: ⁊ oleo violato vngant. Et si sint calidi nālit accipiāt tipsa-
nā ⁊ micā panis ⁊ cucurbitā ⁊ oīa iussellata ⁊ cū amigdaleon cōdi
ta. Crassi aūt extenuādi sūt nimijs exercitijs ⁊ laboribꝰ añ cibū puo
catis ieiunijs assuefaciēdi balneent in aq̄ salsa in nitrea sulphurea
Sed postq; balneū igrediant fricent: ⁊ cū anetileon ⁊ costoleō vn
gant. deīde lauent ⁊ in balneo morent. Exeūtes balneū comedant
pauca cibaria multā q̄litatē ⁊ q̄ntitatē ⁊ modicū nutrimēti hñtia:
sicut panē furfureū lachanā spinachiā crisolocānā assuescant calidis
⁊ siccis salsis ⁊ stipticꝫ ⁊ pinguedinē hñtibꝰ. Sūt. n. eis vtilia qr de
eoꝝ quantitate corpa parū replent vigilijs vtant in asperis locꝫ nu
disq; dormiāt. aspis vtant vestimētis: assuescant tristitie cogitatio
nis. ⁊ sepe bibāt farmaciam crossum flegma purgantem.

De Regimine male complexionis que varia est in membris ⁊ primo cerebri. C. XIX.

Hali vbi supra. Dicto de regimie male cōplexionis
nālis in toto corpe: restat dicere đ regimie cor
poꝝ malā ɔplexiōez hñtiū in mēbris variā. Cuiꝰ itaq;
corpꝰ vel mēbꝝ aptatū est alicuiꝰ morbi susceptiōi: ne-
cesse ē q illud regaṫ regimie morbū hmōi, phibēte. vbi grā. Cuius
epatꝫ vene nāliter stricte sūt epati eiꝰ accidit opilatio ⁊ a pane mun-
do ⁊ a carnibꝰ ēt leuibꝰ multo magꝫ ab alijs: ideoq; oȝ illū regi his
q̄ opilationē aperiunt. Sic ⁊ corpa debilia ad ethicā vel ptisim pa-
ta oȝ humectātibꝰ regi. Igiṫ a capite mēbrisq; sequētibꝰ psequa-
mur. Capitis ɔplexio qm̄ nā frigida est: ita vt inde cū generent in
eo crapule mlte: lesio eiꝰ oīa mēbra corpis grauet. Itaq; qn̄ cerebri
cōplexio mala ē. oȝ eā sedare ɔ̄rioꝝ vsu. vt si calida est: dieta refrige
ranti tā in cibis q̄ȝ in medicinis regēda est. Qn̄ vō malū eius frigi-
dū est. ecōtrario. Si aūt in arterijs capitꝫ opilatio est ⁊ īde fiat ce-
phalea. sanguis minuēdꝰ est a venis duabꝰ q̄ sūt in temporibꝰ. Acci
dit aūt hmōi cephalea plurimū ex cā humoris calidi defluētis ad
os stomachi cū sit neruꝰ q̄ venit ad illū a cerebro fortis sensu. Igiṫ
eo regimie vti oȝ qđ ɔ̄ fluxū coleraꝝ ad stomachū pdest: sicut dicet i
ferꝰ cū ad regimē stomachi venerimꝰ. Nūc aūt dicemꝰ ea q̄ neces-
saria sūt in custodia sanitatꝫ mēbroꝝ q̄ sequunt cerebꝝ. int q̄ sūt ocu
li ⁊ aures q̄ cū sint vtiles maxie celerisq; sensus: pp bōitatē sensus
eoꝝ ⁊ subtilitatē accelerāt ad ea lāguores nimis ex causis nocen-
tibus.

De Regimine oculoꝝ ⁊ auriū. C. XX.

TBit oculoꝝ ⁊ auriū cōe regimē ē arcere fluxū ma-
teriem a cerebro ad illa: vt. s. purget id qđ ab
eo fluit p nares, puocādo sternutatiōes: ⁊ vtaṫ hō apiē-
tibꝰ opilationes. A gutture quoq; vtendo gargarismo
cū squinguibin ⁊ aq̄ decoctiōis piretri vel si corpꝰ imūdū est vtaṫ
ad emūdationē totius corpis laxatiuo. Accidit aūt visui subtilitas
ex acuto morbo q̄ factꝰ est capiti: aut cā mltū spuēdi sanguinē: aut
cā vomitꝰ: aut clamoris magni. Collirizatio vō pinguedinis aspi-
dis ⁊ comestio carnū eiꝰ ɔfortat visū; lectionē quoq; libroꝝ si au
geas adiciṫ visui vtus. Razi in q̄rta pte. Ad ɔseruationē sanitatꝫ
oculoꝝ cauē oȝ a sole estiuo ⁊ puluere ⁊ fumo: ⁊ a coloribꝰ albis vł
rebꝰ radiosis freq̄nt vel sp intuēdis: ⁊ a litteris vel scripturis sub-
tilibꝰ aspiciēdis: ⁊ ne rem vnā hō sp tanq; pauefactꝰ aspiciat: a mł-
to p̄terea fletu ⁊ a freq̄nti coitu: ⁊ ne diu moreṫ in loco vbi vētꝰ fri
gidꝰ pflat. A nutriētibꝰ quoq; valde siccꝫ: vtsūt lenticule ⁊ res salse.
visum etiā īpediunt frequēs ebrietas ⁊ vinū ⁊ nutrimēta crossiciē
hñtia. Acuta quoq; vt sinapis eruca cepe ⁊ allia nec nō ⁊ ea q̄ capi-
ti nocēt ⁊ dolorē adducūt: vt dactili porri mādragora caules quo-
q; ⁊ lēticle somnꝰ mltꝰ ⁊ vigilie mlte. Porro iuuamē visui tribuūt
colliria lachrymas expellētia. ⁊ ne mali huores ad oclos descēdāt
phibētia. Itē aquā itrare clarā ac p magnū spaciū oclos in eā i latē
sos tenere. hoc. n. oclos in ea claros ac rigidos efficit: multotiēs ⁊
eos corroborari ɔtingit qn̄ lr̄as nō subtiliores aut picturas q̄s itē-
dere cepit. Qđ aūt oculi sanitatē ɔseruat ⁊ abstergit est tuchia cū;
succo maiorane ɔfecta. Est etiā de his q̄ oculos abstergūt vt recen
tis feniculi succꝰ in ocul ponaṫ vel maloꝝ granatoꝝ colliriū. Ha
li vbi supra. Auribꝰ vō c uēdū ē a vocibꝰ grauibꝰ. vt a tonitruis ⁊
acutꝫ ac tremētibꝰ: ⁊ ne q̄d i foramē cadat auditꝰ reptile. s. aut aliq̄d
aliud. vidi. n. in cuiꝰ aurē racine granū ceciderat ⁊ grauatꝰ ē auditꝰ
nec egressū ē aliquo medicamie. Illđ etiā caueaṫ ne reptiliū aliqđ
ingrediaṫ. Qđ si sentiatur in aure dolor ⁊ morsus: insufflaṫ ei aliq̄d

ole. ro. [illegible] vel lacte [illegible]. Razi vbi. s. Ad ꝯseruationē audi tus sūmope insistēdū est vt auriū sordes mūdificent̄ ⁊ ne aq̄ in aures ītret. ne pustula in eis acuta nascat̄: a fastidio quoqꝫ valde custodiri debēt. ⁊ ne stomacho pleno dormiāt. Porro q̄libet hebdomada paꝝ olei amigdalaꝝ amaraꝝ aurībꝰ iniciēdū ē. Qꝫ aūt aures ne doleāt custodit est frigido vento tp̄e longo nō apponi.

De Regimine dentiū. C. XXI.

Ad cōseruationē aūt dētiū sūmope cauēdū ē ne res dure cū eis frangant̄. aut res viscose sepe ⁊ diu masticent̄ vt sᷓ dactyli mel coctū ⁊ filia. a multo quoqꝫ vomitu cauēdū ē. ⁊ a rebꝰ dētes stupidos faciētibꝰ eosqꝫ cōgelātibꝰ. sicut ē nix ⁊ eiꝰ aq̄. pp̄rieqꝫ post cibū calidū ab eis cōuenit abstinere: p̄terea si in dētibꝰ aliq̄ ps cibi p̄cipueqꝫ de lacte remāserit: abluāt̄ ⁊ cōfricēt̄. Hali vbi. s. Dētibꝰ cauēdū ē ne supueniāt eis egritudines. a putrefactiōe quoqꝫ minuēdo dulcia apponere vt sᷓ dactili ⁊ natisen ⁊ potꝰ aque frigide statim post illa. caueat quoqꝫ lac. ⁊ pūgētia ⁊ assiduitatē vomitꝰ ⁊ lauationē post vomitū faciat cū vino ⁊ sq̄ngibin. Aliter ꝗ post comestionē lactis. Caueat etiā stuporē gingiuaꝝ. ⁊ vitet ea q̄ plena sūt acerbitatis. fugiat quoqꝫ putrefactiōis aduētū curatōe tpata cū his q̄ eā elimināt. vt ē ordei farina cōbusti punicis quoqꝫ cōbusti ⁊ fracturꝭ raticon ⁊ q̄ ꝯfortāt gingiuas ⁊ dentes ⁊ anhelitū cōdiūt oportet tn̄ nō multiplicari curationis vsum. vlcerat enī gingiuas ⁊ corrumpit eas ac minuit. titillationē quoqꝫ dentibus inducit eos cōcutit.

De Regimine pectoris ⁊ stomachi cordisqꝫ ⁊ epatis ac renū. C. XXII.

Quum aūt a capite descenderint ad pectus materie multe. oportet assuescere semē papauerꝭ pari cū medicaminibꝰ ⁊ dyacodion q̄ fiūt catarris. Cū aūt ad stomachū a cerebro descēdūt sup̄flua colerica. ⁊ complexio stomachi calida ē nā. Oportet hūc fluxū arcere. dādūqꝫ ē ei parū cibi ante fluxū. nec famē sustineat. q̄r copiā cōtrahit colē. fitqꝫ qđ dabit̄ ei refrigerās esca: vt carnes auiū parate cū succo maloꝝ gra. oꝫ etiā euacuare colerā ad stomachum fluētē vomitu ⁊ laxatiuo educēte colerā rubeā vt ē absinthij decoctio vel mirobolanoꝝ citrinoꝝ ⁊c̄. Hieme tn̄ oꝫ regimini calefaciētia q̄dā addi. Cū autē descēderit hūoꝛ flegmaticus: fueritqꝫ stomachꝰ frigidꝰ oꝫ ī hmōi vti regimine calefaciēti. cui vō fuerit in ꝯsuetudine p̄cussio cordis. hūc oꝫ assuescere flebotomū: vsuꝫ quoqꝫ succoꝝ fructuū vt granatoꝝ ⁊ pomoꝝ ⁊ coctanoꝝ ⁊c̄. Cuiꝰ vō cor debile ē ac frigidū: assuescat ille sirupo pomoꝝ ⁊c̄. ⁊ p̄hibeas illū semel sumere multū cibuꝫ ⁊ aque frigidissime potū. Caueat etiā oīa q̄ timet ⁊ ī q̄bꝰ tristat̄ ītueri. Qui enī ē hmōi habitudīs nōnūq̄ repēte morit̄ his de causis. Qui vō ī epate hꝫ opilationē: ⁊ ī eo sentit extēsionē aliquotiēs ⁊ grauitatē Oportet. n. his vti q̄ aperiunt opilatōēs. p̄dest etiā ī hac pte diminutio prādij ⁊ eiꝰ subtilitas: p̄hibitioqꝫ a cibis crossis ⁊ a potu dulciū ⁊ crossoꝝ. Cuiꝰ vō stomachus ⁊ epar nā parui sᷓ. nō oꝫ ei semel dare cibū. sꝫ bis aut ter: vt descēdāt prius nec sit ī stomacho multꝰ: sitqꝫ tpatus ⁊ cite digestiōis. Sꝫ ⁊ si cuius renes generant lapides. ⁊ corpus eiꝰ sit gracile. vti oꝫ regimine medio inter crossum ⁊ subtile. vt est ordeum cum cortice: pisces lapidosi. galline pulli: lac etiaꝫ asine prodest ei.

De Regimine mēbroꝝ genitaliū. C. XXIII.

Quius aūt testiculi calide cōplexiōis sᷓ multū spma generātes in tm̄ vt sepiꝰ coitū req̄runt euacuatoqꝫ spmate mēbra quoqꝫ eneruāt̄. ⁊ stomachꝰ ībecillis fit. animi quoqꝫ defectio accidat: hūc oꝫ arceri coitu. ⁊ caue cibos spma generātes. vtiqꝫ regimine appetitū coitus minuēte. exercitij quoqꝫ fortis assiduitate: quo moueāt̄ plus ceteris supiora mēbra corpis. vt ē ludus pile subleuatio vł iactꝰ lapidis vtat̄ etiā aque frigide balneo. lūbosqꝫ suos liniat oleo ro. ⁊ nenufa. coctanoꝝ. Dorso quoqꝫ suo īponat opiū distēpatū cū aq̄ lactucarū atqꝫ rosaꝝ. Comedat aūt se bedenegh. eiqꝫ p̄pinet̄ q̄s fere semē lactucaꝝ ⁊ portulace eq̄s ptibꝰ datus. Razi in. v. pte. De his quoqꝫ q̄ spma ⁊ erectionē virge minuūt sᷓ acetosa ⁊ stiptica in cibo sūpta vt acetū ⁊ vue acerue succus ⁊ ribes. ⁊ his silia. Erectionem quoqꝫ minuūt ea q̄ vētositatis dissolutiua sᷓ. vt agnus castus: ruta: mētastrū: ciminū ⁊ ameos. Hali vbi supra. Mulieres quoqꝫ q̄ꝝ matrices pue sᷓ: oportet arceri a coitu ne forte ꝯcipiāt. Si. n. in tali matrice generet̄ fetus. non est ei sufficiens in ea locus. Si autē tn̄ extēdit̄ matrix vt vene ⁊ arterie opprimant̄. vnde ⁊ aer ingrediēs anhelitu peruenire ad membra prohibetur. sicqꝫ mulier moritur. vel accidit ei dolor ⁊ difficultas tēpore partus peritqꝫ fetus eo q̄ exire non potest angustia matricis artatus.

De Regimine neruoꝝ ac iuncturaꝝ. C. XXIIII.

Porro cuiꝰ nerui sᷓ ībecilles: regēdi sᷓ calidis ⁊ siccātibꝰ: ⁊ a vino p̄hibēdi ⁊ a copia coitus acerbisqꝫ: magꝭ aūt pomis ⁊ lacte acer. ⁊ abūdātia balneādi. ⁊ statiōe in locꝭ fri. hec. n. oīa mala sᷓ ⁊ eneruationē fouēt. hāc dolor iūcturarū frequētat. Nā ⁊ hec passio plus ē ex debilitate nāli iuncturaꝝ: ⁊ ex repletiōe humoꝝ ad illas festinātiū. Repletio q̄dē fit ex vsu multoꝝ ciboꝝ ac potuū: ⁊ maxie a crossis cibis cū req̄e balneiqꝫ demissiōe ⁊ frequēti coitu post cibū. Qui igit̄ hmōi assuetꝰ ē passiōi: oꝫ h̄ oīa cauere: ⁊ in cibis laudabilium chimoꝝ facilisqꝫ digestiōis ꝯtinēs eē: vtat̄ an̄ prādiū fricatione ⁊ exercitio mediocri. ⁊ balneo cauēs ab eis post. Tps aūt quo solet ei passio fieri: p̄ueniat euacuatōe hūoris a quo fit. vt sanguis minutiōe si ē passio sanguinea: decoctiōe fructuū si colerica. Pillꝭ hermodactili ⁊ tapsie si flegmatica. Decoctiōe epytimi si melancolica. Qđ cū fecerit vtat̄ etiā emplastris ⁊ cataplasatibꝰ q̄ mēbꝝ ꝯfortant vt p̄hibeat̄ suscipe materias ad ipsuꝫ defluētes ⁊ eas a se repellat. Sic etiā in oībꝰ mēbris ībecillibꝰ oꝫ fieri: q̄ mās īfluētes suscipiūt Nos q̄dē egressi sumꝰ in h̄ caplō a terminis molestiarū naturaliū ad eas q̄ sunt extra naturā: vt sermo noster in custodia sanitatꝭ eēt plenius. De hoc. n. passionis regimine dicendū est: cum alioꝝ membrorū curatiōe: nūc aūt ad debiliū corporū regimen transeamus.

De Regimine corporum debilium ⁊ primo mulierum pregnantium. C. XXV.

Infantiū q̄dē ⁊ seniū ⁊ ab īfirmitate cōualescētiū corpa: nccē ē hr̄e r̄gimē p̄priū q̄r debil̄ ē v̄tus eoꝝ. Infantiū q̄dē ⁊ seniū: q̄r calor eorū nālis debilis ē. Cōualescētiū aūt q̄r sanguis eoꝝ paucꝰ ē. Itaqꝫ regimē īfantiū īcipiemꝰ a regimine mulieꝝ p̄gnātiū. Dicimus ḡ q̄ cū mēstrua mlīeri p̄gnāti recludunt̄: accidit ei mltoꝝ appetitꝰ īcertꝰ ac subuersio sputaqꝫ ⁊ vomitꝰ. dolor etiā in ore stomachi: ⁊ paucitas appetitꝰ: det̄ ḡ ei syrupꝰ xylo aloe. lābat quoqꝫ exylo aloe recētē ⁊ masticē odoret. aliaqꝫ iocūde r̄dolētia pullos ⁊ hedos comedat ⁊ malogranata cytōia pira: nec tn̄ multū comedat: sꝫ ter ī die paulatim reficiat̄. ne stomachꝰ eiꝰ grauet̄. Qꝫ si p̄pt̄ aliquam passionē īdiguerit sanguinē minui: vł chatartico purgari: nō oꝫ h̄ in p̄mordijs accelerari donec q̄ttuor mēsiū sit p̄gnās: ⁊ tūc faciēdū est h̄. v. mēse vel. vj. vel. vij. Cauēdūqꝫ est h̄ idē. viij. vł. ix. In p̄mis nanqꝫ q̄ttuor mēsibꝰ est in ea fetꝰ debil̄: ⁊ opꝰ est ei cibo. minuit aūt cibū minutio: vn̄ morit̄ fetꝰ. Octauo quoqꝫ ⁊. ix. iā augmētatꝰ fetꝰ eget maiori cibo. in q̄bꝰ si mulier euacuet̄ cibꝰ minuit̄ ⁊ fetꝰ morit̄ Razi in q̄rta pte. Mulier p̄gnās ab oībus nutriētibꝰ in q̄bꝰ amaritudo ⁊ acuitas est abstinere oꝫ. vt sᷓ capares lupini oliue īmature ⁊ silia. Oīa quoqꝫ vitare oꝫ q̄ vrinā ⁊ mēstruū p̄uocāt: vt sᷓ cicer ⁊ phaseoli p̄cipueqꝫ ruta. a saltu etiā ⁊ p̄cussiōe ⁊ casu oꝫ custodiri. p̄cipueqꝫ īpregnatiōis initio ⁊ in fine. ⁊ ab oī solicitudine remoueri q̄ sepe aborsus cā existit. Nutriri vō oꝫ cū subtilibꝰ humoꝝ bonoꝝ generatiuis. ac nausie rep̄ssiuis ⁊ os stomachi corroborātibꝰ. vt est caro gallie p̄dicis ⁊ hedi. De vino quoqꝫ boni odoris bibē modicū qđ tpate sit aq̄tū. Ieiuna vō bibat rob fructuū acetosoꝝ ac stipticorū. cū q̄bꝰ parū de trocisco xyloaloe accipiat: vt abominatio ⁊ nausia in ea reprimant̄. Exercitio quoqꝫ tpato vtat̄ ⁊ sibi caueat ne longam in sole vł in balneo morā faciat. Cātilenas aūt habeat ⁊ ea q̄ delectationē afferūt. res etiā odoriferas circa caput ⁊ faciē. nec nō ⁊ somnū augeat nec impleat̄ cibo semel. sed multis vicibus in die comedat. a malis aūt nutrientibꝰ sibi caueat ⁊ ne multa cibaria diuersaqꝫ in stomacho misceat. Qꝫ si multū in ea destruat̄ appetitus de rebꝰ acutis parū est ei tribuendū: vt sᷓ cepe ⁊ sinapis ⁊ silia que disgregando ꝯmouent appetitū. Masticē etiā ⁊ olibanū cōuenit masticare citonia ⁊ granata malaqꝫ maciana comedere. Si vero ipsam infirmari contigerit: oportet vt siue minutione siue ventris solutione medicet̄: sed cū maximo timore multaqꝫ diligentia fiat ad hoc vt fetus remaneat partusqꝫ facilis efficiatur.

De Regimine parientis. C. XXVI.

Quum aūt hora partꝰ appropinquerit: pluriēs ī balneo mitti oꝫ ⁊ in tina quotidie sedere: vētrē ⁊ costas cū oleo sysamino inungē. nutriētia quoqꝫ bonū hn̄tia saporē ac leniētia sumē. Cūqꝫ prius aduenerit hora: coste mulieris ⁊ inferiores ptes inungi debent cū oleo de alcheiri ⁊ oleo sambacino calefactis: ipsisqꝫ paulatim insedere: que postq̄ parū ambulauerit sedeat ⁊ pedes eq̄lr̄ tendat. deinde vero super vtrosqꝫ se subleuet. ⁊ si dolor partus fortis fuerit nares ⁊ os apprehendēdo se p̄mat. Obstetrix quoqꝫ costas eiꝰ extēdat ⁊ humeros. iliaqꝫ inferius premat: ⁊ si diu taliter se habuerit insidat

beg vnctuosum de pullis factū in quo adeps galline pinguis ⁊ ana-
tis ponaṫ in potu sumat. viniqꝫ boni odoris bibat. Si vō in partu
secūdina remāserit: ꝓuocāda ē cū cōfidi sternutatio nares appꝛehē-
dēdo. Hali vbi supꝛa. Mulier adueniēte ꝑtu mō deambulet: mō
sedeat sup scamnū. Cūqꝫ dolor creuerit spm̄ suū arceat ⁊ includat
⁊ ad interiora īpellat. infantē vō susceptura post tergū eius sedeat:
manūqꝫ suā sup vētē eius ⁊ ilia ducat. Siue aūt difficillimꝰ fit par-
tus siue vetus in vtero mortuus siue post partū secundina remanse-
rit: vnicuiqꝫ proprio subueniendū est medicine remedio.

De Regimine infantis nascētis vel nati. C. XXVII.

Auicē. i. j. can. cū nascitꝰ pleriqꝫ sapiētes dixerūt vmbilicū ī pmis debere sup q̄ttuor digitꝫ
incidi: ⁊ cū lana mūda bene retorta ligari taliṫ ne doleat
Oleū quoqꝫ cū panno sup eū īponi: ⁊ vmbilico medica-
mē supponi. festināduū est etiā ad corpꝰ infantis salliēdū cū sale te-
nui vt eius cutis īdurescat: qm̄ ilico cū nasciṫ oīa q̄ tāgūt ipꝫ ei no-
ciua sunt siue calida siue frigida siue aspa ea sentiat ꝓpter cutis eiꝰ
subtiliationē atqꝫ calorē. deinde vō aqua tepida lauetur: eiusqꝫ na-
res assidue digitis quoꝝ vngues incisi sint purgenṫ: ⁊ in eiꝰ oculos
paꝝ olei ꝓijciaṫ. Cūqꝫ opꝰ erit vt fascieṫ: nutrix eius mēbra suauiṫ
tāgere dꝫ: ⁊ qd̄ dilatādū ē dilatare: qd̄ subtiliādū subtiliare: omne-
qꝫ mēbrū sm̄ figurā cōueniētiorē figurare: ⁊ h̄ totū cū extremitati-
bꝰ digitoꝝ subtili cōpressiōe. Qd̄ q̄dē multis vicibꝰ oportet facere
⁊ oculos eius suauiṫ ⁊ assidue tergere. vesicā etiā eius p̄mere vt fa-
cilis fiat exitꝰ vrine. deinde manꝰ illiꝰ extēdanṫ brachiaqꝫ eiꝰ ad ge-
nua ducanṫ: caput īstita ligeṫ: eiqꝫ pileus īponaṫ q̄ sup caput cōpri-
maṫ ⁊ cōstringaṫ. In domo tpati aeris ad dormiendū ponaṫ. cūqꝫ
dormierit toto corpe caput altius sit. obseruādūqꝫ ne colli vel dorsi
vel extremoꝝ eiꝰ aliq̄d torqueaṫ aq̄ suaui ⁊ eq̄li balneādꝰ ē. ⁊ h̄ pꝰ
lōgū eiꝰ somnū pleruqꝫ vō bis in die vniuersaliṫ ⁊ ordinate. nec la-
ueṫ nisi quousqꝫ corpꝰ eiꝰ calefiat ac rubere īcipiat. pꝰ h̄ extrahaṫ ⁊
aures eiꝰ ab īgressu aq̄ custodianṫ. In hora q̄dē ablutiōis eū acci-
piṫ manu dextra sup brachiū sinistrū assumaṫ. nec sup vētrē sꝫ su-
pra pectus suū appodieṫ. In p̄mis aūt iaceat sup vētrē suū. postea
sup dorsuꝫ ⁊ p̄ter h̄ īcessanṫ fricet atqꝫ p̄maṫ ⁊ figureṫ. due quoqꝫ
res ei iuuamē cōferūt ad h̄ vt eiꝰ cōplexio fortis fiat. s. motꝰ lentus
⁊ vox cātilene. cū q̄bꝰ dꝫ dormire. Ex quātitate nāqꝫ recipiendi hec
duo: patet quātū sit aptꝰ exercitio ⁊ musice. quoꝝ vnū ē corpis ⁊ al-
terꝝ aīe. Razi vbi. s. Post partū statī aures īfantꝫ p̄mēde sṫ. qd̄ eti-
am postea multotiēs ē faciēdū. Obseruādū quoqꝫ ne lac aures eiꝰ
īntret: cū lactaṫ. ⁊ vt palatū cū melle tangaṫ. Naresqꝫ cū aq̄ calida ⁊
vncto semp mūdificenṫ. ⁊ muscillagines emūgāṫ. īpe quoqꝫ prius
fricādꝰ ē ⁊ postea inūgēdꝰ. Mēbraqꝫ in vnaq̄qꝫ ꝑtē tēdēda sṫ. ⁊
fascia cingēda. Caput eiꝰ ⁊ nares ⁊ frons rectificāda. h̄. n. regimine
si custodiāṫ. egritudīes multas euadēt. Māmillas quoqꝫ taliṫ su-
gat: ne vēter eius tēdaṫ: ⁊ vt nō accidant ei dissolutio ⁊ pigritia so-
mniusqꝫ longus: nec de latē reuoluaṫ ad latꝰ: ⁊ nō ploret neqꝫ vo-
mat. Oculi eiꝰ ī p̄mis diebꝰ natiuitatꝫ opiēdi sṫ pāno: cauēdūqꝫ sū-
mopere ne stet ī loco luminoso. sꝫ vitra pāniqꝫ diuersoꝝ coloꝝ appē-
dāṫ corā eo: vtēdū ē ēt illi delectabilibꝰ cātilenis nō aspis vocibꝰ ne-
qꝫ rauc. Et postq̄ loquēdi tp̄s appꝛopinquerit nutrix frequēṫ eiꝰ li-
guā fricet. an̄ ipꝫ quoqꝫ frequēṫ loquēdū ē: ⁊ vba facilia leuiaqꝫ do-
cēdꝰ ē. Cū vō natiuitas dētiū appꝛopinquauerit gingiue quotidie
cū butyro ⁊ adipe galline sepe fricāde sunt ⁊ aqua ordei liniende.

De Regimine lactatiōis eius. C. XXVIII.

Auicen. vbi supꝛa. Infanti lac matꝫ ad sugēdū oīmode ꝓbeaṫ: ipꝫ. n. simile ē p̄teritoꝝ
nutriētiū q̄bꝰ in vētre alebaṫ. s. mēstruoꝝ. ipa nāqꝫ sṫ q̄
cōuertūṫ lac efficiūṫ: īpe quoqꝫ magꝫ illō recipit ⁊ magꝫ
ei cōuenit: intātū vt expimēto certificatū sit valde cōferre extremū
mammille matris in os infantis ponere. Cauendū est tn̄ ne sit eius
mater q̄ lactet eū p̄mo donecipsius. s. matris tpeṫ cōplexio. Et me-
lius q̄dē ē vt parū ei mellis tribuaṫ: ⁊ postea lacteṫ. Ex lacte quoqꝫ
quo puer sugere dꝫ: in mane bis aut ter emulgēdū ē. deinde māmil-
la ei tribuēda: p̄cipueqꝫ cū in lacte fuerit macula. Lac aūt acutū nō
ē īfanti ieiuno dādū. In p̄mis q̄dē nō multū lactādus est: eiqꝫ bis
aut ter in die sufficere debet: cūqꝫ post lactationeꝫ dormiturus est:
eius cuna nō est vehemēter voluēda: qꝛ lac in eius stomacho cōcu-
tereṫ: sꝫ suauiter mouēda fletusqꝫ paruus ante lactationē ei cōfert.
Hali vbi supꝛa. Infante nato natura sanguinē menstruū quo idē
vetus in vtero matris alebatur suscitat ad māmillas: fitqꝫ lac quo
nutriaṫ infans vt sit cibus eius cōsonans ac priori conueniens. hac
de causa lac genitricis nato cōuenientius est lactibus ceteraꝝ mu-
lierum: qꝛ propinquius est eius consuetudini.

De Eligenda nutrice ⁊ eius regimine. C. XXIX.

Auicenna vbi supꝛa. Qd̄ si res aliq̄ matꝫ lac infanti dare ꝓhibeat. vt debilitas
ipsiꝰ vel corruptio lactꝫ eiꝰ: vel qꝛ deliciosa est. eligēda ē
nutrix etatꝫ mediocris. s. inṫ. ānos. xxv. ⁊. xxx. qm̄ hec ē
etas iuuētutꝫ ⁊ sanitatis atqꝫ ꝯplemēti. In ea quoqꝫ ꝯsiderāda sṫ
figura corpis ⁊ mores ⁊ forma māmillarū ⁊ q̄litas lactꝫ ⁊ quātitas
tpis qd̄ fluxit ab hora sui partꝰ. s. vt sint duo mēses: vel ad minꝰ mē-
sis ⁊ dimidiꝰ. sitqꝫ ꝑtus eiꝰ masculꝰ ⁊ partꝰ sꝫ nāle tp̄s. ipsa vō nec
abortuꝫ fecerit nec facē ꝯsueuerit. vtaṫ aūt exercitio tpato. cibisqꝫ
boni chimi nutriaṫ. ⁊ oīno caueat a coitu: qꝛ sanguinē mēstruū per-
miscet ⁊ lactis odorē corrūpit: eiusqꝫ quātitatē minuit. fortassis au-
tē ⁊ īpregnabiṫ: ⁊ tūc qd̄ in sanguine subtile ē ad nutrimētū embri-
onis redibit. Ipsiꝰ etiā embriōis nutrimētū parū erit: eo q̄ aliꝰ la-
cte īdiget: ⁊ sic vtriqꝫ nocumētū fiet. Qꝫ si nutrici mala cōplexio vl̄
egritudo dolorosa vel mlta solutio ventrꝫ aut cōstrictio acciderit.
meliꝰ ē vt alia lactet īfantē donec illa saneṫ. Razi vbi supꝛa. Nu-
tricē dꝫ eē iuuenē. bn̄ coloratā. pinguedīe mediocrē: māmillas ma-
gnas ⁊ amplū pectꝰ hn̄tē: nō maculosaꝫ nec īfirmā nec ꝑui ꝓpin-
quā: nec multū ab eo remotā. Et h̄ q̄dē nec salsa comedat: nec acu-
ta nec acetosa: nec stiptica: nec vtaṫ porris nec cepis nec eruca. nec
allijs: a solicitudine quoqꝫ caueat. ⁊ mēstruoꝝ ꝓuocatiōe. Qꝫ si lac
eiꝰ minuaṫ: pultes ꝺ farina fabaꝝ aut risi aut panis de simila sicci ⁊
lacte ⁊ zuccaro facte ei tribuanṫ ad sorbēdū: q̄bꝰ ⁊ parū semis feni-
culi sit admixtū. si vō lac eiꝰ valde crossuꝫ fuerit nutrimētū subtiliā-
dū erit: ipaqꝫ paꝝ laborare cogēda. porro si multū subtile fuerit: nu-
triētia fortia ⁊ crossa cū augmēto ei danda sṫ: ⁊ somnus augmētā-
dus. Lac itaqꝫ qd̄ meliꝰ iudicaṫ est illud cuiꝰ vna gutta sup vnguē
distillata nec multū subtilis apparet ⁊ liq̄da: nec multū crossa ⁊ cō-
gelata: bonū hn̄s odorē: ꝑuāqꝫ dulcedinē. Salsum vō lac vel mali
odoris nullo mō ꝯueniēs est nutrimēto īfantis. Hali vbi supꝛa.
Nutrix a. xv. annis ad. xl. eligaṫ. q̄ a cibis pūgitiuis ⁊ fructibꝰ pon-
ticis ⁊ amarꝫ ⁊ acerbis valde ⁊ hm̄ōi q̄ lac corrūpūt ꝓhibeaṫ: a co-
itu quoqꝫ penitꝰ arceaṫ. h̄ est. n. maxīa cāꝝ lac corrūpētiū. ꝯmouet
eñi sanguinē menstruū ad egressuꝫ ⁊ lac a bonitate sua mutat. ⁊ si
forte ꝯcipit ampliꝰ est nocumētū īfanti: qꝛ sanguis bonꝰ ꝯuertiṫ ad
cibū fetꝰ: ⁊ remanet malꝰ. Cōsiderādū ē itaqꝫ lac ⁊ eligaṫ qd̄ ē me-
lius ac tpatius qꝛ cibo infantꝫ ē vtiliꝰ. Sic aūt ꝓbari pōt: paꝝ ex ip-
so in vase vitreo mulgeaṫ: ⁊ nocte sic dimittaṫ. Si q̄d ex eo liq̄duꝫ
ē ac tenue nō ampliꝰ est ꝯglutinatū: lac tenue ꝓbaṫ esse. si vero cō-
glutinatū amplius est: lac spissum ⁊ crossum est: itaqꝫ si crossuꝫ est
subtilieṫ cibus nutricis: vt tempereṫ. ⁊ siliṫer fiat de contrario.

De Ablactatione infantis. C. XXX.

Razi vbi supꝛa. Cumqꝫ tp̄s aduenerit quo īfans co-
medere īcipiat: ꝺ simila ⁊ lacte ⁊ zucaro fiat ei
cibꝰ qꝰ se ad aliq̄d traijciēdū disponat. Caro quoqꝫ q̄ ē
in pectore pulli tenerꝫ vel ꝑdicis ē ei tribuēda: q̄ postq̄
ei bn̄ sapuerit eāqꝫ appetē cepit: māmillaꝝ succio paulatī ē minuen-
da. In nocte quoqꝫ ea sugē nō ꝑmittaṫ. Et h̄ etiā obseruādū ē valde
ne in tpe calido a lacte remoueaṫ. Auicē. vbi supꝛa. Nāle ablactā-
di tp̄s est duoꝝ ānoꝝ. Qꝫ si īfans aliq̄ ꝺ lacte desiderauerit ordīate
est ei tribuēdū: nō aūt violenṫ: ꝓhibēdū postq̄ vō duales apparere
cepint dētes: ad nutrimētū ordiate mouēdꝰ erit qd̄ fortiꝰ sit. nō tn̄
res ad masticādū dura dāda ē ei. sꝫ p̄io q̄dē pāis quē masticauerit
ei nutrix deīde panis cū aq̄ to vino vl̄ cū lacte: post h̄ amouēdꝰ ē a la-
cte ad id qd̄ ē ex sorbēdi genē: carniūqꝫ leuiū cibo nutriēdꝰ ē. Qꝫ si
māmillas īꝓbe petierit: sꝑ eas volēs sugē mirra ⁊ mētastra more
emplastri sṫ epytimāde. Cū aūt incepit ambulaṙ: seqꝫ diuersis mo-
tibꝰ mouere: nō ē ꝑmittēdꝰ vl̄ exponēdꝰ ambulatiōi: donec ei desi-
deriū sm̄ nām fiat: ne cruribꝰ eiꝰ ac dorso nocumentū accidat. In
p̄mis aūt cū ambulat: ponaṫ ad sedēdū in corio leni ne tre aspitas
ipsum scalpaṫ. cultelli quoqꝫ fustes ⁊ hm̄ōi q̄ pūgūt vl̄ īcidūt ab eiꝰ
ꝯspectu remoueanṫ. Cauēdūqꝫ ne cadēs ab alto ledaṫ. Cū āt canī-
ni dētes appuerit: ab oī re q̄ dura ē ad masticādū abstinēdꝰ erit: ne
mā vn̄ canini creanṫ ꝑꝑ masticationē quā desiderat resoluaṫ. tādē
vō cū loq̄ cepit: fricandi sṫ eiꝰ dētes p̄cipueqꝫ eoꝝ radices. Hali
vbi. s. Tp̄s ablactatiōis duos ānos nō excedit. tūc īfantē dꝫ assue-
scere comestiōi: nō subito cibū eiꝰ augēdo: sꝫ pedetētim dādo ⁊ lac
paulatī minuēdo. Tpatꝫ tpibꝰ ablacteṫ. nec ambulare nō suo tpe ꝑ-
mittaṫ. i. ꝑus q̄ eiꝰ mēbra firmata sint. ⁊ solidata. Alioq̄n femoribꝰ
eiꝰ ⁊ cruribꝰ debilitates fiēt ⁊ curuatōēs: ne dꝫ īfantibꝰ ꝓpinari vi-
nū. Auget. n. hūiditatē corpis eoꝝ cū ipoꝝ nā sit hūida. Implet eti-
am eoꝝ capita vaporibꝰ malis eorumqꝫ mentes corrumpit.

De Regimine puerorum. C. XXXI

Avicen. in .j. cano. In regimine vero pueroꝝ ab
infantia emergit intẽtio tota fit in eius
mores moderando ac meliorando: ne. s. ira fortis aut ti
mor vehemẽs accidat ei neqꝫ tristitia vel vigilie. In hoc
eni due cõsistūt vtilitates: vna. s. in aīa eius: vt morū bonoꝝ habit⁹
a pueritia crescat ac fixus in eo ꝑmaneat. Altera vero in eius corpe
qꝛ sicut mali mores malitiā cõplexionis sequunť. Sic etiā ex illoꝝ
cõsuetudine cū accesserit: malitia cõplexiõis eos sequiť. Ira nanqꝫ
vehemẽter calefacit: ⁊ tristitia exiccat. pigritia virtutes aīales laxat
⁊ cõplexiões ad flegmatis proprietatē inclinat. Sanitas ğ corpis ⁊
aīe simul in tẽperātia moꝝ cõsistit. Cū aūt a somno puer excitatur:
balneādus est: ⁊ post h᷑ vna hora ludere dimittendus. deinde vero
ad comedēdū ei pbeať: ⁊ postea ꝓlixius ludere ꝑmittať: post h᷑ ite-
rū balneādus. deinde vero cibādus. Et quāto plus fieri pōt aquam
in cibū sumere nõ ꝑmittať: ne cib⁹ penetret crudus anteqꝫ digerať
Cū aūt. vj. annos habuerit magistro tradēdus ē q̄ eū doceat in quo
etiā gradatim est ordinādus: nec in scholis quotidie morari cogen
dus est. In hac etate iā minus erit abluēdus: eiusqꝫ labor cū come
stiõe augmētādus: nec vinū ei deť ꝓpterqꝫ cū calide cõplexiõis fue
rit. qm̄ in potatorib⁹ ex eo colera regenerať: nec ipse puer īdiget iu-
uamēto qđ ex vinu potatiõe expectať. h᷑ est vrine ꝓuocatio ⁊ iūctu-
rarū humectatio. Nõ. n. est eius colera rubea multa: q̄ in vrina sit ꝓ
uocāda: nec eius iūcture īdigēt hūectatiõe: ꝑmittēdus ē igiť aquā
frigidā dulcē: ⁊ liq̄dā s̄m desideriū bibere: sic itaqꝫ regēdus est do-
nec ad. xxiiij. annos ꝑueniat cū solicitudine quotidiana q̄ ex mino-
ratiõe hūiditatis ⁊ ꝓcessiõe exiccatiõis ⁊ īdurationis in eo crescit.
Ordinādus est igiť minorādo exercitiū: ⁊ post hāc etatē regať regi
mine sanoꝝ. Razi in. iiij. ꝑte. Pueri minutiõe vel forte vētris solu
tiõe medicādi nõ sť. sꝫ ei subueniēdū ē cū scarificatiõe ⁊ ventris ex
aqua fructuū solutiõe. Custodiēdi sť aūt ne multū de mellis cõfe-
ctiõib⁹ aut de fructib⁹ comedāt: ⁊ egritudines multas incurrāt. A
lacte quoqꝫ ⁊ caseo ⁊ a grossis nutriētib⁹ remoueanť: ne lapis ī eo-
rū vesicis genereť. Quib⁹ etiā semina melonū excorticata cū zucha
ro tribuanť: vt in eis īstrumēta vrine mūdificenť: ne lapidis genera
tio fieri īcipiat. Neqꝫ vo multū nutriētib⁹ repleri ꝑmittendi sť: nec
cibos sumere donec prior cib⁹ digest⁹ sit. Hali vbi. s. Puer abla-
ctat⁹ a multitudine ciboꝝ arceať: ⁊ ab abūdātia dulciū ⁊ farina ac
ceteri. ⁊ a cibis grossis ⁊ aq̄ turbida q̄ lapides generāt: nec eū assue-
scere vino ꝯuenit: qm̄ auget calorē ⁊ hūiditatē q̄lis ē pueroꝝ cõple-
xio. Corpa quoqꝫ cõplexiõis hmõi patiūť acceleratiõeꝫ putrefacti-
onis hūoꝝ deť tn̄ eis modicū vt ꝓuocet vrinā: ⁊ minuat ab eo super
fluitatē: ⁊ hūectet siccitatē q̄ accidit ei ex labore. Cū aūt fuerit anno
rū. xij. iā tūc oꝫ eū exercē ī his q̄b⁹ docēd⁹. vl' ī q̄b⁹ ē ei viuēdū: vt si
op⁹ ē ei audacia plurima: mēbra ei⁹ exercitio forti exerceāť: ⁊ ꝑ ea
q̄ pauet ducať: vt sit ei cõsuetū. Si oꝫ eū eē ph'm: mores ei⁹ tpenť ⁊
boni fianť: nec assuescat irā ⁊ discordiā. sꝫ hūilitatē ⁊ patientiā. Si
vo futurus sit in actiõib⁹ grauib⁹ atqꝫ laboriosis vt in architectura
vel cemētaria: exercitari fortiter assuescat: ⁊ cibis plurimi nutrimen
ti pascať: vt virtus membrorūꝫ eius augeatur.

De Regimine adolescētiū. C. XXXII.

Razi vbi. s. Adolescētes aūt ⁊ iuuenes ab acuti īfir
mitatib⁹ custodiēdi sť. eos minuendo eorūqꝫ
vētrē solūēdo: q̄b⁹ stati vt in eis illaꝝ apparuerit signa:
deť forti: repximētia: anteqꝫ ī eis ille ꝑficiāť. Hali vbi
supra. Iuueniū corpa iā vltimū attigerūt terminū ⁊ augmētatiõis
statū. ideoqꝫ supfluitates ī eis augēť ⁊ cõgregāť: morbiqꝫ festināt in
eos ꝑꝑ repletiõeꝫ h᷑. n. tpe cib⁹ nõ occupať ī dilatādo corp⁹ ⁊ augē-
do sic pus verūtn̄ virt⁹ eoꝝ patiētior ē morbo: ⁊ ī plurib⁹ fortior ad
expellēdū causas eoꝝ. His igiť oꝫ exercitiū īduci moderatū ⁊ cõsue
tū. nec multū calori solis obuiēt. In aq̄ tpati calori se balneēt. Esta
te vo aq̄ frida dulci ⁊ suaui. Caueāt ğ cibos calefaciētes colerā ge-
nerātes: vt allia cepas sinapē ⁊ silia. Utāť aūt cibis q̄ntū pōt cuius
qꝫ digestio: ⁊ vnusq̄sqꝫ iux̄ mēsurā sue cõsuetudis. Sumāt aūt ci-
bos frigidos vt pisces recētes: edulinas carnes cū frigidis cõdimē-
tis decoctas: ⁊ fruct⁹ assuescāt cū granati ꝑsicis ⁊ hmõi. Si q̄dē cõ-
plexio eoꝝ ē ī hūitudie nāli: vinū bibāt nec mltū nouū: nec vet⁹: mi-
xtū aq̄ frigida: nec vo plurimū tolerēt famē: cõfortat. n. calorē ⁊ au
get colerā. Assuescāt aūt corpa flebotomie ⁊ laxatiuis maxieqꝫ ī ve
re. sit eoꝝ regimē iux̄ qđ expedit nāli cõplexiõi ipoꝝ ⁊ cuiqꝫ q̄ttuor
anni tēpoꝝ.

De Regimine seniū. C. XXIII.

Senū vero cõplexio q̄ frigida ⁊ hūida ē. Hāc regi-
mine calefaciēti ⁊ humectāti regi oꝫ. habitet
igitur in loco aere non sicco. sed simili verno. ⁊ si debi-
lis est virtus eius: equitet ⁊ ambulationem minuat.
Qui vero fortior est vtať deambulatione que non fatiget. balneeť
aqua dulci ⁊ calida. ⁊ post vna hora q̄escat. deide vo escas calidas
⁊ humidas digestibiles citoqꝫ a stomacho descēdētes comedat: ci
bos aūt pungitiuos ⁊ colerā generātes: caueat eos: quoqꝫ q̄ melan
coliā generāt aut flegma. pluries in die reficiať ⁊ h᷑ paulatim: qm̄
ei⁹ nā nõ patiť nec sufficit ad digestionē multoꝝ ciboꝝ sel' sumpto
rū. prandeat hora t̄tia. post meridiē balneeť. ⁊ denť ei q̄dā cibaria
vētrē emolliētia. post ea reficiať. Coitū oīno fugiat ⁊ aīe accidētia
Quia vo colligiť in corpib⁹ seniū flegma plurimū oꝫ eos nõnūq̄ re
gi subtiliātib⁹ ⁊ īcidētib⁹ flegma. nec in h᷑ ē assidue īmorādū. Plu
rimoꝝ q̄dē hoīuꝫ vētres (vt ait hipocras) in iuuētute sť molles: qui
cū senuerint desiccanť eoꝝ vētres. ⁊ q̄busdā fit ecõuerso. Auicē.
vbi supra. Sūma regiminis seniū ē opari qđ calefaciat. ⁊ humectet
sil' ex nutrimētis ⁊ balneis: ⁊ potib⁹: a somno ꝓlixo: ⁊ mora multa
ī lecto. Ex assidua quoqꝫ vrine eoꝝ ꝓuocatõe: ⁊ expulsionū flegma
tis: ⁊ ex eoꝝ stomachis ꝑ viā īestinoꝝ ac vesice. Razi vbi. s. Se-
num corpa magi euacuatiõe cū medicinis curāda sť: q̄ꝫ cū minutio
ne. In his aūt labor ⁊ solicitudo minuenda sť. vt corpoꝝ eo vires
diuti⁹ ꝑdurēt. nec ipsi valde senescāt. Porro q̄ in senio sť a labore
⁊ solicitudie nec nõ a minutiõe: vbi magna necessitas īmineat: re-
mouēdi sť. Nutriētib⁹ aūt bonis ac suauiť sapiētib⁹ facileqꝫ dige
stibilib⁹ alendi sť. ⁊ sepe balneis oꝫ vti multūqꝫ dormire. Reb⁹ eti
am odoriferis faciē ⁊ caput inficē. vinū porro tpate nature clarū ac
subtile mediocriť aq̄ mixtū bibāt ac tpate sumāt. si. n. h᷑ mõ reganť
possibile ē vt ad albarā ⁊ ptysim tarde ꝑueniāt. Nec eoꝝ corpa de-
iicianť. Idē in. v. ꝑte. Quibusdā hoīb⁹ intēpestiue cani solēt na-
sci: ceteris aūt tardari ꝯplexiõis sue cā. de his q̄dē q̄ caniciē tarda-
ri faciūt: ē vt de trifera minori freq̄nť in mane sumať. Abstinere vo
cõuenit a lacte: ⁊ a cibis habētib⁹ micas panis admixtas. ⁊ a pulti
bus q̄ multū spisse sunt. ⁊ a frumēto cocto. ⁊ ab his q̄ cõficiunť ex
melle. ⁊ a potu aq̄ mlte. vinūqꝫ vet⁹ ac puꝝ modice bibēdū est vel
idromel. Maior aūt ps eoꝝ q̄b⁹ nutrimētū sit kalaie sint ⁊ assatur.

De Regimine cõualescētiū ab egritudine. C. XXIIII.

Hali vbi supra. Post disputationē regiminis oīuꝫ
etatū debiliū: sequiť de regimine cõualescētiū
q̄. s. liberati sť a febrib⁹ ⁊ morbis acuti ⁊ egressi sť ab eis
viꝫ ⁊ eoꝝ corpa debilia sť ⁊ pauc⁹ eoꝝ sanguis. Debilia
q̄dē qꝛ resoluta sť ꝑpť calorē febris. ⁊ ei⁹ fortitudie ꝯsūpta: vsuqꝫ
regiminis subtil'. Pauc⁹ vo sanguis ē ex cõbustiõe caloris febris.
⁊ paucitate ciboꝝ ac subtiliate eoꝝ. A trib⁹ ğ dieb⁹ post trāsitū egri
tudinis vtanť dieta q̄ ꝑus in tpe īfirmitati: ad vitādū ꝑiculū recidi
uatiõis. tūc vo paulati ⁊ ꝑ grad⁹ ad id qđ grossi⁹ ē trāsferanť: do-
nec ad ꝯsueta ꝑueniāt. Q. si appetit⁹ deficit: ⁊ appetit. q̄dē ⁊ come
dit: nec augeť corp⁹ illi⁹: signū ē qp corp⁹ ei⁹ mūdū nõ sit. Opteť ğ ci
bū minui vl' corp⁹ subtiliari atqꝫ purgari. alioq̄n regressum faciet
morb⁹. sic hipocras ait. Corpa inq̄t nõ mūda q̄ntūciqꝫ refeceri au-
geť eoꝝ malitia. Razi in. ix. ꝑte. Itaqꝫ q̄ ex morbis acuti ꝯsurgit.
custodiēdus ē ab his q̄b⁹ sani nutrianť. ⁊ ex his q̄b⁹ regebať ī egri
tudine: vl' paꝝ fortiorib⁹ modereť. deide vo paulati ⁊ ordinatiꝫ ad
cibos sanoꝝ ꝑducať. Interim tn̄ a balneo ⁊ labore vigilijs ⁊ coitu
⁊ vino obserueť. ⁊ ne curi aīalib⁹ soliciteť: ab oīb⁹ quoqꝫ q̄ corp⁹ ca
lefaciunt sepeť. Caueat quoqꝫ ne famē aut sitim patiať ⁊ ne sil' ci-
bo repleať. qm̄ vnū istoꝝ ipꝫ distēpet ⁊ calefacit. Aliđ vo ꝯplexio-
nē ei⁹ corrūpit. si tn̄ ei⁹ appetitiua forti: digestiua vo debilis ⁊ fati
gata fuerit: nõ attēdat in comestiõe q̄ntū appetitiue. sꝫ q̄ntū digesti
ue attinet. qđ etiā donec digestiua melioreť obseruet. A comestio
ne quoqꝫ grossoꝝ nutriētiū durūqꝫ digestibiliū sepeť. vsqꝫ q̄ virtus
ipsi⁹ ꝯpleať. iterū aūt nutriať ex his q̄ cito digerunť. Multotiēs q̄
dē sꝫ parū comedat. ⁊ ex aq̄ frigida paulati bibat. Q. si nutrimētū
ei⁹ absqꝫ vino digeri nõ valeat. vinū albū ⁊ clarificatū ei tribuať. ⁊
a forti sibi caueat. Cū aūt alicui⁹ ꝯualescētis appetitiua debil' iue-
niť: sciēdū ē reliq̄as egritudinis in corpe remāsisse: q̄s nccē ē expel
lere. ꝑcipueqꝫ si sapor oris sit forti multaqꝫ siti. Itaqꝫ veniť ipsi⁹ sol
uať aut minuať: aut extinguētia dispositõi sue ꝯueniētia sibi tribu-
anť. Deniqꝫ ille in quo sig̃ reliq̄aꝝ egritudinis remāserit: vt ē ca-
lor supflu⁹ q̄ tactu sentiť. aut spissitudo anhelit⁹. aut siti. aut dolor
capiti. aut vrine tinctura. aut oris sapor extrane⁹. aut alienatio ī so-
mno. aut vigilie aut hmõi alia. ꝑcipue ad regimē egritudis reducē
dus ē: donec h᷑ oīa signa remoueanť ⁊ corp⁹ oīo sanitati restituať.

De Tutela contra morbos pesti. C. XXXV.

Hali vbi supra. Dicto de regimie corpoꝝ debiliū: re-
stat ondere regimē eoꝝ q̄ tā esse videnť in ca-
su causaꝝ egritudinū. quarū. s. causarū amputatio hipti
ta est. Una est causarūꝫ q̄ accidūt corpi extra. ⁊ he sunt

cause morbor pestilentialis. Altera est earū que mouentur intus a corpore. et he sunt a cōplexione mala. aut ab humor copia. vel eor malicia. Cautela morbor q fiunt ab extra est eor q fiunt ab aeris mutatiōe. et hec aut fit ex mutatiōe cōplexionis eius in tpib9 anti a naturali habitudine. aut ex alteratiōe atq mutatiōe substantie eiusdē i corruptionē ac putredinē. Itaq pestilētiales morbi quos s. aer pestifer in corpora hoīm adducit nō accidūt oīb9 hominib9. Imo passiones ille q fiunt a mutatiōe cōplexiōis aeris. in ea corpa solēt venire. quor cōplexio cōsonat cōplexioni aeris eo tpe. Que vero a mutatiōe substātie aeris fiūt. in ea corpa fm maiorē partē eueniūt. in qbus sunt mali humores aeris illi9 tpis. mali substātie cōsimiles. parati suscipe passiones ac morbos quos inducit aeris malicia. Itaq si euētus egritudinū ab aeris mutatiōe fuerit: caute la ab eis est ex vsu regiminis cōtrarij coplexioni aeris illi9 tpis taz in cibis qs in medicaminib9 et alijs causis sanitati et egritudini cōi bus pdestq humorē aeris cōplexioni eo tēpore cōsonu euacuare eiusq materiā amputare. Si autē est ex aeris corruptiōe. qm hui iusmōi habitudo accidit aeri fm maiorē partē ex excessu caloris et humiditatis: oportet esse cautelā ab huiusmōi infirmitatū icursu. Primo qdē flebothomia deide laxatiuo cuius est illā supfluitatē calidā purgare. Deinceps autē vtat regimine refrigerāti et desiccāti. et caueat obuiare calido aeri et humido. Timēt autē pestilentiales morbos quor cōplexio calida est et humida: pueriq et adolescētes et talis eis cōplexio dominat. Quare oportet eos minutiōes san guinis multiplicare. et eor q refrigerāt et desiccāt vsum augere to taq diligētia regimē calefaciēs et humectās cauere. Sūt etiā pesti lētiales morbi plurimi qn autūnus nimie siccitatis post estatē ma gni caloris vt causon et febris colerice qs cōmittat vomitus colera ruz multus et turbatio ac sitis. Quare necesse est vsu regiminis p cedere refrigerātis et humectātis. Morbor autē pestilētialiū qdā sunt ex putridis vaporib9 aera isicientibus. vt sunt vapores resolu ti ex cadauerib9. vel ex aqs in qb9 olera ceciderūt. fructusq putrue rūt. vnde si possibile est oportet a locis recedere in qb9 talia contin gūt. Si vero sit habitatio sub vento p quā hmōi putredines trans eunt. aut in subterraneis locis vel domib9 qs nō ptrāsit aer mult9. loca ipsa aceto rigent myrto et odoribus frigidis sternant. vapori busq sordidis vaporentur vt est xiloaloes et huiusmodi. Quidam vero pestilētiales morbi sunt ab vno in aliū trāseūtes. vt lepra. sca bies. ptisis. mania. variola. et obtalmia. Ideoq cū his qui talia pa tiunt nō oportet aliquē cōmorari. sed ab eis longe fieri ad loca q extra ventum sunt per illos flantem.

De Cautela ꝯ morbos ex humore puenietes. C. XXXVI.

Constantinus vbi. s̃. Potus duabus ex causis necessarius est: aut enĩ q2 corpus hũectat: ⁊ qd̄ humidũ e corpe dissoluit̃ restaurat: aut crossitudines cibi dissolutas ad remotiora loca reportat. Sũt aũt potuũ genera diuersa ex q̃b⁹ ẽ aqua: q̃ nõ est corporis nutritiua. Nã si h̄ faciat nõ ẽ ex sui nã: sꝫ ex re cui ẽ cõmixta. Est enĩ ⁊ vinũ qd̄ ꝑ oẽs partes corporis portat cibũ nutriens ⁊ calefaciẽs: spiritũ augmẽtãs: calorẽ nãlẽ cõfortãs: ac ꝑ totũ corp⁹ eũ deportans. Sed in sanitate custodiẽda ⁊ infirmitate curanda: magis est aqua necessaria. Iohãnicius. Modi potationũ sunt tres. Est enĩ potus qui nihil aliud est q̃ꝫ potus vt aq̃. Et est potus qui potus est ⁊ cib⁹: vt vinũ. Est ⁊ potio que dat̃ contra alicuius morbi vitiuꝫ vt mellicratrũ vel conditũ. Cibi vtilitas est qd̄ ordine recto corporis integritatẽ reparet: vtilitas. potus q̄ cibũ ꝑ corpus deportet. Sꝫ ⁊ illius vtilitas que potio dicitur corporis naturã ad se cõuertit. Auicẽna vbi supra. Sitim tolerare ⁊ cum ea dormire infrigidatis ⁊ humectatis confert. Calidis aũt ⁊ colericis nocet: similiter ⁊ famẽ tolerare. Colera quidẽ rubea abundantibus ex tolerãtia famis accidit: vt ipsa colera ad eoruꝫ stomachos descendat: eorũq̃ꝫ que comederint substantiam corrumpat.

De Uino. C. LXXXIIII.

Hali vbi supra. Uinum calorem naturalem confortat: humeros colericos temperat purgans ꝑ sudorem ⁊ vrinam: membra dura humectat: appetitum iuuat ⁊ digestioneꝫ ventositatemq̃ꝫ soluit: opilationẽ aperit: melãcoliã mitigat: ⁊ hoc maxime facit his qui tẽperate ↄplexionis sunt: ⁊ inclinantur ad frigidum si mediocriter sumatur. Nocet autẽ illi cuius cõplexio superabundat in calore: vel qui febrẽ patit̃ epatis aut cephaleam: ⁊ cuius nerui debiles sunt. Qꝫ si quis omnino nolit ab eo abstinere: bibat albũ subtileq̃ꝫ ⁊ aqua multa ꝑmixtuꝫ. si .n. ad dolorẽ capitis accelerat statim post ei⁹ potũ modicum cibi: frustaq̃ꝫ coctanoꝝ comedat: vt ascensuꝫ vaporis ad caput arceat: similiter ⁊ sic stomachi debilitas per eius potationẽ accidat ad coctana cũ pauco musto trãseat aut fructũ mrchi recentẽ vel hm̃õi. Dicit aũt gal. q̄ ex multi vini potatione passiões accidũt graues frigide: sicut apoplexia: spasmus: epilensia: emigraneũ: obstupefactio: ⁊ his similia. Replent̃ enim ventriculi cerebri vaporibus vini: ⁊ qd̄ ad illud de venis ascendit: vnde calor naturalis refrigerat̃: ⁊ hm̃õi passiões generant̃. Razi vbi supra. Uinũ quidẽ stomachũ ⁊ epar calefacit inflationẽ dissoluit: ⁊ cibũ digerit: vrinã ꝓuocat: ⁊ ventrẽ soluit. Preter hec ⁊ letari ⁊ gaudere facit animã: ⁊ hũc vltimũ bonitatis eius modum nõdũ inuenim⁹ qd̄ suppleat vicẽ ei⁹: sed in alijs operationibus euisdẽ reperiunt̃ q̄dã que suppleãt ei⁹ vicẽ: licet in eis debiliora sint. Idẽ in. iiij. ꝑte. Uinũ ⁊ omne qd̄ inebriat corp⁹ calefacit: vinũ albũ ⁊ clarũ qd̄ multe patit̃ aque cõmixtionẽ minus est calidũ: sꝫ magis vrine ꝓuocatiuũ. Ignei vo coloris ⁊ amarũ qd̄ magis põt aquã recipe calidus est. Uinũ itideꝫ pingue ac dulce in quo ẽ ponticitas crossioris est nature. Uinũ nouũ inflationẽ magis generat ⁊ venas citi⁹ ĩplet. Uinũ tꝑate bibitũ nutrimẽtũ penetrare facit: digestionẽ adiuuat multeq̃ꝫ bonitatis cã existit in corpe ⁊ in senib⁹ q̃ꝫ maxime. Sup̃flue vo bibitũ epati ac cerebro ⁊ neruis nocet tremorẽq̃ꝫ ⁊ spasmũ ⁊ palisim ⁊ apoplexiã ac mortẽ subitã generat.

De Ceteris inebriantibus. C LXXXV.

Isidorus in li. ety. xx. Sicera ẽ est oĩs potio q̃ extra vinũ inebriare põt. Cerenisia a cerere. i. fruge vocata: est .n. potio ex seminib⁹ frumẽti vario modo ↄfecta. Celia. A calefaciẽdo vocata est .n. potio ex succo tritici ꝑ artẽ ↄfecta. suscitat̃ .n. ignea illa vis germinis madefacte frugꝭ: ac deĩde siccat̃: ⁊ post in farinã redacta: molli succo admiscet̃: quo fermẽtato sapor austeritatꝭ ⁊ calor ebrietatꝭ adiciat̃: q̃ fit in his ꝑtib⁹ hispanie: cui⁹ ferax vini loc⁹ nõ ẽ. Lactatũ est potio ex lacte. Mulsuꝫ ex melle mixtũ. Est .n. potio ex aqua ⁊ melle: qd̄ greci mellicratũ vocãt. Inomellũ mustũ melli admixtũ vehemẽterq̃ꝫ agitatũ atq̃ꝫ ↄmotũ. Hidromellũ qd̄ fiat ex aq̃ ⁊ malmacianis. Saccatũ ẽ liquor aq̃ feci vini admixt⁹ ⁊ sacco expressus. Oximellũ appellatũ q̄ aceti ⁊ mellꝭ admixta ↄficiat̃ mã: vñ ⁊ dulcedinẽ retiet ⁊ acorẽ. Oxigaꝝ grecũ ẽ. i. acetũ cũ aliq⁰ q̄limie ꝑmixtũ. Oxi .n. acetũ: caros liq̄mẽ greco eloq̄o dicũt. Rodomell⁹ dicit̃ eo q̄ in succo rose mel admiscet̃. Mellicratũ vinũ melli admixtũ Med⁹ q̄si mel⁹ q2 ex melle fit. Razi vbi supra. Pot⁹ ex melle factus vehemẽt̃ ẽ calid⁹: ⁊ colẽ rubee generatiu⁹ frigidas tñ patiẽtibus egritudines ↄfert. Cereuisia de ordeo facta neruos ĩpedit: caput dolẽ facit ⁊ ĩflat: vrinã tñ ꝓuocat: ⁊ calorẽ ex ebrietate reꝑmit: q̃ vo de similagineo pane ↄficit̃ hñs mẽtã ⁊ apiũ oĩb⁹ melior indicat̃ solis tñ calefactis ⁊ dispositõib⁹ ac temporibus calidis confert.

De potu aque. C. LXXXVI.

Aqua nãles hũores in corpore cõseruat: ⁊ nutrimẽtũ subtiliãs penetrare facit: calorẽ quoq̃ꝫ reprimẽdo: calefactis aũt calidã cõplexionẽ habentibus plusq̃ꝫ vinũ ↄfert. Aqua pondere leuior calorẽ ⁊ frigiditatẽ citius suscipit: ⁊ qui meliorẽ saporẽ retiet. dulcedini. s. appropinquãtẽ melior iudicat̃. Turbida vo epar grauat: ⁊ in renib⁹ lapidẽ generat. Aqua salsa ventrẽ mollit ⁊ postea ↄstringit. si quis eã vsualit̃ biberit: corpus desiccat atq̃ꝫ in eo scabiẽ: ⁊ in ano ragadias generat. Aqua stans ⁊ putrida splenẽ augmentat: cõplexionẽ corrũpit: ac febres generat. Aqua frigida vt nix stomachũ percutit si bibat̃ a ieiunis: sed epar multuꝫ infrigidat. quã nulli ieiuni ꝑsumant bibere nisi calefacti: sic enĩ eis proficit: super cibũ aũt in parua quãtitate sumpta stomachũ corroborat ⁊ auget appetitũ. Aqua vo que non bene sapit. eo q̄ frigida nõ sentit̃ ventrẽ inflat: sitimq̃ꝫ non minuit: sed appetitũ destruit ⁊ corpus dissoluit. Aqua porro calida quã quidã ieiuni bibunt stomachũ a superfluitatibus p̃cedentis nutrimenti lauat: ⁊ ventrẽ fortasse soluit: que tñ si freq̃nter bibat̃ stomachũ corrũpit ⁊ debilitat. Aqua tepida fastidiũ facit Aqua vo cocta quousq̃ꝫ minor reddat̃ ei⁹ substantia minus inflat Isaac. Laudabilis aqua duo in se continet. Unũ est ex sui essentia. Aliud est ex sui cursus origine. Ex sui essentia claritas ⁊ nitiditas nullũ habens colorem nec saporẽ nec odorẽ nec fetorẽ. Qꝫ si habeat significat aliã rem esse cõmixtã in ea. Originẽ sui cursus necesse est esse contra orientẽ aliquãtulũ septẽtrionali pertinẽs plage: vt

septentrionales ꝛ orientalis ventus eã perflent. Fluxus eius necesse vt sit fortis ꝛ velox: currens super lapides paruos ꝛ arenas clarissimas nullã habẽtes imundiciã. Hmõi aqua subtilis est ꝛ leuis: que posita ad ignẽ seu ad solẽ citissime calefit. Calida võ facta si ad aerẽ ponatᷓ citissime refrigeratᷓ q̃ citissima mutatio eius de qualitate in qualitatẽ suã significat leuitatẽ nec etiã illã q̈ppiã terrestre habere. Sꝫ oĩb⁹ aq̄s pluuialis est leuior ꝛ electior q̃ vicini aeris suauitate cecidit: mũda tñ si fuerit ab omni putredine: ꝛ ponatᷓ in aq̃ cisterne optime lote: talis enĩ erit aqua minus ceteris humida: ꝛ q̈ddã habẽs stipticitatis: vnde nõ nocet stomacho: sꝫ potius eũ cõfortat.

De Ptisana. C. LXXXVII.

Hipocras in regimine acutarũ. Ptisanam ordeaceã sup omne de grano cibariũ acutis morbis ꝛ in acutis passionib⁹ excellẽtissimũ iudico: q̈ppe q᷑ viscose est ꝛ leuis: vncta quoqꝫ ꝛ mollis ꝛ lubrica ꝑpata habẽs humiditatẽ sitim extinguit. ꝛ si opus fuerit ablui facit: nequaq̃ꝫ stiptica: nõ ad laborẽ furiosa. Nõ inflatᷓ in stomacho nec acescit: quoꝝ vtrũqꝫ nimirũ in coctione diũ videlꝫ in ꝑtãte habere expleuit. Cõstãtinus in panteigni. Ordeũ calidũ est in primo gradu sꝫ in secũdo siccũ. Ptisane ex eo cõfecte frigide sunt ꝛ humide: h̓ ptisana calidã cõplexionẽ adiuuat. Secũdũ tẽperamentũ acutis febrib⁹ valet: digerẽs materiã vnde generatᷓ. Sitim extinguit ꝛ naturaliter lauatoriũ ẽ: vnde fit vt mẽbris oĩbus cito diffundatᷓ: de stomacho ꝛ intestinis statim effluit vbi si incẽdẽtes hũores inuenerit: facile expellit: limosa interiora siue exteriora mũdificat: nullũ rãcorẽ infirmis generat: nõ inflat: nec vẽtositatẽ vllam apparat: sicut alia solent grana. Ordeũ vnde cõficitᷓ oportet esse bonũ: nõ vetus sꝫ album durũ bene excorticatum atqꝫ pistatum.

De Conuersione cibi ꝛ potus. C. LXXXVIII.

Augustinus auersarius epus. Dicũt aũt medici certissima rõne vt doceant discẽtẽ: partẽ quidẽ ciboꝝ ꝛ potuũ illã. s. q̃ corpulẽtior ꝛ corruptior est ꝑ secessũꝫ egeri. Partẽ aũt subtiliorẽ ꝛ vtiliorẽ vi nature ꝑ diuersas corporis partes distrahi ꝛ in carnis naturã ꝛ sanguinis cõuerti. Partẽ võ aliã subtilẽ q̈dẽ sꝫ min⁹ vtilẽ ꝑ ꝑtes corporis similiter trãsfusam ꝑ poros euaporari. Partẽ aũt aliã neqꝫ tanti sꝑ subtilẽ: nec adeo vt primã corpulẽtã ꝑ fluxũ nariũ: ꝑ sputa vel quolibet simili mõ iactari. Idẽ in li. de vera religiõe. Alimẽtoꝝ q̃ a nobis sumunt in structurã corporis ꝛ mẽbroꝝ fabricã q̃ apta sunt migrãt ꝛ corrupta reficiũt in aliã formã ꝑ cõueniẽtiã trãseũtia. Nõ apta võ ꝑ cõgruos meat⁹ eiciuntᷓ quoꝝ aliud feculẽtissimũ terre redditᷓ ad alias formas assumẽdas. Aliud ꝑ totũ corpus exalatᷓ: aliud totius aĩalis latẽtes numeros accipit ꝛ ichoatᷓ in prolẽ: ꝛ seu cõueniẽtia duũ corporꝝ: seu tali aliquo fantasmate cõmotũ ꝑ genitales vias ab ipso vertice defluit in infima voluptate.

De Suphluitate ꝑme ꝛ secũde digestiõis. C. LXXXIX.

Ali vzinaruꝫ a voce mauri. Cib⁹ itaqꝫ ore receptus dentibus cõmasticatus lingua subministrante per hisophagũ ad stomachuꝫ transmittitur: in cuius fundo receptus: actione virtutis digestiue per caliditatẽꝫ ꝛ humiditatem operantis cooperante calore digeritur: ꝛ in quandã succositatẽ ptisane similẽ transmutatᷓ: pars quedã pura per quandã venã meseraicã stomachi fundo infixã ad epar transmittitᷓ vt in epate secunde digestionis officiũ nõ pereat: quod aliquando teste isaac ꝛ flegmatis attractione suppletur: tandẽ celebrata digestione tepescẽte calore diũ inferior stomachi porta aperitur: residua pars illius succositatis cum eo quod est prime digestionis superfluitas ad portanariũ transmittitur cui similiter quedam vena meseraica infigitur: per quã quedã pars pura predicte succositatis iterato ꝭm predictaꝫ rationẽ ad epar transmittitur: residuũ vero a portanario ad duodenũ siue ieiunũ subtile transmittitur intestinũ cui similiter quandoqꝫ vene meseraice infiguntur: ꝛ diũ ibi omnimoda fit puri ab impuro separatio: impurũ a duodeno transmittitur ad orbũ: ab orbo ad saccũ: a sacco ad ileon: ab ileon ad longaonẽ: a longaone ad colon: ꝛ sic per pudicũ circulũ emittitᷓ: ꝛ hec est suphluitas prime digestionis in stomacho celebrate. Totaliter igitᷓ puri ꝑ dictas venas meseraicas ad lacteã portã fit trãslatio: vbi digestiue virtutis actionem suscipiẽs in quãdã massam quã autores sanguineã appellant trãsubstantiatᷓ: in qua quiddã purũ quiddã impurũ cõtinetᷓ. Impurũ aliud generale aliud speciale. Speciale aliũ calidũ ꝛ siccũ qd̓ trahit ad se chistis fellis ad colere ruffe generationẽ. Unde isaac in dietis Est enĩ colera ruffa cuius color est interdũ citrinũ ꝛ rubeũ colorem. hec naturalis est species ꝛ huiusmodi habitatio est fellis sacculus: hã: nã odio hꝫ ꝑpter sui amaritudinẽ ꝛ acumẽ: vnde i ṽnũ deducitᷓ locum: nec ex ea manat ad membra nisi quantum sufficiat ad appetitũ cõfortãdũ in q̈buslibet mẽbris: Aliud frigidũ ꝛ spumosũꝫ qd̓ trahitᷓ a pulmone stomacho cerebro ad spermatis generationem. Aliud terreũ ꝛ q̈si sanguinis fex qd̓ mittitᷓ ad splenẽ ad colẽ nigre: scꝫ melancolie generationẽ. Remanet itaqꝫ generale ĩpurũ in epate: qd̓ speciali vocabulo dicitᷓ vrina cũ puro sanguine: cui⁹ ꝑs quedam cũ partib⁹ humoꝝ a ꝓprijs receptaculis ad epar trãsmissoꝝ cũ ipsa vrina ꝑ capillares venas trãsmittitᷓ ad stili venã: ꝛ a stili vena ad renes. In renib⁹ võ ipsi⁹ vrine a sanguine fit decolatio: sanguis võ venatim mittitᷓ ꝑ mẽbra: ꝛ ipsa vrina ꝑ vritides poros in vesicã mittitᷓ ꝛ a vesica ꝑ virgã educitᷓ: ꝛ hec est suphluitas secũde digestionis in epate celebrate. Est igitᷓ vrina superfluitas sanguinis ꝛ alioꝝ humoꝝ in epate generatoꝝ ꝑ mãꝫ. s. soli⁹ aũt sanguis ꝑ formã. lꝫ g̈ vrina oĩuꝫ mẽbroꝝ dispõnis fit significatiu⁹. ꝑcipue tñ epatis ꝛ etiã alioꝝ meatuũ ꝑ quos transit vigoris vel vitij est declaratiua.

De Somno ꝛ vigilia. C. XC.

Auicenna in. j. canõe. Somnus q̈eti vehementer silis est: ꝛ vigilie motui: somn⁹ quidẽ oẽs opatiões nãles fortes efficit eo q᷑ calorẽ innatũ ꝯtinet: virtutẽ aĩalem laxat: q᷑ cordis vel spiritus aĩalis vias humectat ꝛ laxat: ꝛ q᷑ substantiã spũs turbidã efficit. Illud quoqꝫ qd̓ resoluitᷓ ꝓhibet: lassitudinis aũt modos oẽs remouet ꝛ euacuatiões fortes: retinet enĩ motus ei⁹ qd̓ ad currendũ aptũ est: auget currẽdi ṽtutẽ vbi materie sintᷓ ad partẽ cutis. Sõnus aũt q̃nqꝫ ad expellẽdũ eas iuuat: q᷑ calorẽ interi⁹ ꝯtinet: ꝛ nutrimentũ in corpore partitᷓ. Ideoqꝫ illud qd̓ est iuxta cutem expellitᷓ. Nã illud qd̓ longe est ꝯstringitᷓ. Uigilie võ hoc plus efficiũt. i. suphlua ab interiorib⁹ ad exteriora expellũt. licet somnus plus efficiat sudorẽ q̃ vigilie: sudor nãqꝫ quã efficit somnus est ꝭm modũ exuberãdi materiam: ꝛ nõ ꝭꝫ modũ resolutiõis subtilis ꝯtinui. Qui aũt in somno multũ sudat nullã habens causam: nutrimẽto plenus est qd̓ tolerare nequit. Cũqꝫ somnus inuenit mãꝫ ad digerendũ ꝛ maturãdam aptam: hanc ad sanguinis nãm conuertit: eãqꝫ calefacit ꝛ trãsit calor per corpus: ꝛ calefit calore naturali q᷑ si humores calidos colericos siue acutos inuenerit: eiusqꝫ tẽpus perdurauerit: corpus extraneo calore calefaciet: ꝛ si vacuitatẽ inuenerit ĩfrigidabit per hoc qd̓ resoluit. Uigilie multe cõplexionẽ cerebri corrũpũt aliquo modo siccitatis ipsumqꝫ debilitãt: ꝛ rationẽ cõmiscent: ꝛ humores aduriunt: ꝛ egritudines acutas faciũt. Somnus aũt mult⁹ hui⁹ ꝯtrariũ efficit: opatᷓ nãqꝫ virtutũ aĩaliũ obtusionẽ: ꝛ capitis grauedinem: ꝛ egritudines frigidas: ꝛ hoc ꝓpter id quod ex resolutiõe ꝓhibet. Uigilie võ desideriũ augent: ꝛ famẽ efficiũt: ꝑ hoc quod de materia resoluunt: ꝛ digestiuã minuunt per id qd̓ de virtute resoluũt. Insomnietas quidem inter vigiliã ꝛ somnium in omnib⁹ dispositiõib⁹ mala est. In somno calor occultatᷓ ꝛ frigiditas manifestatᷓ: propter hoc oĩbus membris opimẽta plura necessaria sunt q̃ꝫ in vigilijs.

De Speciebus ꝛ actionibus somni. C. XCI.

Hali vbi supra. Somn⁹ alius est extra naturã. s. obstupefactio. Ali⁹ nãlis de quo nũc nobis ẽ sermo. Fit aũt ex humiditate cerebri tẽperata: ꝛ ascensiõe vapoꝝ humidoꝝ qui clari ꝛ boni sunt a corpore ad cerebrũ: hinc enĩ post cibum fit nobis segnicies ac torpor. somnũqꝫ appetim⁹. Fecit aũt nã somnũ duabus ex causis. Una est vt cerebro quies eẽt ac sensib⁹ recreatio ab obtusiõe que accidit eis ex motus abundãtia. ob hoc enĩ in somno trãquille sunt aĩales actiones. priuatᷓ qꝫ homo sensu ꝛ etiã motu volũtario. Porro vitales actiones etiã tũc cursũꝫ suũ faciũt: cui⁹ rei signũ est arteriarũ pulsus ꝛ manifestus anhelitus: ac digestiõis bonitas. Altera causa est: ciboꝝ digestio: humoꝝ decoctio: tũc enĩ calor nãlis ad ꝓfundũ secedit corporis. vt cibũ digerat: ꝛ humores bonos dispõat: vñ ꝛ digestio melior in hieme fit ex lõgitudine noctiũ ꝛ somni cõpia. Actiões somni in corpore duob⁹ modis variantᷓ. Primus est ex tꝑis eius quãtitate: q᷑ plurim⁹ somn⁹ ṽtutes aĩales eneruat: corpusqꝫ debilitat: refrigerat ꝛ humectat: flegmaqꝫ in eo augmẽtat: naturalẽqꝫ calorẽ debilitat. Moderat⁹ võ cibos digerit: corp⁹ spissat: laborẽ soluit: calorẽ nãlem augmẽtat: humores bonos facit: mẽbra recreat: mentẽ clarificat: cogitationẽ ac visuꝫ emẽdat. Porro si tꝑato minor sit somn⁹ inde fit anime debilitas: nature imbecillitas: digestiõis paucitas: corporisqꝫ siccitas. Secũdus modus est ex materie quã inuenit mensura ꝛ qualitate. Nã si sit in stomacho cibus indigestibilis in corpe mã inobediẽs decoctiõi eiusqꝫ quãtitas maior q̃ꝫ ṽtus totius naturalis caloris qui interiora ingreditᷓ ad decoquendũ materiam ꝛ digerendũ cibũ materia: diũ illã supat imutationẽ ab ea nõ suscipit sed illã extinguit. Ob hoc illis qui multitudine ciboꝝ vtuntᷓ: papi-

tur non dormire: donec ab eoꝝ stomacho quodāmodo cibus dissoluat᷑. Judicimꝰ quoqꝫ febricitantibꝰ ꝑiodi tꝑe somno abstinere. Si aūt oīno corpus vacuū sit: sine cibo calor nālis conuertit᷑ ad corporis humiditatē: ⁊ exurit atqꝫ ꝯsumit eā: dehinc ipse calor deficiet sꝫ si est mā: cibusqꝫ moderate quātitatis calor nālis ad īteriora corporis intrat: materiāqꝫ maturat: ⁊ cibū digerit: corpꝰ calefacit ⁊ humectat: ⁊ eius auget᷑ corpulētia. Uigiliaꝝ quoqꝫ q̄dā extra nāles sīt de qbꝰ dicet᷑ cū de causis morboꝝ aget᷑. Quedā vō nāles: ⁊ he corpus laxant. naturalesqꝫ virtutes: aīales vō cōfortāt: calor enī nālis ad exteriora corpis ꝓgredit᷑: quo sensus ⁊ motꝰ cōfortat᷑. Ob h̄ interiora vigilie refrigerāt: exteriora vō calefaciūt ⁊ desiccāt. Porro si nimie fiāt vigilie corpis calor ac siccitas auget᷑: ⁊ eiꝰ habitudo corrumpit᷑.

¶ De Regimine somni. C. XCII.

Constantinus vbi supra. Somnū oportet fieri post cibum. Si tñ tēperatus hmōi enī somnus magnū solamē vel iuuamē cibis digerēdis accōmodat: qꝫ si multꝰ fuerit cibꝰ ⁊ crossus somnus necessario fit multus. Secūdum cibū crossitatē ⁊ multitudinē oportet esse somnū multū aut paucū: sꝫ q̄ cibis multū sīt repleti: nō dormiāt quoadusqꝫ cibꝰ ad stomachū ingrediat᷑ ne calorē nālē obruat ⁊ extinguat. Cibo vō leui ⁊ facili existēte: somnꝰ sit paruus. Uigilijs vō nō oportet aliquē vti in regimine sanitatis: corpus enī calefaciūt ⁊ desiccāt. ⁊ digestiue virtuti repugnāt. Razi in. iiij. parte. Post comestionē oportet hoīem somno tā diu abstinere: donec cibꝰ ab ore stomachi descēdisse: ⁊ inflatio atqꝫ grauedo iminui ⁊ īferiꝰ mergi sentiat᷑: qꝫ si tardet᷑ nō icōgruū est vt parua de ambulatiōe iuuet᷑. Obseruādū est etiā ne de vno latere ad aliud sepe voluet᷑: hinc enī digestio tardat īflatio rugitusqꝫ sequit᷑: puluinar etiā altū sit ⁊ p̄cipue si cibꝰ nōdū ab ore stomachi descēdit: somni vtilitas aīe laborē aufert: ⁊ cogitatōeꝫ ac rōnē q̄ hebetes erāt ⁊ quasi fesse subtiliat ⁊ acuit corpisqꝫ fatigationeꝫ mitigat ac meliorē efficit: ⁊ corpꝰ īpinguat. Multū tñ dormire corpꝰ dissoluit ⁊ teneꝝ efficit: flegmatis quoqꝫ multitudinē in eo creat: ⁊ ipsum īfrigidat: qd̄ in corporibꝰ crossis ac pinguibꝰ p̄cipue facit. Uigilie vō multe calorē icēdunt ac deformē faciunt corpusqꝫ desiccāt ⁊ in eo colerā rubeā augmētāt: Qd̄ precipue operant᷑ quādo corpora macra sunt.

¶ De Coitu ⁊ eius iuuamētis. C. XCIII.

Hali vbi supra. Post somnū ⁊ vigiliaꝫ iusto sequit᷑ ordine coitus speculatio: q̄ inter euacuationes naturales computatur: cū spermatis emissio fit quedaꝫ exinanitio pertinēs ad regimē sanitatis: spma quidē fecit natura materiā generationis. Est enī q̄dā corpis supfluitas quā ad sua vasa natura perducit: ⁊ generationi aptat ad cōseruationem speciei: nec est vt alie supfluitates quibꝰ oīno natura nō īdiget quales sunt emunctiones: sputa: sudor: vrina: ⁊ similia: fit enī ex meliori ⁊ laudabiliori que est in corpore substantia. Unde dicit gali. in li. de sanitatꝭ custodia: qꝫ in eo dominat᷑ ignis ⁊ aeris substātia. Ideoqꝫ complexio eius calida est ⁊ humida: generat᷑ enim ex claro ⁊ puro sanguine quo principalia ⁊ propria patiuntur ac sustentantur membra: vnde cum in eius euacuatione quis modum transgredit᷑: virtus eius debilitatur: corpus desiccatur: ⁊ defectus sequitur: Cuꝫ enim euacuauerit natura quod in testibus sperma paratum inuenerit: si deinceps homo vtatur coitu: natura sanguinem qui spermatis generationi paratus erat in superioribus organis necessario attrahit: illumqꝫ excoquit: ⁊ optimuꝫ sperma facit: si autem omnino modum coitus homo excesserit: necesse est in testibus ac spermatis instrumentis materiam que in nutrimento principalium membrorū parata erat attraheret ex qua cum nihil iam superfuerit bonū attrahunt sanguinē: que in naturā principalium membrorū alterabatur nec superest illis aliquid quo pascantur: vnde ⁊ plurimos videmus cum coitus modum excesserint sanguinē emittere Quod cū ita virtutem debilitari necesse est ac dissolui. si vero coitu quis vt oportet vtatur cogitationes sedat: iram mitigat: melancolice passioni prodest: ⁊ etiam morbis flegmaticꝭ. Somniorū quoqꝫ multitudini medetur ⁊ appetitum confortat: porro si iuuenis calide ⁊ humide complexionis coitu vsui supersederit: sperma suis augetur in vasis dolor in inguinibus fit ex testiculis cum extensione ⁊ pigritia: hebetudo quoqꝫ sensuum ⁊ intellectus: capitis grauitas: visus tenebre: corpus frangitur: appetitus ciborum minuitur: nonnunquā etiam complexio declinat a statu suo: febrisqꝫ superuenit: aliquotiens etiam maniam patitur ex vaporibꝰ spermatis cerebrū ascendentibꝰ Sepe quoqꝫ multiplicato spermate ⁊ densato fit corpi frigus: ⁊ nōnunq̄ ꝑcordioꝝ tremor: pectoris artatio: sepe etiā scothomia ⁊ vertigo: Homini vō frigide vel sicce cōplexionis nō ē coitus frequētādus: quia pararet ei lesiones: homini nanqꝫ frigido ⁊ humido calor naturalis coagularet᷑: neruiqꝫ dissoluerent᷑: sicco vero siccitas augeretur. Igit᷑ hipocras ⁊ gali: eorūqꝫ sequaces aiunt coitū vnā ex causis esse que sanitatis adhibent᷑ custodie. Nōnulli vō medicoruꝫ dicunt eum in sanitatis custodia non annumerandum.

¶ De Nocumentis eiusdem: C. XCIIII.

Constātinus in li. de coitu. Sicut ḡ virtutem fortē hn̄tes iuuat coitꝰ moderatus: eo qꝫ humor ille inclusus in corpe si solutꝰ non fuerit ledit: sic econtra debilē virtutē habentibꝰ nocet: quia corpus desiccat nimiumqꝫ infrigidat ac debilitat. Preterea humor ipse qui soluit᷑ in corpore in hora qua semen eijcit᷑ substantialis est: ⁊ non sicut humor qui ꝓcedit in euacuationeꝫ: qꝛ ille accidētalis est: huiusmodi aūt a membris habet essentiā ⁊ ex eo cōstant membra: vnde ⁊ a sanis mēbris ꝓcedit sanū ⁊ ab infirmis infirmū. Gali. quoqꝫ in li. seminis: cuꝫ loquit᷑ de superflue coeuntibꝰ non ꝓcedit inquit a membris solus humor: sed etiā vitalis spiritꝰ per arterias exit cū semine. Ideoqꝫ nō mirū si superflue coiēs debilitet᷑. Nā dum corpus euacuat᷑. virtus quoqꝫ vitalis minuit᷑: vnde ⁊ multi mortui sunt. Ob hoc etiam s̄m gali. eunuchi diutius viuūt qꝛ neruo qui eis erigit᷑ abscisso: non descendit semen iuxta cōsuetum: ⁊ ideo coire non possunt. Dicit etiā hipocras qꝫ habenti egritudinē in augmento coitus valde nocet. Preterea cōtingit aliquibus in hora coitus rigor ⁊ tristicia. s. ex mala cōmixtione humoꝝ: ⁊ supueniente calore: qꝛ omne corpus quod malos habet humores: si repente calefactū fuerit rigescit: ⁊ fit inde tristicia. Quibusdā vō supuenit tremor. s. ex malitia superfluitatis: quibusdā etiā fetor. s. ex cōmixtione putrida que calore soluit᷑. Quibusdam autē venter inflatur: qꝛ. s. naturalis calor in eo debilitat᷑: hisqꝫ contingit vt coire semper appetant ꝓpter ventositatū multitudinē que introrsum cōtinent᷑. Quibusdā vō post coitū dolor capitis contingit: eo qꝫ ꝑ motionem ascendit fumus ad caput ex humiditate sanguinis ⁊ superfluitatibus corporis ex mala cōmixtione.

¶ De his que coitū iuuāt: ⁊ his que impediunt. C. XCV.

Sunt aūt nutrimenta quedā que semē generāt. s. ea q̄ multū nutriunt ⁊ inflāt. i. ventositatem generāt: hec enī ꝯueniūt seminis existētie: qꝛ nā eius cōstat ex humore ⁊ spiritu: Maxie aūt si addat᷑ tertiū. s. calor. Auxiliant᷑ et q̄ calida sunt: siue ꝑ calorē illud attrahāt: ⁊ de occultis vasis extrahāt ⁊ extrinsecꝰ ferāt siue cōmisceant᷑ nutriētibꝰ: ⁊ ex his tria fiāt: vbi grā: fabe nutriūt ⁊ ventositatē faciūt: sed qꝛ frigide sunt vno carēt ⁊ duo possidēt: hmōi ḡ si zinziber vel piꝑ nigrū vel hmōi q̄ calida sīt misceant᷑: nutrimētū fit quo semē generet᷑. In cicere vō sil̄ hec tria ꝯcurrūt: qꝛ calidū ⁊ humidū est nutrit ⁊ inflat: ⁊ hoc solū nāle semē generat cui etiā rapa appropinq̄t. Quedā aūt semē generāt ⁊ extrahūt: vt piper: pinee: ficꝰ: ⁊ recentes carnes ⁊ cerebelle ⁊ vitella ouoꝝ. Satirion quoqꝫ libidinē accendit: ⁊ zinziber ⁊ costū dulce: costus orietalis: cardami semen: vrtice: anisuꝫ: ⁊ silia. Quedā vō semen nō generāt: sed desiccāt. s. calida ⁊ sicca: vt anetuꝫ ⁊ ruta. ⁊ his silia. Quedā aūt semē ipsuꝫ ꝯdēsant: ꝓhibēt ⁊ īpediūt: ac libidinē extinguūt: vt lactuca: portulaca: cucurbita: mora celsi: cucumeres: melōes pisces ⁊ silia. Quecunqꝫ. s. frigida sunt ⁊ humida frigida quoqꝫ ⁊ sicca omnia ventrē comprimunt: vt acetum ⁊ vua amara. Magis autem si lenticule coquant᷑ cum semine lactuce ⁊ elixata bibatur libidinis appetitus extinguitur.

¶ De Ceteris euacuationibus naturalibus. C. XCVI.

Hali vbi supra. Cetē nāles euacuatōes sīt egestio vrina: sāguis mēstruoꝝ. ⁊ q̄ a palato ꝯfluūt: ⁊ silia Que si modū excesserit aut ab emissōe nāli repssa fuerit corpi nocēt: ⁊ morbos generāt. Nā si artet᷑ egestio vl̄ vētositas: ⁊ ab egressu ꝓhibeāt colerica passio fit: ⁊ tēasmō: ⁊ tortio ⁊ āgustatio: defectꝰ appetitꝰ. aīe turbatio: atqꝫ subuersio: coleratū vomitꝰ: ī ītestinis vētositas ⁊ ī stōacho. Si aūt illiꝰ augeat᷑ euacuatiō: vtutis accidit debilitas: vel etiā casus. Et si qd̄ euacuat᷑ colericū est vlcera in intestinis exarāt. Urina vō cū egredi ꝓhibet: difficultas vrine fit ⁊ eius adustio: vesice quoqꝫ dolor: ⁊ vrine meatibus ac renibus eisdēqꝫ locis excoriatiōes ⁊ vlcera. Si aūt amplior iusta fuerit vrine emissio: sitim nutrit: virtutem debilitat ac dissoluit: corpus desiccat. Similiter ⁊ in menstruorum sanguine si eorum mora negligatur: morbos pessimos generant: epar refrigerant: calorem naturalem suffocāt. Nōnunq̄ etiā fit hidropisis ⁊ corruptio complexionis. Por si vapores ad cor ascenderint: defectus ⁊ angustiatio fit. Si autē ad cerebrū patitur emigraneum ⁊ diuturniores cephalee visus tenebre: vertigo: obstupefactio: ⁊ his similia. Porro si

coitum amissio modum transgrediatur: calor naturalis in minutio ne sue materie debilitatur: epar quoque refrigeratur eo quod sanguis minuitur bidropis paritur: simulque complexionis corruptio comitatur: Eadem accidunt et ab emoroidarum sanguine: si minoretur cui consuete sunt: et si ei abundet emissio. Si quoque et ab ore superfluitas multa consueuit emitti si emoretur: fiunt in cerebro passiones et morbi: vt opilatio vertigo ob stupefactio. Ampliori vero emissione facta succedunt vigilie lenitas faciei: desiccatio oculorum: et bis similia. Ob hoc igitur corpus emissioni superfluitatum naturalium que in eo sunt oportet assuescere: et si plus iusto fiant reprimere.

De Accidentibus anime. C. XCVII.

Haly. Accidentibus aut animalibus ficut et ceteris causis predictis corpus immutatur intantum vt quandoque morbus: quandoque sanitas ex eis generetur: non nulli quoque moriantur: si in eis borum aliqua roborentur. Sunt aut hec: ira: gaudium: tristicia: cura: timor: verecundia stupor. Ira est sanguinis cordis ebullitio: naturalisque caloris motus et ad exteriora exitus simul subitoque ad vlciscendum que nocet. Calefacit aut corpus et desiccat coleram rubeam confortat: intantum vt febrem diei pariat. Et siquidem in corpore est humor ad putrescendum paratus: febrem putridam generat. Si aut ira immoderate fuerit: virtutem naturalem dissoluit: minime tamen mortem asciscit. Est aut hmoi complexionum frigidarum hominibus conueniens: si tamen vltra modum non fiat calorem enim naturalem commouet cum quo et sanguinem vitalem forti motu ac veloci mittit: et colorem humidum nali competentem reducit. Sanguis etenim a venis egreditur: et in membris residet: huius rei signum est quod ira torum oculi totaque facies rubescit: ac vene pariter intumescunt. Gaudium est naturalis caloris exitus ad exteriora corporis: eiusque diffusio paulatim facta. Huius est animam confortare: calorem naturalem et humores temperare: sanguinem per temperantiam caloris naturalis augere: corporis corpulentiam facere. Itaque corporibus omnibus temperatis conuenit: nisi quando semel subitoque fit: dissolutione ac dispersione naturalis caloris interficit. Tristicia est ingressus naturalis caloris ad interiora corporis paulatim: intantum vt quandoque corpori febrem afferat vnius diei: cuius si diuturnius fiat tempus fortiter calefacit corpus et omnia membra: solidatur quoque calor naturalis principalibus membris: fitque corpus humidum quemadmodum ethica febris. Si igitur in frigidarum complexionum corporibus immoderata tristicia fuerit: corpus refrigerat: et calor naturalis extinguitur sua in corporis interiora conuersione: qua ex re imminutus coagulatur: tristicia itaque omnibus corporibus est nocens et ea subuertens maxime que frigida et sicca. Cura est ingressus aliquando caloris ad interiora aliquando aut egressus. Intrat quidem cum de quibus ei cura est desperat. Exit aut cum adipisci sperat. Oportet aut eum quod continuo ac diuturniori vtitur gaudio: cogitationem immiscere rebus tristibus et curiosis: ne forte naturalis calor euanescat nimia gaudij copia dissolutus et econtra. Timor est ingressus naturalis caloris ad interiora corporis propter anime fugam ab aliquo nocenti et exasperanti. Naturale est enim animam a nocentibus et subitantibus que non consueuit timere et fugere. Verecundia porro et stupor fiunt ad naturalis caloris in interiora corporis ingressum: exterius que regressum simul ac subito. Calor enim a verecundia mouetur: primum totus simul sicut pauoris tempore fugiens ab eo de quo verecundatur debilitatis causa de hinc vero roborat illud cogitatio: reducitque simul ad exteriora: vnde et color verecundie per tempore vicissim et pallescit et rubescit. Duo autem hec accidentia: timor et verecundia minime corpori conueniunt.

De Accidentium anime signis. C. XCVIII.

Razi vbi supra. Audacie signa sunt capilli fortes et asperi: statura erecta ossa fortia: collum quoque forte et crossum et multum carnosum: pectoris ampla tenuitas: coxe graciles: cutis appropinquans siccitati: frons venas et pilos habens: et rugis carens: erecta supercilia: carnium equalitas: ventris gracilitas: magnum spacium inter scapulas. Timiditatis vero signa sunt capilli plani: statura depressa: color citrinus: oculi debiles qui semper clauduntur et aperiuntur cum festinatione quadam: intuitus vero quasi tristis: manus pedesque subtiles et macri. Iracundie signa sunt facies feda: colorem habens rubeum cum obscuritate quadam: cutis faciei sicca: totius corporis macies: rugosa facies: nigredo capillorum ac lenitas. Inuerecundie signa sunt oculi multum aperti forisque prominentes et acute intuentes: palpebre crosse: statura non multum longa: loquacitas multa. In incessu quoque pectus anterius tendens humeri eleuati: motus festinus: facies rotunda color ruffus multum habens sanguinem: pectoris temeritas: parumper gibbosa. Signa delectantis in amore mulierum sunt coloris albedo ruborem habens admixtum: multitudo capillorum atque crossicies lenitas et nigredo: multi quoque super tempora capilli et oculi crossi. Homo multum ridens apparet benignus et ab omni solicitudine remotus: qui vero parum ridet huic est con

contrarius. eique displicet quicquid ab alijs fieri videtur: qui tamen alta voce ridet tussit. aut difficultatem spirandi patitur. inuerecundus est et tyrannus.

De Motionibus spiritus. C. XCIX.

Auicenna vbi supra. Omnia aie accidentia sequuntur vel eis associantur motiones spiritus aut exterius aut interius. Et hoc aut erit subito aut paulatim. Motionem aut spus ad exteriora sequitur frigiditas eius quod est interius. Et fortasse superfluit illud quod resoluitur: subito quod exterius et interius infrigidatur: vnde sincopis aut mors eam sequitur. Motum vero spiritus ad interiora sequitur frigiditas exteriorum et caliditas interiorum. Et est quandoque cum magna coangustatione constringitur et interius et exterius infrigidatur et sincopis magna vel mors ipsum sequitur. Motus quidem ad exteriora aut subito fit sicut cum est ira: aut fit leuiter et paulatim: sicut contingit cum assunt delicie: et gaudium temperatum. Motus vero ad interiora: aut est subito vt cum adest timor. Aut leuiter et paulatim vt cum adest tristitia. Suffocatio quidem et resolutio predicte nunquam sequuntur. nisi illud quod subito. i. impetuose euenit. Diminutio vero et prostratio nature nunquam nisi illud quod leuiter et paulatim accidit: quandoque aut accidit vt in vna hora moueatur ad duas partes: sicut in verecundia: primum enim constrictio fit ad interiora: deinde rursus redit et consilium: et dilatat illud quod constrictum est et egreditur exterius: coloremque rubificat: quandoque etiam patitur corpus propter affectiones animales alias a predictis: vt sunt imaginationes animales que plurimum res imprimunt naturales: quemadmodum accidit vt puer qui gignitur ei cuius forma in hora conuentionis. i. coitus imaginata fuit assimiletur: huius generis est motus sanguinis consecutio eius quod preparatur. ad eam cum homo multum intentus fuerit ad considerandum res rubeas. Istius etiam capituli est mutatio complexionis propter imaginationem rei quam timet ne cadat in eam. Iohannicius. Sunt igitur accidentia quedam que faciunt intra corpus sicut ea que mouent calorem ab interiori parte ad superficiem cutis. aut impetuose vt ira aut leuiter et suauiter vt delicie. Sunt etiam que caliditatem ad se contrahunt: aut impetuose vt error ac timor aut leuiter vt angustia. Sunt et que naturalem virtutem intus et extra commouent vt tristicia. Ex li. de regimine sanitatis. Omnia vero accidentia anime sunt negligenda preter leticiam: quia calorem excitat naturalem. Conuenit tamen aliquando vt cum cogitatione et disputatione misceatur: vt confortetur mens: et interdum cum ira. vt confortetur virtus.

De Rebus extra naturalibus. C. C.

Haly vbi supra sermone sexto. Res extra naturales sunt morbi et eorum cause et accidentia sequentia: hominis. n. subsistentia sanitasque per rerum naturalium temperamentum est hec aut temperantia in corpore sano inuenitur: et circa complexionem membrorum consimilium. et in compositione membrorum principalium. Porro temperantia consimilium membrorum est ex tempie humorum. Et temperies membrorum instrumentalium est ex temperie materiei ex qua fetus constituitur: et bonitate virtutis informantis. Ex temperie vero membrorum organicorum temperantia fit actionum. Que cum ita sint rerum naturalium temperies in corpore est. in humoribus et in membris et in actionibus. Et si quidem horum trium aliud a temperantia recesserit habitudinem extra naturalem facit. Itaque si humores a temperantia cesserint: morborum causa fit. Si vero membra morbus accidit. Si actiones accidentia sequuntur. Auicenna. i. canone. Causa in medicina est id quod primo est et exquo prouenit inuentio dispositionis alicuius in humano corpore aut eius fixionis. Egritudo est dispositio non naturalis in humano corpore ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum prouentu primo. Et est aut complexio non naturalis: aut compositio non naturalis. Accidens aut est quod hanc sequitur dispositionem siue sit naturali contraria: sicut dolor in colica: siue non sicut rubedo multa maxille in perypleumonia: verbi gratia. Exemplum cause est putredo egritudinis aut febris. Accidentis vero sitis et dolor capitis. In egritudine instrumentali exemplum cause est repletio in receptaculis que ad oculum descendunt. Egritudinis autem opilatio inuuea: accidentis vero destructio visus. Item causa reumatismus. Exemplum egritudinis est apostema in pulmone. Accidentis aut ambarum maxillarum rubedo et gibbositas vnguium: accidens quidem dicitur respectu essentie sue: vel per comparationem eius cui accidit. Significatio respectu considerationis medicina ad ipsum et processionis eius ab eo ad sciendum egritudinis essentiam. Et quandoque contingit quod egritudo vna alterius causa fit: vt colica sincopis aut paralisis aut epilensie accidens quoque plurimum causa est egritudinis: sicut in colica dolor fortis causa fit vt accidat sincopis. Plerumque etiam ipsum accidens egritudo fit: sicut dolor capitis qui ex febre accidit. Preterea quandoque res vna comparatione sui et rei que est ante ipsam. et rei que post ipsam est egritudo et accidens et causa. verbi gratia. febris ethica est accidens apostematis pulmonis. et est egritudo in se. et est causa debilitatis

tis stomachi. Similiter dolor capitis qui accidit ex febre qñ sequitur ipse dolor non solum est accidens febris: sed ⁊ egritudo in se: ⁊ plurimum est causa frenesis que prouenit ex eo.

De dispositionib⁹ corpoꝝ ⁊ causis eoꝝ. C. CI.

Corporis humani dispositiões ſm gali. sunt tres. Prima est sanitas que est dispositio p quã corpus hois in sua cõplexiõe ⁊ cõpositione tale existit: vt ex eo operationes oẽs ꝓueniant incolumes. Secũda est egritudo que est dispositio in corpe hois huic contraria. Tertia nec sanitas nec egritudo est: aut qꝛ nõ ẽ sanitas in vltimo vel egritudo in vltimo: sicut sunt corpa senũ ⁊ cõualescentiũ ⁊ pueroꝝ: aut qꝛ ambe res in vno tpe in duob⁹ copulate sunt mẽbris vel in vno mẽbro: sꝫ in duob⁹ generib⁹ remotis: sicut q̃ est in cõplexione sanus ⁊ in cõpositiõe eger: aut in vno mẽbro duoꝝ generũ ꝓpinquoꝝ: sicut q̃ est sanus in figura: ⁊ nõ in quãtitate ac situ: aut q̃ ẽ sanus in duab⁹ qualitatib⁹ passiuis: ⁊ nõ in duab⁹ actiuis: aut vicissitudine duaꝝ reꝝ in duob⁹ tpib⁹: vt sanat̃ in hieme: ⁊ infirmat̃ in vere. Isidorus vbi supra. Sanitas ẽ integritas corpis ⁊ tẽperãtie nature ex calido ⁊ humido qd̃ est sanguis vnde ⁊ sanitas dicta ẽ quasi sanguinis stat⁹. Morbi generali vocabulo oẽs corpales passiões corpis cõtinẽt: qd̃ inde veteres morbũ noĩauerũt: vt ipsa appellatione morꝭ vim q̃ ex eo nascit̃ demõstrarẽt. Inter sanitatẽ aũt ⁊ morbũ media est curatio q̃ nisi morbo cõgruat nõ ꝑducit ad sanitatem. Morbi oẽs ex quattuor nascunt̃ humoribus. i. sanguine ⁊ felle melancolia ⁊ flegmate. Ex ipsis enĩ regunt̃ sani ⁊ ex ipsis ledunt̃ isani. Dũ enĩ amplius extra nature cursum creuerint egritudines faciũt.

De causis vniuersalib⁹ dispositionũ corpis. C. CII.

Auicenna vbi supra. Cause dispositionũ corporis sunt tres. s. antecedẽtes ⁊ cõiuncte ⁊ pmitiue. Antecedẽtes sunt cause corpales. s. humorales aut cõplexionales aut cõpositiõales ex q̃b⁹ aduenit dispositio aduẽtu nõ pmo: sꝫ mediãte aliquo. Cause cõiuncte sunt corpales ex q̃b⁹ ꝓuenit dispositiões ꝓuẽtu pmo. s. absq̃ medio. Primitiue sunt cause nõ corpales ex q̃b⁹ aduenit dispositiones aduẽtu pmo vel nõ pmo. Antecedẽs igit̃ cã coniuncte cõicat in h̃ q ambe sunt res corporee. s. humorales aut cõplex. aut cõpo. Primitiue vo sunt q̃ extra corpis substãtiã existũt: aut ex pte corporuꝫ extrinsecoꝝ: vt qd̃ accidit ex verberatiõe vel aeris caliditate. vel ex cibo calido ⁊ frigido q̃ corpi aduenit. Vel etiã ex pte aie q̃ aliud ẽ a corpe: vt qd̃ accidit ex ira vl' timore. Exẽplũ causaꝝ accidẽtiũ ẽ repletio febris ⁊ repletio receptaculoꝝ oculi vt in ipm aqua descendat. Exẽplũ causaꝝ coniunctaꝝ ẽ putredo febris ⁊ humor q̃ ad foramen descẽdit opilatiõi: ⁊ opilatio cecitati. Exẽplũ causaꝝ pmitiuaꝝ ẽ caliditas solis aut fortitudo mot⁹ aut tristicia vel vigilie: vel comedere rẽ calefaciẽtẽ vt allia: ⁊ hoc totuꝫ febri aut pcussio dilationi: ⁊ descensus aque ad oculũ. Oẽs autem cause aut sunt cause ſm essentiã: vt piper cũ calefacit: ⁊ opiũ cũ infrigidat. Aut ſm accidẽs vt aq̃ frigida cũ calefacit: eo q inspissat cutẽ: ⁊ retinet caliditatẽ: ⁊ aq̃ calida cũ ifrigidat qꝛ resoluit: ⁊ sicut scamonea cũ infrigidat: eo q hũorẽ calefaciẽtẽ expellit. Nõ oĩs aũt cã q̃ corpi aduenit in ipsuꝫ operatur imo pter hec tria sunt necessaria. s. fortitudo sue virtutis agẽtis ⁊ fortitudo virtutis corpis pparatiue. Et possibilitas pmittẽdi vnũ tãgere aliud. s. vt tã diu pmittat̃ vnũ aliud tangere donec eius in illud opatio valeat puenire. Qñq̃ vo causaꝝ dispositiões in eo qd̃ ex eis ꝓuenit diuersificãt. Aliq̃n enĩ ex vna cã in diuersis corpib⁹ egritudines diuerse ꝓueniũt. Aliq̃n vo diuersificat̃ eius opatio in debili ⁊ forti: vel in eo qui est fortis sensus vl' debilis. Preterea causarũ alie sunt vicarie quarũ. s. cũ separant̃ affectio remanet. i. impressio: alie vero nõ. ex quarũ. s. separatione ꝓuenit sanitas.

De causis necessarijs ⁊ nõ necessarijs. C. CIII.

Preterea cause q̃ mutãt dispositiões corporis: ⁊ ille q̃ cõseruãt: aut necessarie sunt aut nõ. Necessarie q̃dẽ sunt a quib⁹ hoiem egredi est impossibile in toto tpe vite sue. Harũ genera sunt. vj. s. aer circũdãs: cibus ⁊ potus: motus ⁊ quies mot⁹ aiales: somnus ⁊ vigilia: euacuatio ⁊ retentio. Cause vero nõ necessarie nec ipediẽtes sunt ille que sua generalitate nõ sunt naturales nec nature contrarie: ⁊ iste sunt cause corpori obuiantes preter aerẽ q̃ necessarius est: vt balneatio: fricatio: ⁊ similia. Huiusmodi quidẽ cause in hois corpore sunt agẽtes exterius ꝓpter obuiationẽ duob⁹ modis operant̃. Uno. s. mõ penetratiõe eius qd̃ ex eis subtiliat̃ in poris corporis: aut qꝛ mẽbra sibi eas p poros suos attrahũt: aut qꝛ vnũ istoꝝ ab altero imitat̃. Alius vo modus est: qñ nulla operant̃ cõmixtiõe sed pura qualitate corpus ɔuertẽte: ⁊ hoc quidẽ fit: aut qꝛ qualitas hec est in effectu sicut in epithimate frigiditas: qñ infrigidat aut qꝛ est in potẽtia: sed calor inatus q̃ in nobis est cõmouet i eã vtutẽ agẽtem: ⁊ adducit eã ad effectũ: aut ꝓpt' ꝓprietatẽ. Sũt aũt q̃dã ex rebus q̃ corp⁹ obuiãdo mutãt: ⁊ ingrediẽdo nõ mutãt: vt cepe cũ exterius in modũ emplastri supponunt̃ corpi vulnerãt: sed iteri⁹ recepte nõ vulnerãt. Quedã vo res ecõtrario se hñt: vt cerusa q̃ vehemẽter mutat cũ bibit̃: sꝫ cũ ex ea fit epithima: nihil ex hoc opat̃. Quedã aũt st̃ q̃ neutro pdictoꝝ modoꝝ agũt. Cui⁹ rei cã in pte pma diuisiõis vna sex rerũ existit. Quaꝝ pma est: qꝛ cũ hmõi res q̃lis est cepe corp⁹ ingredit̃: digestiua vtus icipit eã ɔfringẽ: ⁊ cito ɔplexionẽ eius mutat: eãq̃ debilitat: nec eã tãdiu incolumẽ dimittit: vt in tali re suã opatiõnẽ pficere eãq̃ vulnerare possit. Alia est: qꝛ sꝫ pluri mũ cũ alia re mixta comedit̃. Tertia q in receptaculis nutrimẽti cũ alijs humiditatib⁹ cõmiscet̃: q̃ ipsaꝫ submergũt: eiusq̃ fortitudinẽ frangũt. Quarta qꝛ qñ est exteri⁹ in vno situ figit̃: sed iteri⁹ se mouendo nõ desicit. Quinta qm̃ exteri⁹ valde stricta tenet̃: sed interi⁹ nõ adherẽdo tãgit. Sexta qꝛ qñ est interi⁹ ipa vtus nãlis pparatione eius regit: ei vsq̃ cito superfluitatẽ expellit: ⁊ in bonũ sanguinẽ cõuertit. Cã vo ei⁹ qd̃ ex cerusie dispõne diuersificat̃ ẽ qꝛ cerusa crosse nature ẽ: crossarũq̃ ptiũ. Ideoq̃ qñ est deforis nõ penetrat i poris: aut si penetrauerit nõ vsq̃ ad poros spũs nec vsq̃ ad mẽbra pricipalia ꝓuenit. Comesta vo res ẽ huic ɔtia: nãq̃ venenosa q̃ ẽ in ea nõ efficit impressionẽ nisi ipressiõe superflua a calore inato qui est in nobis. Et hoc quidẽ nõ acquirit̃ ipsa obuiatione extrinseca.

De causis calefaciẽtib⁹ ⁊ infrigidãtib⁹. C. CIIII.

Causarum calefaciẽtiuꝫ multe st̃ species: ex q̃bus nutrimẽtũ in quãtitate tẽpatũ ⁊ motus exercitij tpatus: ⁊ fricatio: ⁊ tpata: cõpressio ventosarũq̃ absq̃ scarificatiõe positio. Nã illa que cũ scarificatiõe fit: infrigidat p euacuationẽ. Motus etiã parũper fortis ac multis: nec tñ superflu⁹: nutrimentũ quoq̃ calidũ: medicina calida ⁊ balneũ tpatũ qd̃ aere suo ⁊ aqua calefacit: ⁊ obuiatio rerũ nõ superflue calefacientiũ vt aeris ⁊ emplastroꝝ: vigilie quoq̃ equales ⁊ somnus tpatus: ⁊ accidẽtia similit̃ anime tempata. tristitia nãq̃ nimia infrigidat. Itẽ putredo cuius ꝓprietas est vt caliditatẽ extraneã euenire faciat ⁊ nõ ampli⁹. Eius si q̃dem operatio est alia a calefactione absoluta ⁊ adustione que etiã inter se differunt adurere nanq̃ est. vt humida ⁊ sicca substantia separentur. ita q illa sublimet̃ ⁊ hec descendat. Calefacere vo simpliciter est: vt oẽs humores ſm suas spãles naturas remaneãt: sed plus calidi fiant. De calefacientibus aũt est spissitudo superficiei corpis: calefacit enim qꝛ vaporẽ retinet: ⁊ raritas intus in corpe: calefacit enĩ qꝛ vapores dilatat. Hali. aũt medicoꝝ princeps has oẽs causas in. v. generib⁹ cõprehendere cõsueuit motu nõ superfluo: ⁊ obuiatiõe rei q̃ non superflue calefacit: ⁊ materia calida que corpi aduenit ⁊ spissitudine ac putrefactione. Infrigidantia vo sunt motus superfluus qui calorem innatũ superflue resoluit. Quies quoq̃ superflua que calorẽ ipsum coadunat ⁊ claudit. Preterea nutrimentũ superfluũ aut diminutuꝫ aut frigidũ: medicina quoq̃ frigida: ⁊ obuiatio eius quod superflue calefacit ex aeribus ⁊ emplastris ⁊ aquis terrarum: hec etenim lacerant corpus: ⁊ resoluit̃ ab eo calor innatus. Obuiatio quoq̃ rei q̃ temperate calefacit longo tpe: sicut multa in balneo mora: calorem enim suffocat innatum. Itẽ obuiatio rei que ſm potentiam infrigidat. licet in presenti calida existat. Item retentionis superfluitas: qꝛ calorem innatũ suffocat. Euacuatio quoq̃ superflua quia materiã eius destruit. Ex his etiam est vehementer membra stringere ⁊ ea stricta permanere: quia caloris viam claudit. Itẽ nimius amor vel gaudiũ aut delicie tristitiaq̃ superflua. Artificiũ quoq̃ infrigidans ⁊ cruditas que putrefactioni est opposita. Hali. aũt has in. vj. causis solet comprehendere. s. motu superfluo ⁊ quiete: ⁊ eius qd̃ infrigidat: aut vehementer calefacit donec resoluat obuiatione: infrigidãte quoq̃ materia spissitudinis vehementia. nutrimentiq̃ nimia paucitate.

De causis humectantibus ⁊ desiccantibus ⁊ figuram corrumpentibus. C. CV.

Humectantes cause sunt q̃es ⁊ somnus. eiusq̃ quod euacuari solet retentio: siccãt humoris euacuatio: nutrimẽti quoq̃ multũ ⁊ humectãs: ⁊ hũectãtib⁹ quoq̃ rebus obuiare: pcipueq̃ balneo: ⁊ post comestionẽ ꝓprie. Itẽ medicinã humectãtẽ accipe: ⁊ ei qd̃ ifrigidat obuiare: qm̃ hũorẽ retiet. Silr ⁊ ei qd̃ tenuit̃ calefacit: qm̃ humorẽ currere facit: pter hec etiã gaudiũ tpatũ. Desiccatiua vo st̃ mot⁹ ⁊ vigilie coit⁹ ⁊ vehement̃ corp⁹ euacuare: nutrimenti quoq̃ paucitas ⁊ siccitas: desiccãs medicina: motũ

animaliũ frequentiã. desiccantibus obuiare: in aquis stipticis balneari: frigus etiã cõgelãs qꝛ ꝓhibet mẽbrũ nutrimẽtũ sibi attrahere. Ipsum enĩ mẽbrũ stringit: ꝛ ob h' in eo opilationes accidũt: q̃ nutrimẽtũ penetrare nõ sinũt. Ex his etiã est multũ balneari: ꝛ obuiare rei vehemẽtis caloris q̃ supflue resoluit. Ex causis figurã corrũpẽtibꝰ quedã accidũt in ꝑncipio creature ꝓpter quas ĩformatiue vel digestiue virtuti q̃ sunt in spmate deficit cõplemẽtũ opationis sue. Quedã aũt accidũt cũ a matrice fetꝰ sepaꝛ: q̃dã võ qñ ligaꝛ infans: vel qñ teneꝛ. Sũt ꝛ alie cause ꝑmitiue q̃ extrinsecus adueniũt: vt casus aut ꝑcussio. Et ex his sunt cause q̃ accidũt ꝓpterea q̃ se vult mouere anteq̃ mẽbra durescãt: ꝛ anteq̃ ambulare possint. Ex his etiã sunt egritudinales cause: sicut lepra: ptisis: spasmus ꝛ extẽsio. Et est cũ ꝓuenit ꝓpter pinguedinẽ nimiã. Et ẽ cũ accidit ꝓpter superfluã maciẽ. Et ẽ qñ ꝓpter apostema. Et ẽ qñ ꝓpter ĩfirmitatẽ situs. Et ẽ cũ accidit ꝓpter consolidationis vlcerũ malitiã.

De Causis cõstrictionis ꝛ dilatatiõis pororũ. C. CVI.

Iohannicius. Constrictio pororũ fit. iiij. occasionibꝰ: aut enĩ ex cõstrictiõe attenuatoria: aut ex carnositate: aut ex coartatione. Cõstrictio attenuatoria võ aut fit ex nimietate virtutis retinẽtis: aut ex debilitate virtutis ĩpellẽtis: aut ex abũdantia frigoris: aut ex abũdãtia cõstrictiõis cõprimẽtis aliquã ptẽ loci: aut ex abũdãtia siccitatis: vt sepe euenit ex ligatura cõstricta. Ex carnositate võ cõstringunꝛ pori. vt si acciderit aliq̃d apostema vt fiat carnositas: aut si prius euenerit aliq̃d vulnus. Ex coartatiõe cũ ceciderit aliq̃d in poris: vt humiditas siue lapis siue coagulatus sanguis aut aliq̃d latitãs in eis: vt supflua caro vel scabies de eius cõtrario. Largitas quoq̃ pororũ quattuor modis fit: aut ex multa cõmotione ĩpellẽtis virtutis: aut ex debilitate retinẽtis: aut ex abũdãtia caloris ꝛ humoris: aut ex medicamentis aperientibus.

De Causis opilationis. C. CVII.

Auicenna. vbi. s. Opilatio accidit aliquando ꝓpter cãm extraneã: que in cãnali accidit. Et h' aut extraneũ est in suo genere sicut lapis. aut in sui quãtitate: sicut fex multa: aut in sui qualitate vt ꝓpter sui grossiciẽ aut viscositatẽ. Aut qꝛ cõgelatũ est vt sanguisuga illa q̃ cõgelata est. Aliqñ võ accidit opilatio: qꝛ clausum ẽ foramẽ ꝓpter vlceris in eo facti cõsolidatiõem: aut ꝓpter addite rei nascẽtiã: vt carnis verrucose claudẽtis. Aliqñ etiã qꝛ cannalis coopeꝛiꝛ ꝓpter apostematis cõprimẽtis vicinitatẽ. Aut ꝓpter factã ex frigore cõstrictionẽ. Aut ꝓpter vehemẽtẽ (que ꝓpter stipticã causam accidit) siccitatẽ. aut ꝓpter virtutis retẽtiue fortitudinẽ. Aut ꝓpter ligaturã fortẽ. In hieme q̃dẽ multe sunt opilationes: qꝛ frigus stringit: multãq̃ retinenꝛ supfluitates. Ampliaꝛ aũt cannalis aut ꝓpter retẽtiue debilitatẽ: aut ꝓpter motũ expulsiue fortẽ: ꝛ ex hoc quidẽ mõ est anhelitũ retinere. Aut ꝓpter medicinas aperiẽtes: aut ꝓpter medicinas laxãtes calidas ꝛ humidas. Coãgustanꝛ võ cannales ex harum causarũ contrarijs. ꝛ propter opilationes. Asperitas autem accidit aut propter causam medicine que vehementer abstergit sua inscisiõe: sicut supfluitates acetose: aut sua resolutione sicut spuma maris ꝛ superfluitates acute: aut propter causam stipticã que propter siccitatẽ suam exasperat sicut res pontice vel frigide qꝛ constringunt: aut propter res terrestres que super membrũ iacent sicut puluis. Lenitatis causa aut est glutinans propter sui viscositatem aut subtiliter resoluens que materiam subtiliat ꝛ ipsam currere facit: ꝛ spissitudinem a membri superficie remouet.

De Causis supflue retẽtionis ꝛ euacuatiõis. C. CVIII.

ex ꝯtinuatiōis sepatione. Neruo aūt cōcauo accidit incōmodū ex
opilatione. q̄ quidē ei fit aut ex humore crosso ⁊ viscoso: aut ex cō
pressione. Egressio spūs a natura sua est: aut in sua q̄litate aut q̄nti
tate: aut simul in vtroqꝫ. In q̄litate quidē: vt si denset᷑ ⁊ inde visus
paucitas fit. aut si subtiliet᷑: ⁊ inde visus melior fit. In quātitate vō
si augmētata fuerit: ⁊ inde visus quoqꝫ melior efficit᷑. aut iminuta
⁊ inde visus debilitat᷑. Si vō q̄litas cū quātitate cōponat᷑: q̄ttuor
fiunt cōpositiōes huiusmodi. Si fuerit spūs subtilis ⁊ multꝰ: quā
libet rem ⁊ de prope ⁊ de lōge bene intuet᷑ hō. Multi nāqꝫ spūs ē
in loca remotiora se extēdere. Subtilis aūt spūs est comprehēdere
quelibet optima cōprehensione. Si vō multus sit ⁊ crossus: quod
lōgius est hō spūs multitudine videt: nō tn̄ bene: quia crossus est.
Porro si paucus sit ⁊ subtilis: quod proximū est optime videt sua
subtilitate. non autē intuet᷑ longinqua propter sui paucitatē. Qꝫ si
paucus sit ⁊ crossus: quod remotū est nō videtur sui paucitate: nec
quod proximū est pre crossitie.

¶De Accidentibus pupille foramini. C. CXXIIII.

QUe vō accidunt visui ꝓpter incōmodū alicuiꝰ mē
broꝝ: q̄ in auxiliū cristalleidos humores para
ta sunt: fiūt incōmodi cā: qd̄ ⁊ pupille accidit foramini:
aut euagaidos humori: aut tunice cornee: aut palpebri.
Foramini quidē accidit incōmodū q̄ttuor modis. s. cū dilatat᷑ vel
artat᷑: vel cōmouet᷑: vel ꝯscindit᷑. Dilatatio vō aut est naturalis aut
extranaturalis. ⁊ vtraqꝫ mala est: qꝛ lumē oculi spargit᷑: ⁊ nō ꝯgre
gat᷑. Fit aūt duabꝰ ex causis. Prima est propter vuee tunice siccita
tē: qꝛ cōgregant᷑ partes q̄ sunt in circuitu foraminis ⁊ cōprimunt᷑:
⁊ a centro remouent᷑. ⁊ huiusmodi passionis sanatio difficilis est:
aut propter apostema quod in ea fit: ⁊ ipsam distendit. Artatio sui
aut est naturalis aut extranatural᷑. Si naturalis: laudabilis est: qꝛ
spiritū videntē cōgregat nec spargi sinit. Si extranaturalis: mala ē
eiusqꝫ cause dilatatiōis causis sunt opposite. hec aut est qn̄ tunica
cornea eneruata est humiditate superflua: aut qn̄ humor albugini
oui similis euacuatꝰ est: nec est aliqd inde qd̄ eā repleat tunicā ac
roboret: ⁊ ob hoc eneruat᷑. Euacuatio euagaidos humoris validū
est visus incōmodū. sequit᷑ enī inde humoris desiccatio cristallei
dos: ⁊ occurrūt exteriꝰ ⁊ interius lumen sine aliquo mediante inter
eos. Cōmotio quoqꝫ foraminis aut est naturalis: aut extranatura
lis. Extranaturalis fit si vuea tunica scindat᷑ alio ꝙ foraminis loco
roboreturqꝫ tunica: ⁊ scissura ꝯsolidet᷑. Incōmodū aūt hoc. s. fora
minis motus naturalis visui manifeste nō obest. Foramis quoqꝫ
scissura si modica est: nec ad euagaidos humorē transmittit᷑ visui
aperte nō nocet. Si vō transmitrit᷑ intantū vt euagidos humor ab
eo decurrat: ⁊ cornee tunice obuiet inde nocumēta duo fiūt. Unū
qꝛ cornea cristalleidi obuia est: nec ipsi cristalleidi est ꝓtectio quin
eā alliget. Alterū vō qꝛ spūs vidēs in foramine nō coadunat᷑. totus
enī egredit᷑ ⁊ dilatatione foraminis spargit᷑.

¶De Accidentibꝰ euagaidos humori. C. CXXV.

INcōmoda vō q̄ euagaidos humorē se
quunt᷑: aut i eiꝰ q̄ntitate fiūt:
aut in q̄litate. In quātitate quidē si multiplicet᷑ ⁊ impe
dimentū fiat: ne ad inuicē exterius ⁊ interiꝰ lumina sibi
occurrāt. Aut si diminuat᷑: ⁊ humor ipse cristalleidos exteriori luci
obuiet sine medio. In q̄litate vō: aut in liquore: aut in calore. In li
quore quidē si spisset᷑: ⁊ eiꝰ crossities aut parua est: ⁊ tunc oculū re
mota ꝓhibet intueri: in proxima vō sanus est intuitus. Aut imode
rata: ⁊ hoc aut in toto aut in parte. si in toto: visum ꝓhibet ⁊ incō
modū aqua vocat᷑. si in parte: aut in partibꝰ cōtinuis aut diuisis. si
in cōtinuis: aut in medio: aut circa medium. si in medio: fit inde vt
singula corpora videat tanꝙ diuisa: ⁊ opinabit᷑ i vnoquoqꝫ quod

videtur ꝓfundū q̄d eēt: ſi in circuitu medij ꝓhibet oculū multa ſimul videre. ita vt oporteat ſingula corpa ſuo ſpacio intueri ꝓpter eius paucitatē cōtinuus. ſi v̄o in partibꝰ abinuicē diuiſis: inde fit hominē in ɔſpectu ſuo videre tanq̄ muſcas ⁊ culices ⁊ capillos. ⁊ accidit hoc plurimū dū a ſōno ſurgit᷑. maximeq̄ꝫ pueris ⁊ febricitātibus. Caloris aūt huius humoris īmutatio fit tribus modis: vnus eſt vt ad nigrū declinet ⁊ inde fit hoīeꝫ ea q̄ intuet᷑ tanq̄ in fumo ⁊ puluere ſint videre. Aliꝰ eſt cū eo in eo rubor dominat᷑: ſicut accidit ei in cuius oculo vngula inuenit᷑: vnde rubet ⁊ opinatur homo colores eſſe rubei cuncta que videt. Tertius eſt cum in eo color croceus ſuperabundat. Unde accidit hominē opinari cūcta que videt eſſe crocea: ſicut ictericis contingit.

¶ De Accidētibus tunice cornee. C. CXXVI.

Pars autē tunice cornee q̄ foramini oppoſita eſt: aut a ſeipſa patit᷑ icōmodū aut ab alio. Incōmodū q̄ꝺ ei a ſeipſa fit aut eſt morbꝰ ꝯſibꝰ conſimilis: aut organicus aut ſepatio cōtinuatiōis. Morbus cōſimilis aūt ex humiditate eſt: ⁊ arbitrat᷑ homo cuncta q̄ videt eſſe in nebula vl̓ in fumo. aut de ſiccitate ⁊ fit ei ſpaſmus: indeq̄ꝫ viſus debilitat᷑. ⁊ hoc maxime ſenibus accidit in extremo tēpore. Morbꝰ autē organicus q̄ fit ei groſſicies eſt ⁊ denſatio q̄ fiūt ab epate. Indeq̄ꝫ accidūt obſcuratio ⁊ opimentū in viſu. iuxta quātitatis eius magnitudinē ⁊ paucitatē. Incōmodū autē q̄ꝺ ei fit a ſeparatione cōtinuitatis vlcus eſt. vlcus autē aliquotiēs trāſmittit᷑: aliquotiēs nō. Et ſi q̄dē trāſmittit᷑ viſui: obeſt eo q̄ humor euagaidos euacuātur: ſi v̄o nō trāſmittit᷑ duabꝰ ex cauſis nocet. Una eſt quia ſupfluitas ⁊ ſordes in eo cōgregant᷑: interiuſq̄ꝫ lumen exteriori occurrere ꝓhibet᷑. Altera v̄o q̄ criſtalleis exteriori limini ꝓpinq̄or fit. Incōmodū autē q̄ꝺ ei accidit ab alio. aut eſt ex operimento cōſolidante aut ex palpebris. Ex cōſolidatione q̄dē ſi vngula in eo ꝓducat᷑: operiatq̄ꝫ foramē q̄ꝺ oppoſitū eſt cornee. Aut ſi obtalmia ei acciderit q̄ chimoſis dicit᷑: q̄ꝺ eſt apoſtema: ⁊ in albo ⁊ in nigro oculi opitq̄ꝫ foramē. Palpebre v̄o cornee nocēt: aut apoſtemate q̄ꝺ in eis opit foramē oppoſitū aut prurigine q̄ palpebras icraſſat ⁊ ſubleuat: opiturq̄ꝫ foramen: aut certe grandine que ei accidit: oblongum ſcilicet apoſtema quod in exteriori palpebra contingit. hec de accidentibus viſus dicta ſufficiunt.

¶ De Accidētibus ſenſui auditus. C. CXXVII.

Ea vero q̄ auditus ſenſui cōtingūt. tribꝰ modis accidūt. aut enī oīno deficit auditus ⁊ ſurditas dicit᷑: aut īminuit᷑ ⁊ grauitas appellat᷑. aut alit᷑ eſt q̄ꝫ expediat ⁊ auditus malus vocat᷑. accidit autē huic ſenſui nocumentū ꝓp̄ incōmodū q̄ꝺ accidit ⁊ aut v̄tuti auditꝰ aut īſtrumēto p̄mo ipſiꝰ. Uirtuti q̄dē auditus incōmodū accidit: aut ꝓp̄ cauſaꝫ īmittētē q̄ꝺ eſt cerebꝝ: ſi ei incōmodū accidat aut ꝓp̄ neruū q̄ ipſaꝫ v̄tutē portat. Fit autē eis incōmoduꝫ aut ex cōſimili partibꝰ morbo: vt mala cōplexiōe calida vel frigida humida vel ſicca: aut ex organico morbo: vt apoſtemate vl̓ opilatiōe: aut ex cōtinuitatis ſepatione: vt ꝑcuſſiōe vel illiſiōe. Incōmodū autem q̄ꝺ accidit organo p̄mo auditꝰ q̄ꝺ eſt. ſ. pars larga ⁊ ampla nerui. auditus ipſiꝰ opientis foramē q̄ꝺ in oſſe eſt: aut in ipſa accidit eiꝰ ſubſtātia. aut alterius incōmodi cauſa q̄ꝺ accidit alicui mēbroꝝ ei ſeruientiū: eiuſq̄ꝫ actionē adiuuātiū. In ſubſtātia q̄dē ſua accidit. aut ex mala cōplexiōe calida vel frigida: vel humida vel ſicca. Aut ex organico morbo vt apoſtemate. Uel ex cōtinui ſepatiōe: vt contritiōe vel īſciſione. Que v̄o mēbris illi ſeruiētibꝰ icōmoda accidūt vt exteriori foramini. ⁊ neruo ꝑ quē decurrit auditꝰ: ex opilatione ſunt: opilatio aūt hec aut eſt apoſtema: aut verruca: aut caro ſuperabundās: aut certe ſordes: aut lapis q̄ foramini auditus accidit.

¶ De Accidētibus ſenſui guſtus. C. CXXVIII.

Accidētia ſiſr guſtui tribꝰ modis oriunt᷑. aut enī totus ipſe ceſſat guſtus: ⁊ oīno ſapores nō ſentit. Aut minuit᷑: vt in ſapores debilis fit. aut alit᷑ eiꝰ iudiciū eſt q̄ꝫ ordo poſtulet. ⁊ tunc ſentit homo ſapores: ſed nō deguſtat. aut saporē q̄dē aliquoꝝ ſentit ⁊ deguſtat. aliter q̄ꝫ ſint. cum ſcilicet in eius lingua dominat᷑ alicuius ſaporis q̄litas aut amaritudo q̄ eſt ex colera rubea aut acerbitas que eſt ex flegmate acetoſo. aut ſalſugo q̄ eſt ex ſalſo flegmate. Et ſi q̄dē humor dominās multus eſt quoſdā boꝝ ſapoꝝ ſentit homo. licꝫ nullus ſapor eius lingue miſceatur. Si vero paucus ſentit illū q̄ ſuperabūdat: ⁊ eius lingue dominatur qua ſapores deguſtat. Cibus enim eiuſmodi cōmouet in ea dominantē humorē. hec autē nocumēta guſtui accidūt propter incōmodum quod accidit. aut virtuti depellenti: aut inſtrumento primo guſtus. Uirtuti quidem depellenti accidit incōmodū: aut propter eā cerebri partē a q̄ neruus ſenſitiuus dirigit᷑: aut ꝓpter ip̄m neruū q̄ fert eū. Incōmodū autē q̄ꝺ accidit organo guſtus p̄mo. ſ. lingue: aut accidit eius ſubſtātie: aut illi ſeruiēti tunice. ſ. ipſam operienti.

¶ De Accidentibus ſenſui odoratus. C. CXXIX.

Que v̄o ɔtingunt ſenſui odoratus: aut eoꝝ cauſa q̄ virtuti eius accidūt fiunt: aut eoꝝ q̄ inſtrumētis eius. Uirtuti quidē eius accidit nocumentū aut ex mala cōplexione q̄ duobꝰ prore cerebri vētriculis ineſt: ſic ex repletione capitis ſupfluitates ⁊ humiditates accidunt: aut ex ſolo calore: aut ex aeris frigore. Inſtrumēto v̄o p̄mo odoratus accidit nocumentū aut ex ſeipſo: aut ex ſeruientiū cū mēbroꝝ. Inſtrumentū aūt h̓ duo ſunt augmēta vberibꝰ ſiſia: quibꝰ accidit incōmodū: aut ex morbo cōſimili cum refrigerant᷑: aut caleſiunt: aut humectant᷑: aut deſiccant᷑. Aut ex organico: vt opilatione. Mēbra porro q̄ illi deſeruiūt ſunt duo: naſi meatus: ⁊ os ꝑforati. Naſi meatibꝰ accidit incōmodū aut ex organico morbo: vt eſt apoſtema vel caro ſupcreſcēs: vnde fit opilatio meatuū: prohibeturq̄ꝫ vētus q̄ venit ꝑ odoratū. aut ex ſepatione ɔtinuatiōis: vt eſt illiſio vel ɔtritio: vnde meatus cōprimit᷑ ⁊ opilat᷑. Oſ aūt oſſi ꝑforatio ɔtingit: ⁊ opimēto eiꝰ ſiſr: aut eſt humor eiꝰ groſſus illud foramē opilās: ⁊ ab odoratu ꝓhibēs. aut eſt humor putridus: vnde ſentit homo ſetidū odorem tū nihili putredini ſiat proximū.

¶ De Accidentibus ſenſui tactus. C. CXXX.

Tactus quoq̄ꝫ ſenſui (q̄ mēbris oībꝰ corporis ē cōis) accidūt incōmoda tripliciter: ſicut ⁊ ſenſibꝰ alijs. Aut enī oīno ſenſus ⁊ motus deficit: maximeq̄ꝫ in manibꝰ ⁊ pedibꝰ hoc fit: aut īminuit᷑: aut aliter ſe hꝫ q̄ꝫ expedit. Hoꝝ autē q̄dā ꝓprijs noībꝰ vocant᷑ dormitio. ſ. ⁊ eneruatio. Quoꝝ eedē quidē ſunt cauſe: niſi q̄ ꝑ eneruationē accidit incōmodū validū ⁊ vehemēs cū quo ⁊ ſenſus deficit ⁊ motus volūtariꝰ oīno. A dormitione v̄o modicū fit incōmodū: cū quo difficilis eſt ſenſus ⁊ motus: ſed nō deficiens oīno. Fit aūt dormitio aut in toto corpore: ⁊ cum ea difficiliant᷑ ſenſus ⁊ motus ſiſr: aut in vno mēbro: ⁊ fit ſiſr cū difficultate motus. aliq̄n tū hac difficultate vacua eſt: vt in dentibꝰ ɔgelatio. hec eſt enī eoꝝ dormitio q̄ ex acerborū maſticatione inducit᷑. Cauſa v̄o dormitionē adducēs eſt ꝓhibitio trāſitꝰ virtutis a cerebro ꝑ neruū: quo ad mēbrū ꝑuenit. Cuiꝰ ſ. ꝓhibitionis aut manifeſta eſt cauſa aut occulta. Manifeſta quidem: vt frigus ⁊ nix: q̄n membro obuia ſunt: ⁊ cōgregant᷑ neruoꝝ partes atq̄ꝫ ſpiſſant᷑: ꝓhibetq̄ꝫ huiuſmodi res virtutis tranſitū ſentientis. Quemadmodū ſi quis piſcē manu teneat obdormitantē (q̄ hereca vel herilie latine torpedo dicit᷑) frigiditatis eiꝰ virtute manꝰ obdormit: eiuſq̄ꝫ motus difficiliat᷑. cauſa v̄o occulta ſiue precedēs aut eſt mala cōplexio: vt ſunt humores frigidi ⁊ groſſi: quibꝰ nerui patiunt᷑ ⁊ ſpiſſant᷑ ac refrigerant᷑. aut opilatio: ⁊ hec eſt aut in neruis cōcauis: vt ſunt oculoꝝ nerui. ſ. ex humoribꝰ groſſis atq̄ꝫ viſcoſis: q̄ cōcauitati neruoꝝ inuiſcant᷑. aut in neruis ſine cōcauo: ⁊ tunc eſt aut ex apoſtemate q̄ꝺ neruoꝝ ſubſtātiā incroſſat. aut ex cōpreſſione que illis accidit: vel ex diſlocatione ligamētoꝝ ⁊ oſſiū euulſorum atq̄ꝫ fractorū. his itaq̄ꝫ de cauſis dormitio fit ⁊ eneruatio. Et hoc aut in toto corpore ſi in cerebro fuerit incōmodū: aut in pluribus mēbris ſi fuerit inuiſcatū: aut in vno mēbro ſi neruis tm̄ q̄ ad illud dirigunt᷑ contigerit.

¶ De Cōmunibꝰ accidētibꝰ quinq̄ꝫ ſenſuū. C. CXXXI.

Delectatio aūt ⁊ dolor ipſa quoq̄ꝫ ⁊ mēbris oībꝰ accidūt: ⁊ in oībꝰ ſenſibꝰ ſiūt alterationē faciētes: ⁊ in naturā ſentiti. ſed delectatio ē alteratio ab extranaturali habitudine ī naturalē. Dolor aūt ecōtra a nāli in extranaturalē. Uerū hec alteratio q̄n modica ē nec delectatio fit nec dolor. ſed q̄n magna: ſiūt enī in vltimo. Et in tactu quidē fortiores ſunt q̄ꝫ in ceteris ſenſibꝰ: q̄ groſſior ſenſuū eſt nec facile mutat᷑ ⁊ alterat᷑ in alicuiꝰ rei naturā: ſed tarda q̄dā difficultate. Nō enī paſſiones in eo celerit̄ opant᷑ ꝓpter ipſiꝰ groſſitiē q̄ reſiſtit ac ꝓhibet. Et ſic fortiꝰ delectat᷑: ſic ⁊ ampliꝰ ledit᷑. Reliq̄s aūt oībꝰ ſenſibꝰ nō magna delectatio vel dolor fit ex his q̄ ſentiūt: q̄ celeriꝰ mutant᷑ in rei naturā: eiq̄ꝫ facilꝰ ɔſentiūt. h̓ tū fit ī eis ſm magis ⁊ minꝰ iuxta ſubtilitatē eoꝝ ⁊ groſſitie q̄titatē. Uiſus itaq̄ꝫ nature ſue ſubtilitate citiꝰ alterat᷑: ⁊ in ſentiti naturā mutat᷑. ſ. colorē. et ideo non accidit ei magna delectatio vel dolor ex ſentiti natura. Sunt itaq̄ꝫ duo iſti ſenſus. ſ. viſus ⁊ tactus in delectatione ⁊ dolore in extremitatibus duorū oppoſitoꝝ. Reliquoꝝ autē oīuꝫ natura inter hec duo eſt media. Igit᷑ in guſtu delectatio ⁊ dolor debiliores ſunt q̄ꝫ in tactu: q̄n huiuſmodi illi ſubeſt ī groſſitie. In auditu

vero fortiores ꝙ̄ in visu: qꝛ crossior est illo. Odoratꝰ porro medius est iter auditū ⁊ gustū in crossicie ⁊ subtilitate: alterationisqꝫ mora ⁊ celeritate. vnde ⁊ q̄ illi accidit dolor delectatioqꝫ medium tenet. Sciēdū est aūt in oī sensu doloris causā esse cōtinuatiōis separatione. Et hoc in tactu fit aut ex aliquo acuto ⁊ incidēti. aut graui illidēti ⁊ cōterēti. aut aliq̄ excedēti re aut frigiditate vel calore. Caloris enī imoderati est rarificare mēbri ptes ac diffūgere. Frigus ecōtra cōgregat ac spissat eas ad inuicē intantū: vt alie quoqꝫ ab alijs separant̄. Et ob hoc eius cōgregatiōes disgregāt̄: q̄le q̄d luto accidit: qꝛ cū siccat̄ findit̄. In visu vō fit dolor: aut ex albo calore q̄ diuidit ⁊ spargit: sicut in tactu calor: aut ex nigro q̄ lumē cōgregat nimia coadunatiōe: acciditqꝫ ab eo ↄtinuatiōis sepatio: sicut in tactu a frigore. In gustu porro fit: aut ex acido vel acerbo sapore pungitiuo: q̄ lingue ptes sepant sicut ⁊ calor facit: aut ex pōtico ⁊ insuaui qui tanq̄ ⁊ frigus distermināt. In auditu deniqꝫ fit a voce magna ⁊ acuta: q̄ separat auditꝰ sensū: sicut ⁊ albus color visum.

Adhuc de eodem. C. CXXXII.

Accidit autē sensuum cuiqꝫ delectatio ⁊ dolor. Ab extra q̄dē visui auditui ⁊ odoratui. Hi nāqꝫ delectant̄ ⁊ dolēt coloribꝰ vocibꝰ ⁊ odoribus exterioribꝰ. s. Ceteris aūt hec fiunt abintus ⁊ extra. Gustui siq̄dē ab exterioribꝰ fiunt ꝑ sapores. Abintus vō delectatur sapore sanguinis ⁊ flegmatis dulcis. Nocet̄ autē colera vel salso flegmate. si vel in corpe lingue dominet̄: vel ad ipsā a stomacho mittat̄. Tactui vō ab exterioribꝰ lesio fit rebus his q̄ sepationē faciūt cōtinuatiōis: vt īscisione ⁊ illisione. ab īterioribꝰ vō cōplexione calida vel frigida supfluitatibusqꝫ crossis q̄ dirūpunt̄: ⁊ humore acuto q̄ incidit. Porro voluptas ab exterioribꝰ ei fit mollibus ⁊ in calore ac frigore tēperatis. ab īterioribꝰ vō cū materia mala ⁊ nocēs excoquit̄ atqꝫ digerit̄: maturatio nō enī ⁊ digestionē voluptas comitatur: aut cū male supfluitates a corpe dissoluunt̄: sicut in balneo fit. Sed ⁊ cū id qd̄ nocebat egredit̄: vt sperma. Nā si multiplicatū in vasis fuerit: naturā ledit: ⁊ ob hoc ipā illa depellit. Maior est tn̄ cū euacuat̄ sperma delectatio ꝙ̄ ex eius collectiōe fuerit nocumentū. Euacuatio enim eius simul fit: alteraturqꝫ sensus ab eo simul. vnde ⁊ maior est eius voluptas: collectio vō eius pedetētim fit. nec alterat̄ sensus ab ea simul. vnde nec multū facit in sensu dolorē. Voluptas autē ex coitu maior est in muliere ꝙ̄ in viro. In muliere nāqꝫ fit voluptas euacuatiōis sui spermatis vasalis ab eius causa q̄qꝫ matrix deinde sperma viri cōtrahat. In viris autē voluptas hec solius euacuationis sui spermatis fit.

De Accidētibꝰ nerui ⁊ p̄mo d̄ d̄fectu appetitꝰ. C. CXXXIII

Quoniam autē ad os stomachi dirigunt̄ a cerebro nerui ꝑ quos appetitus fiat vl̄ sensus: ipā sequunt̄ eadē accidētia q̄ ⁊ tactū. Que autē ori stomachi fiunt incōmoda q̄dā eius actioni nocēt ex ipsius substātia ⁊ ipsa sunt q̄ nocēt appetitui. Quedā vō actionibus aliorū mēbrorū: ⁊ hec aut cōfiguratiōe vel colligātia nocēt illis: sicut cerebro incommoda accidunt ab his q̄ in ore stomachi sunt q̄ ex re fiunt accidētia varia iuxta naturā incōmodi: vt epilēsia: mentis alienatio: mania. aut certe nocēt eis sua vicinia: sicut cordi defectus accidit: cū ori stomachi in locatiōe ꝓximū fit. Que vō actioni appetitꝰ accidētia fiunt: eodē quoqꝫ modo quo ⁊ in actiōibus ceteris tripliciter ↄtingūt: aut enim oīno deficit. aut iminuit̄: aut aliter est eius natura ꝙ̄ expedit. Appetitꝰ q̄dē defectio fit: aut qꝛ corpus nō euacuat̄ nec ea quorū oportet alia supplere locū ab eo dissoluuntur. aut qꝛ vene nihil ab epate cōtrahūt. aut quoniam os stomachi minime sentit iminutionē rei quā vene ⁊ cōcauitates ⁊ epar ab eo ↄtrahūt. Oris autē stomachi sensus cessatio fit icōmodi causa: qd̄ aut ipsimet ori stomachi accidit: si fiat ei mala cōplexio calida sicut in febribꝰ: appetitus cessatio cōtingit. aut qꝛ cerebro sicut in alienatione mētis passiōe fit. aut qꝛ neruis a cerebro ad os stomachi missis. ⁊ hoc ex difficultate ⁊ cōpressione vel inscisione accidit. Imminutio autē appetitus fit cum eedem cause que faciunt eam cessare molestāt quidem: sed debiles sunt.

De Ordinatiōe appetitꝰ in cibū ⁊ potū. C. CXXXIIII.

Malū vero appetitus: aut in cibū est: aut in potū. Appetitus ciborum malicia aut in quantitate est: aut in qualitate. In quātitate quidē cum appetit quis ciborū multitudinē: vt ille q̄ habet caninū appetitū. Qd̄ accidit aut humoris acerbi causa q̄ in ore stomachi ↄclusus est: seq̄turqꝫ hmōi egestionū multitudo ⁊ humiditas. Aut qꝛ q̄ ꝑ dissolutionē euacuatio fit immoderata est: cuius exuberantia fit aut caloris causa consumentis: aut dissoluentis: aut debilitate virtutis retinentis. In qualitate vō cum appetitus ad acerba declinat aut salsa vel pungitiua. fit nōnunq̄ illum appetere terrā ac gipsum carbonesqꝫ nigros: ⁊ hoc ex humore malo frigido in stomacho. Plurimū aūt accidit hec passio pregnātibꝰ: ⁊ appetitus incōtinētia vocat̄: maximeqꝫ fit p̄mo ⁊ secūdo ⁊ tertio mēsibꝰ: dū fetus est paruꝰ nec adhuc p̄ualet multo sāguine mēstruorū pasci: imo pauco sꝫ meliori. Quare supest sāguis malus: ⁊ ī ore stomachi ↄgregat̄: indeqꝫ fit malus appetitꝰ. Quarto vō mēse cessat: qꝛ fetus iam ↄfortatꝰ ē ad copiā sāguinis attrahēdā: defecerūtqꝫ supfluitates. quedā q̄dē vomitu q̄ pregnanti fit. q̄dā aūt iminutiōe ciborū: q̄ sequit̄ appetitꝰ defectū. Accidit aūt hmōi appetitꝰ ⁊ alijs ꝙ̄ pegrinantibꝰ: cū in ore stomachi eorū supfluitates male coadunant̄. Et si quidē humor illic cōgregatꝰ est pūgitiuꝰ: ciborū appetitꝰ iminuit̄: ⁊ ad potū crescit. Si aūt acerbꝰ in cibos augmētat̄: ⁊ a potu reprimit̄. Acerbꝰ enī humor os stomachi cōgregat simulqꝫ materiā: ⁊ cōprimit eā. vn̄ q̄ntitas eiꝰ iminuit̄: ⁊ substātia īmergit̄. remanēt itaqꝫ vacua q̄dā loca q̄ desiderāt repleri natura: indeqꝫ fit appetitꝰ: sicut ab euacuatione ⁊ dissolutione. Si vō fit humor dulcis: appetitus ciborū ⁊ potus sit iminuit̄. dulce nāqꝫ vacuitates replet: ⁊ os stomachi eneruat. Porro malitia appetitus in potū: aut in quantitate est aut in q̄litate. In q̄ntitate quidē cū hō imoderate sitit: ⁊ aquā bibit. qd̄ fit aut cā fortis caloris: vt in febribꝰ accidit: aut humores salsi: vel pūgitiui: vel colerici in ore stomachi cōclusi. In q̄litate vō cū hoīs inclinat̄ desiderium ad malorum potuū qualitatē: quod humoris mali causa sit in ore stomachi conclusi.

De Accidentibus cerebro ⁊ cordi ex incōmodis oris stomachi. C. XXXV.

Accidentia porro q̄ actioni cerebri cōtingūt ex incōmodis q̄ fiunt in ore stomachi: sunt alienatio mētis: obstupefactio: somni īmersio: epilensia ⁊ mania. Alienatio mētis in hac habitudine fit ab apostemate calido qd̄ est in ore stomachi. Obstupefactio aūt ⁊ in somno demersio fiunt ex oris stomachi frigore. qd̄ est aut ex mala cōplexione frigida q̄ ipsi dn̄at̄: aut humore flegmatico in eo cōcluso: aut ex medicamine frigido: vt opio: aut frigido cibo: vt fungis ⁊ lacte acerbo: aut frigidi vaporis cā: q̄ a matrice colligit̄ mēstruorū aut spmatis causa tardantis: ⁊ ad cerebrū defert̄. Eadē ē rō in epilensia. fit enī ex humiditatibꝰ flegmatis q̄ ori stomachi dn̄ant̄. Despiētia vō fit ex hūore nigro q̄ in ore stomachi cōcludit̄: eiusqꝫ vapores ad cerebrū ascēdūt. Accidētia vō q̄ cordi ⁊ arterijs ex incōmodis oris stomachi ↄtingūt: hec sunt syncopis vel defectꝰ: malitia pulsus: bolismus. Syncopis vel defectus fit aut ex magno dolore q̄ est in ore stomachi: aut sensus eiꝰ virtute: aut cordis ipsiꝰ debilitate venarūqꝫ pulsantiū: ex q̄ celerius incōmodorū susceptibilia sunt. Bolismus aut ex oris stomachi mala cōplexione frigida fit: ⁊ ex ciborū iminutione ⁊ virtutis debilitate. Accidentia deniqꝫ que cordi cerebroqꝫ sil̄ accidūt cōparticipationis oris stomachi cā: sunt anhelitꝰ malus eiusqꝫ difficultas. Qd̄ fit si os stomachi diafragma cōprimat. Aut apostematis causa qd̄ in ipso est: aut alicuiꝰ incōmodi quod cerebrū ↄtingit ex alia ipsiꝰ oris stomachi passiōe. Hec est accidētiū disputatio: ⁊ tactus sensui ↄtingūt: ⁊ eorū cause.

De Accidentibus virtuti mouenti: ⁊ primo de eius defectione. C. CXXXVI.

Accidentia quoqꝫ q̄ ingrediunt̄ in volūtarij motus actione tripliciter fiūt: sicut ⁊ accidētia sensuū. Aut enim ex toto cessat motus: vt in eneruatiōe. aut iminuit̄: vt in dormitiōis passione. aut est in decursu malo ⁊ ordine. Cessatio quidē motus. i. eneruatio fit si neruis mēbrū mouētibꝰ incōmodū accidat. qd̄ trāsitū virtutis volūtarie mouētis oīno ꝓhibeat. Et hͦ aut ex mala cōplexione frigida fit: q̄ neruos densat. Aut ex apostemate neruos incrossante: aut ex humore crosso ipsi neruo inherēte si cōcauus est: aut ex cōpressiōe q̄ neruis accidit nō ↄcauis. Hec aut incōmoda si in nuche pncipijs acciderint: eorū cā totū corpꝰ eneruat̄. ⁊ hmōi accidēs apoplexia paralisisqꝫ vocat̄. Si vō sint in quibusdā neruis: eneruatio fit illiꝰ mēbri qd̄ mouebāt. ⁊ siq̄dē in neruis gutturis: fit eiꝰ eneruatio: ⁊ dicit̄ vocis amputatio. Si aūt in lacertis pectoris: defectꝰ vocat̄ anhelitꝰ. Si vō in lacertis vesice: fit exitus vrine sine volūtate: q̄ ꝑ volūtatē fieri solet ex aīalis virtutis actione. fit enī emissio vrine ꝑ reductionē vesice virtutis expellētis virtute q̄ in ea est: ⁊ eneruatione. i. emollitione ac dilatatiōe lacerti: q̄ circūdat os eius. ⁊ hoc fit ex aīalis virtutis actione. sic etiam ⁊ egestio fit intestini recti reductione in potentis dicis loco. Igit̄ egestionis mora: vel compressio vrine est accidens naturale: ⁊ eius egressio preter velle est accidens aīale. Imminutio

vero mot⁹ cõtingit cũ dormitiõe. ⁊ cause q̄ faciũt dormitionẽ eedẽ sunt: q̄ ⁊ enervationẽ. nisi q̄ minime fortes sũt: sicut ille q̄ motũ oĩno cessare faciũt: hⁱ aũt accidẽs est ex actõe nature ⁊ morbi. Nã sensus ⁊ mot⁹ ibi nõ cessãt: q2 mẽbꝝ ad iferiora nõ mergit. s3 nec moveri põt puro motu: nec sentit puro sẽsu: ꝑpt ea q̄ i nã morb⁹ opat.

De Mala eius habitudine ex actione nature: ⁊ primo de horrore ac rigore. C. CXXXVII.

Horro si in mala sit habitudine motus volũtari us. horror ab eo fit ⁊ rigor. tussis sternutatio. oscitatio. singult⁹. ructatio. alices angustia. Et oĩa hec accidẽtia fiũt ex actiõe nature. Quedã etiã hic accidũt ex actiõe morbi. vt spasm⁹ ⁊ titillatio. Quedã vo ab actiõibus nature simul ⁊ morbi. vt tremor. ⁊ q̄ cũ dormitiõe fit mot⁹. Igit ex his ex actiõe nature veniũt. ⁊ pmo ab horrore ac rigore icipiemus. Dico itaq3 q̄ hec duo fiũt ex humore pũgitivo: q̄ in mẽbra sentientia defluit. lacertos. s. ac nervos. eaq3 pũgit ac nocet: ⁊ ideo mẽbrũ horret ac reducit ꝑpt sensus sui vtutẽ expellẽsq3 virtus expellere vult humorẽ nocẽtẽ. Queadmodũ si sup corpus fundat aq̄ frigida vel cadat sup ipm ignis scintilla. corpus horret atq3 reducit. eo q̄ natura depellere cupiat sibi nocẽtia. Rigorẽ itaq3 faciẽtes cause sũt tres. Prima est calor. Scd̃a frigus. Tertia debilitas caloris nãlis: ⁊ materie multitudo. Calor aũt ab iterioribus est. vt colera rubea: quã seqt ꝑculdubio febris. Aut ab exteriorib⁹. vt si sup vlcus aut plagã medicamẽ acutũ ponat. statim nãq3 patiẽti fit horror ac tremor. Sic ⁊ ille cui⁹ corpus calidis ⁊ fumosis supfluitatib⁹ repletũ est: cũ balneũ igressus fuerit: horrore molestat. ⁊ qñq3 tremit. eo q̄ aer balnei supfluitates ad exteriora corpis trahit: qb⁹ ⁊ pungitur. Frigus quoq3 aut ab exteriorib⁹ est vt ab aq̄ frigida. aut ab iteriorib⁹. vt ex colera nigra sequtur q3 febris. hic eteñ humor horrorẽ nõ adducit nisi cũ putrefact⁹ fuerit. Tertia vo cã q̄ est debilitas calor ⁊ materie multitudo: mortẽ h3 subsequẽtẽ. multa nãq3 materia cũ nãlẽ calorẽ debilẽ invenit. eũ suffundit. supat ⁊ extinguit. Si vo nãlis calor mult⁹ sit. ⁊ materia pauca. calor humorẽ subtiliat. liqfacit ac dissolvit. rigor q̄dẽ cõpositus est ex frigore ⁊ tremore pauco. tremor autẽ fit ab expellẽtis vtutis fortitudine q̄ est in lacertis ad humores nocẽtes expellẽdos. Ideoq3 qñ cã rigorẽ adducẽs est calida. fortior fit tremor: q2 calor fortioris est motus: ⁊ magis nocẽs. si vo causa sit frigida. minor erit tremor: q2 minor est mot⁹ frigoris. minusq3 ledit. ob hoc in flegmatica febri minor est rigor q̄ i tertiana ꝑpt causã frigoris: q2 calor nãlis fugit ad ꝓfunda corporis. eo q̄ eius exteriora ledant: ⁊ doleãt ab humore nocẽte.

De Tussi ⁊ sternutatione. C. CXXXVIII.

Tussis ex nãli actiõe fit corpus regẽte. Est enim motus fortis ab expellẽti vtute factus. in instrumẽtis anhelit⁹ ꝑ exitũ aeris. Fit autẽ ꝑ reductionẽ pectoris fortẽ sup pulmonẽ. expellitq3 valide aerẽ. ⁊ cũ eo supfluitates pector ⁊ cannaliũ pulmonis. Ideoq3 natura necesse h3 ad tussis cõplemẽtũ. vt fortis sit ei⁹ vtus. q̄ ad supfluitates expellẽdas ꝑvaleat: ⁊ vt non sit materia grossa neq3 viscosa. quam efferre natura nõ possit. eo q̄ meatib⁹ inviscata sit ⁊ anhelit⁹ opilet meat⁹. neq3 tenuis. s3 q̄ meatib⁹ labat. ⁊ ad locũ quo fuerat revertat. Ob hoc g̃ cũ materia grossa est: illã subtiliare cũ hisopo ⁊ aniso necesse est. ⁊ si tenuis est igrossare. Si viscosa est: squingibin ⁊ similib⁹ iscidere. Tussis aũt causa est. aut cõplexio mala calida vel frigida. q̄ dominat lacertis pectoris ⁊ pulmoni ⁊ cannali ei⁹ ⁊ gutturi. nititurq3 natura qd̃ eã ledit expellere. Aut materia q̄ est in istrumẽtis anhelit⁹ quã itidẽ emittere ⁊ a se ꝓpellere nitit natura. hec aũt materia aut ab exteriorib⁹ est. vt cibo ⁊ potu q̄. s. in cannalẽ pulmonis ingrediunt. pulvere quoq3 vel fumo. Aut ab iterioribus vt ab humore q̄ descendit a capite. sicut in catarro ɔtigit aut chimo ascẽdente ab epatis gibbositate. aut aliq̄ alia re que in pulmonis cannali cõclusa est. vt grossus humor. aut materia q̄ est in pleuresi vel in pepleumonia: aut sanies que est in vlcerib⁹ pectoris ⁊ pulmonis. Sternutatio eodẽ modo est sicut tussis ex natura corpus regẽte. cũ s. movet vtus expellẽs qd̃ sibi nocet in ventriculis cerebri ad exteriora ꝓpellere nisi q̄ tussi mundat pectus ⁊ pulmo tãtũmodo. sternutatio vo licet cerebꝝ purget ⁊ nares simul tñ etiã pectus. Cũ eniȝ movet cerebrũ ad expellẽdas supfluitates vaporosas q̄ in eo sunt inflant vtriq3 meatus qui ad nares mittũtur. vt per eos superfluitas grossa velociter emittatur. lacerti quoq3 pectoris per nervos reducunt. ⁊ aeris emissio sequit: cũ quo ⁊ supfluitates que in pectore sunt emittuntur. Itaq3 sternutatio maior est virtute q̄ tussis. eo q̄ egeat natura superfluitates de locis ɔtortis emittere. Fit enim cum cerebrũ incaluerit. locaq3 vacua capitis humefacta fuerint. ⁊ aer qui in eo est ad arta loca descẽderit: vnde ⁊ vox eius audit. Fit etiã sternutatio ex supfluitate pũgẽti vẽtriculus cerebri quã nã desiderat expellere: sic in tussi ɔtingit ⁊ singultatione. Hypocras in li. aphorismoꝝ. Sternutatio fit a capite ex calefacto cerebro aut humectato qd̃ ẽ in capite vacuo. Effundit eñ foras aer qui est intus. sonat aũt q2 ꝑ angustũ sit ei exitus.

De Singultu ⁊ ructu ⁊ oscitatione. C. CXXXIX.

Singultatio ructatio: extensio: ⁊ angustia: oẽs quoq3 sunt ex motivirtutis regẽtꝭ ad expellẽdas supfluitates in mẽbris positas atq3 pũgẽtes: nisi q̄ singultatio fit etiã qñq3 vacuo. i. vacuitate stomachi: si forte spasm⁹ ei ɔtingat: ⁊ exinanitionis multitudine. ⁊ hⁱ fit ex motu aĩal virtutis. Ructat⁹ aũt fit ex motu virtutꝭ expellẽtis ad ꝓpulsandas supfluitates vẽtosas in stomacho cõclusas. ⁊ est ex vẽtositate ciboꝝ gravãte: aut ex ea q̄ generat ꝑ debilitatẽ caloris: cui⁹ est cibũ decoquere. Aut q̄ fit ex virtute caloris nimiꝭ cibũ cõburẽtis. ex hac eñ generat ructatus fumosus. Oscitatio fit ex superfluitatib⁹ fumosis: q̄ ɔcludunt in maxillarũ lacertis: qs nã purgat ⁊ dissolvendo emittit. Alices aũt vel extensiones fiunt ex superfluitatibus vaporosis in lacertis totius corporis: aut eoꝝ maiori parte: quoꝝ purgationi natura dissolvẽdo innitit. Angustia porro cõtingit membro rem nocentem depellenti: que fit aut ex laboze: aut ex interioribus corporis.

De Accidentibus virtuti movẽti ex solo morbo. C. CXL.

Accidentia vo que ex solo morbo ꝓveniũt sunt spasm⁹ ⁊ titillatio. Spasm⁹ in nervis ⁊ lacertis opat: qd̃ ⁊ virtus volũtarie movẽs. lacertũ eñ ɔtrahit: ⁊ ad locũ quo oxit reprimit. fit autẽ ex repletione vel ex inanitione. Ex repletiõe quidẽ cũ lacert⁹ ac nervus hũorib⁹ in latũ extẽtis replet: vñ ⁊ ad sui capitis partẽ quisq3 reprimit. ⁊ ob hⁱ ei⁹ lõgũ minuit: sicut in vasis de coreo fit. vtrẽ eñ si imoderate repleveris: in latũ extẽdit iminuto longo. Ab evacuatione vo fit cũ ex nervis ⁊ lacertis humiditates educte fuerint. vñ ⁊ exiccati ad ortus sui principiũ retrahunt. sicut si capillus ⁊ corrigia prope ignẽ ponant: desiccãt ⁊ recrispant. sic ⁊ chorde cithare si ad aerẽ calidũ ⁊ siccũ fuerint exposite: diu ꝓtense retrahunt inscidunt atq3 rũpunt. Spasm⁹ itaq3 si in toto corpore fiat: epilensia vocat. si in lacertis palpebrarũ: altera clausa erit ⁊ altera apta. si in lacertis oculi: strabositas vocat. si ãt in stomacho: fit inde singultatio. si vo in vasis spermatis: fit eoꝝ coadunatio. si in lacertis maxillarũ: facit stridorẽ dentiũ. Titillatio vo fit ex vẽtositate vaporosa ⁊ grossa in mẽbro cõclusa. q̄ dilatat illud ⁊ reducit: queãdmodũ arterie dilatãtur ⁊ reducunt. Differt aũt a pulsu: q2 pulsus semp fit in venis pulsantib⁹ tñ. titillatio vo fit in oĩb⁹ mẽbris q̄ dilatari pñt: vt in lacertis: venis: stomacho: intestinis: omnibusq3 membris inter solidũ ⁊ molle tẽperatis. Porro in ossibus ⁊ cartilaginibus: quia dura sunt vẽtositas cõcludi nõ potest. sĩr nec in cerebro propter humiditatẽ suam. titillatio fieri potest.

De his que accidunt ex actionib⁹ nature simul et morbi. C. CXLI.

Deniq3 accidẽtia q̄ fiũt ex actiõe nature ⁊ morbo fiunt: sunt tremor fortis motus qui mẽbroꝝ dormitione fit. Tremor eñ motus est mẽbri sursum ⁊ deorsum: eo q̄ nã mẽbrũ ad supiora tollere appetit: ⁊ ecõtra morb⁹ inferi⁹ deponit: qd̃ ex virtutis defectione cõtingit. Hui⁹ accidẽtis. i. tremoris cõmotio fit aut ex accidẽtib⁹ aĩe: sicut ira vel timore. fit eñ ex his debilitas virtutꝭ motive. Aut ex corporis passiõe virtutẽ dissolvẽte. ⁊ hⁱ fit aut ex morbo ɔsimiliũ partiũ: aut ex mala cõplexione frigida: queãdmodũ senib⁹ cõtingit: ⁊ his qui multã aquã bibũt: aut sup se fũdũt balneãdo se. sic etiã ei q̄ multũ bibit vinũ ɔtingit. vñ calor nãlis submergit. i. suffocat. aut ex organico morbo: sicut ex opilatiõe q̄ fit in nervis ex grosso ac viscoso humore: q̄ virtutẽ moventẽ ꝓhibet ad mẽbrũ pvenire. Ex pant. vi. pte. Hmõi tñ humor si nervos impleverit: nõ tñmodo tremunt nervi: s3 oĩno motũ pdũt. Cũ aũt parti humores trãseunt: parteq3 implent. ⁊ in parte vacua regnat virt⁹: in plena vo humor viscosus necesse est tremorẽ quendam effici: dum virtus partẽ suam erigit: humor autẽ deprimit.

De Accidentibus virtuti vitali. C. CXLII.

Hali vbi. s. Dicto de causis accidẽtiũ q̄ aĩalib⁹ actionib⁹ ɔtingũt Iã dicẽdũ restat de illis q̄ i actiones vitales sũt. Dilatatio venarũ pcutiẽtũ ⁊ reductio. ⁊ hmõi actio pulsus vocat. cui cũ aliqd̃ incõmodũ accidit: aut oĩno pulsus deficit: ⁊ vocat pulsus cessatio: q̄ ⁊ vita cessate

mors ilico comitat᷑. aut iminutus ⁊ minor pulsus appellatur. aut aliter est quã expedit: dum. s. cursũ naturalẽ egredit᷑. ⁊ varius pulsus nolat᷑. Pulsus qdẽ minor fit. aut ex nimietate caloris. cũ calor imergit᷑ ad iteriora refugiẽs corpis inde nãqꝫ pulsus iminuit᷑. aut ex debilitate ṽtutis nãlis cũ arterias in oẽs eorũ ṽtutes dilatare nõ possit sicut in defectu cõtingit. Pulsus aũt varietas fit ex pluribus causis extra nãlib᷒. fit ⁊ ex varijs morbis ⁊ accidẽtib᷒. auget᷑ enim minuit᷑ iuxta rerũ extranaturaliũ augmẽtationẽ ⁊ minutionem.

De Accidentibus naturalium actionũ. ⁊ primo digestiue prime in stomacho ex causis interioribus. C. CXLIII.

Sequitur de accidẽtib᷒ naturaliũ actionũ. q̃r est vnũ genus cõpletuꝫ. s. pascere ⁊ nutrire. Nutrire autẽ est cibũ mẽbro qd̃ nutrit᷑ assimilare. qd̃ p appetit᷒ actionẽ efficit᷑ ⁊ p digestionẽ. de accidẽtib᷒ qdẽ appetitiui iã supius dictũ est. Digestiõis autẽ spẽs sunt tres: Prima fit in stomacho cũ cib᷒ in succositatẽ vertit᷑. Scda in epate. cũ ex cibi succositate sanguis generat᷑. Tertia ṽo in mẽbris singulis. cũ. s. sanguis in mẽbri naturã alterat᷑. Harũ autẽ singularũ digestionũ actio p q̃tuor virtutes cõplet᷑: sicut alias dictũ est. s. attrahẽtẽ: retinẽtẽ: nutrientẽ: ⁊ expellentẽ. Digestioni p̃me q̃ fit in stomacho accidũt nocumẽta quẽadmodũ reliq̃s oĩb᷒ actiõibus. vt. s. aut oĩno deficiat: sicut accidit in fastidio. Aut iminuit᷑: vt in ructatu fumoso vel acerbo: aut eius decursus alter q̃ꝫ oporteat inuenit᷑: sicut cũ in stomacho cibus in ventositatẽ vertit᷑. Huiusmõi aũt digestiõis accidẽtiũ cause due repiunt᷑. Una. s. ab iterioribus: altera vero ab exteriorib᷒. Ab iteriorib᷒ icõmoda sũt q̃ digestiue virtuti accidũt. Et hec aut ex morbo cõsimiliũ partiũ sũt q̃ stomacho accidit. Et si calidus est cibos in fumositatẽ mutat atqꝫ putredinẽ. si frigidus in acerbitatẽ. aut ex humorib᷒ in stomacho cõclusis. Qui si colerici sũt ructat᷒ fit fumosus. si flegmatici acerbus. Si ṽo imoderate frigidis digestiõis cessatio ⁊ lieteria efficit᷑. si nõ imoderate: vẽtositas generat᷑. Aut certe sũt ex aliquo morborũ organicorũ. vt apostemate calido ⁊ frigido q̃ stomacho vel ori ei᷒ accidit. vnde ṽt᷒ ei᷒ debilitat᷑. s. ad digerẽdũ. Et itellige q̃ꝫ maior fit corruptio digestionis q̃ est ex debilitate ṽtutis digerentis ⁊ peius est malũ. q̃ꝫ q̃ fit ex cõplexiõe mala calida vl̃ frigida. Humida ṽo ⁊ sicca digõnẽ qdẽ minuũt. sꝫ nõ auferũt nisi forte eousqꝫ ꝺductio fiat. ⁊ ad cõsũptiõẽ veniat᷑.

De Accidẽtib᷒ eidẽ ex cãis extiorib᷒. C. CXLIIII

Causa vero exterior aut ex cibo est: aut ex sõno. Ex sõno qdẽ: q̃r si multus fuerit: erit digestio bona. si paucus ⁊ breuis mala. Ex cibo ṽo fit mala q̃tuor ex causis. Prima est ex ei᷒ q̃ãtitate. Nã si pauci sũt cibi stomachusqꝫ calidus: i fumositatẽ alterat᷑ cib᷒. si ṽo multus simulqꝫ corruptio difficilis. ⁊ ṽtus valida. sõnusqꝫ lõgus fit abinde digestionẽ imorari triimodo. Qꝫ si celeris digestionis sit ⁊ calor fortis accidit corruptio: siue breuis siue lõgus sit somnus. si ṽo calor debilis fit. ⁊ multi cibi difficilesqꝫ corrũpi. sõnus autẽ breuis fastidiositas abinde fit. Secũda cã est ex cibi q̃litate. nã si cib᷒ calidus est: ⁊ stomachi cõplexio similis in colerã mutat᷑. vt mel si iuuenib᷒ ⁊ calide cõplexiõis hoĩb᷒ offerat᷑ i colerã alterat᷑. ⁊ in eorũ stomacho mutat᷑. Qꝫ si cibi frigidi sũt: ⁊ stomachus sit: vt in senibus: cibus in acerbitatẽ in ipso mutat᷑: vt lac. Tertia est ex hore iuste p̃uatiõe eiusqꝫ dilatiõe: vt si det᷑ cibus statim post vigilias: digestionẽ corrũpit. Quarta est ex eorũ q̃ porrigũt᷑ ordine. si enim cibi ventrẽ artãtes sumant᷑: ⁊ postea cibi emolliẽtes: inde natura cõstipat᷑. ⁊ cibi qui ventrẽ molliũt corrũpunt᷑. tunc etiã si cibi tarde digestionis sumant᷑ primũ vt caro ⁊ oua solida. deinde vero cibi velocis digestiõis. vt melones ⁊ cucurbita. accidit posteriores corrũpi. priores nãqꝫ digestiõis sue tarditate a stomacho descẽdere morant᷑. hi ṽo q̃ cite digestiõis sẽ dũ digest᷒ sui decursuꝫ ad exteriora nõ iueniũt in stomacho corrũpunt᷑. Oportet aũt medicũ expssi᷒ ĩtueri ⁊ diiudicare q̃ digestioni accidãt nocumẽta digestiue ṽtutis culpa. ⁊ q̃ cibo rũ vel etiã sõni fiãt cã. Nã q̃ culpa ṽtutis accidẽtia sũt. ad sanãdũ difficilia sunt. ⁊ q̃nqꝫ nõ sanant᷑: eiusqꝫ malũ ducit ad lieteriã: ⁊ vt nullo modo cib᷒ in stomacho imutet᷑ aut certe in ventositatẽ. deniqꝫ si corruptio digestiõis fit ⁊ tñ cibus in qualitate ⁊ q̃ãtitate: ⁊ iuxta cõsuetudinẽ tẽperatus est: tp̃s quoqꝫ qd̃ oportet: ⁊ ordinẽ seruat quẽ expedit ex culpa virtutis digerẽtis corruptio fit.

De Accidẽtibus virtuti attractiue. C. CXLV.

Quoniã autẽ digestio p q̃tuor virtutes cõplet᷑. s. attrahentẽ: retinentẽ: digerentẽ: ⁊ expellẽtẽ. Et q̃r digestiõis p̃me cũ causis suis accidẽtia q̃ sũt i stomacho dixim᷒: equũ ẽ vt etiã reliq̃rũ triũ accidẽtia ṽtutũ q̃ i p̃ma digestiõe sũt ondam᷒. Attractiõi qdẽ stomachi sicut ex ceteris accidentibus incõmodũ triplex accidit. s. cessatio vl̃ iminutio: vel malitia. i. inordinatio. Hec aũt aut cã male cõplexionis: aut cã morbi organici fiunt. Male cõplexiõis morb᷒ aut ex calore est: aut ex frigore. Et siquidẽ hec imoderata fuerit. i. maxima: nihil oĩno stomachus attrahit: atqꝫ hmõi attractiõis cessatio vocatur stomachi eneruatio. Si ṽo parua: debilis attractio fit: sicut in eneruatiõis p̃ncipijs accidit. Morb᷒ aũt organic᷒ est: vt apostema qd̃ accidit meri vl̃ ori stomachi: aut cũ i eorũ altero caro supcrescit meatũqꝫ corrũpit: vt stomach᷒ attrahẽ nequeat ad ip̃m trãsmissa. ⁊ hec quoqꝫ opilatio si magna est cessat attractio. si nõ magna: minuit᷑. si ṽo modica: fit attractio mala. i. inordinata: ⁊ alia q̃ꝫ oportet vt spasmica: vel tremulosa ac titillosa. Que. s. accidẽtia sũt si virt᷒ fortis nõ fuerit: q̃ morbũ euincẽ possit: vt diligẽter attrahat: sed nec ita debilis quã morbus superet: ⁊ eius attractionẽ cessare faciat. sꝫ fit in huiusmodi re quemadmodũ vbi natura morbusqꝫ simul cõtẽdunt: vt in tremore dictũ est.

De Accidentibus virtuti retentiue. C. CXLVI.

Retẽtio quoqꝫ ciborũ in stomacho aut oĩno cessat: quẽadmodũ in lienteria fit: in q̃ cibi nõ imutati a stomacho egrediũt᷑. aut iminuit᷑: ⁊ abinde vẽtositas aut inflatio vel rugitus efficit᷑: nec sup cibum stomach᷒ vt oportet reducit᷑. Et hꝫ aut p̃pter malã cõplexionẽ frigidã: aut p̃pter cibũ q̃ generat vẽtositatẽ: aut p̃pter digestiõis paucitatẽ: vnde digestiõis exitus accelerat᷑. hꝫ aũt fit cũ cib᷒ in stomacho nõ bene retinet᷑: vnde nec bene digerit᷑: nec succositas ad epar mittitur: humidaqꝫ ⁊ liquida abinde digestio egredit᷑. aut ṽo cib᷒ ipse in stomacho corrumpit᷑: indeqꝫ putrida egestio sequit᷑. Qꝫ si huiusmodi corruptio fit ex mala cõplexione calida: vel ex colera: punctura comitabit᷑. si aũt ex mala cõplexione frigida vel ex flegmate ventositas ⁊ inflatio sequet᷑. Aliq̃n ṽo fit in stomacho ciborũ retentio mala: vt spasmosa vel tremulosa: indeqꝫ singultatio fit ⁊ vomitus. Quorũ. s. duorũ accidentiũ motus spasmicus est: ⁊ nõ vere spasmus. Uerus enĩ spasmus in neruis fit. singultatio aũt ⁊ vomitus ex retinenti virtute fit᷑ ⁊ expellenti sunt. Retinens nãqꝫ virtus retentionẽ vult. i. appetit retẽtionẽ eorũ q̃ apud illã sunt. Si aũt in stomacho ẽ aliq̃d nocẽs: virt᷒ expellẽs insurgit ipsũqꝫ expellit. ⁊ siquidẽ ip̃m ledens in ei᷒ substãtia fuerit: singultatio fit: q̃r stomach᷒ totus hoc a se repellere appetit. si ṽo fit in fundo stomachi: vomitus accidit: q̃r stomachus ea q̃ clausa sunt in ei᷒ cõcauitate nitit᷑ expellere: siue sit humor crossus: aut certe si al̃s fuerit malus: intãtũ vt in his duob᷒ necesse sit stomacho sustolli donec proxim᷒ fiat ori.

De Accidentibus expulsiue. C. CXLVII.

Expulsionis etiã accidẽtia trib᷒ his modis fiunt. Aliq̃n nãqꝫ cessat oĩno: sicut in colica passione: q̃ vocat᷑ ileos. hec oĩuꝫ colericarũ difficilior ẽ. ⁊ fit aut apostemate calido: qd̃ in intestinis subtilib᷒ oritur: ipsumqꝫ febris ac tussis imitat᷑. aut debilitate virtutis expellẽtis. Nec est cũ hꝫ habitu febris vel tussis. ⁊ fit hmõi vitiũ aut ex mala cõplexione frigida: aut frigidorũ ciborũ causa: vel opilatione facta propter egestionẽ siccam anfractibus intestinorũ imixtã: simulqꝫ cũ eo fit intestini grauitas: torsio: rugit᷒: ⁊ inflatio. hec autẽ colerica passio nõnunq̃ꝫ validã precedit disinteriã. Aliq̃n ṽo expulsionis actio diminuit᷑: cũ. s. descensus egestionis difficilitur. i. indurat᷑. Aliq̃n ṽo eius habitus ac decursus malus est. i. inordinatus: indeqꝫ fit lienteria: cũ virtus expellens mouetur anteq̃ꝫ in stomacho cibus minuitet᷑: quod fit humoris acuti causa stomachũ pungentis: aut huiusmodi certe cibi qualis est sinapis: aut acetum acerrimũ. Aut ipsum stomachũ grauat cibus eiqꝫ nocet: ⁊ ob hꝫ expellit᷑. Hec sunt igit᷑ accidẽtia virtutis expellẽtis (que in stomacho est) actionem ingredientia.

De Accidẽtib᷒ predictarũ ṽiriũ in intestinis. C. CXLVIII.

Porro quecũqꝫ circa stomachũ de attractione ⁊ expulsione dicta sunt: etiã in intestinis intelligẽda sunt: maximeqꝫ de actione virtutis expellẽtis. hec enĩ in intestinis fortior est omnib᷒ alijs. Sciendum autẽ q̃ꝫ ⁊ stomachus ⁊ intestina plerũqꝫ ⁊ attractiuã ⁊ expulsiuam vim opant᷑ extra naturã. Cũ enĩ stomachi sit a meri cibũ attrahere et ad intestina depellere: vt alia ab alijs purgamẽta attrahant: ⁊ foras emittant: nõnunq̃ꝫ vrgente necessitate cõtingit stomachũ ab intestinis purgamẽta trahere: ⁊ ad meri p vomitũ pellere. sed etiã intestinis accidit vt ab inferiorib᷒ purgamẽta attrahant: ⁊ ad stomachum pellant. sicut accidit in colica passione: quã ileos vocamus: ⁊ in cõclusionib᷒ ⁊ expressionib᷒. In ileos quidẽ quia cum virtus expellens mouetur: vt egestiones inferius pellat: ⁊ fluxũ ad exteriora

propter opilationē nō inueniat ad superiora expellit: ea sq3 intestina hec ad illa depellūt donec ad stomachū veniat. stomachus aūt ad meri a quo p vomitū exteri⁹ pellitur. Cōclusio vō accidit plurimū ei q̄ cū egestiões emittere vel vētositates ab īferiorib⁹ īdiget: earū3 emissionē ꝓhibet. amputataq3 vētositatis exit⁹: ⁊ egestionē concludit. q̄ cū exitus viā nō īuenit: ab intestinis ad superiora subito redit: donec ad stomachū veniat: fitq3 vomitus ⁊ corruptio appetit⁹. Hec est assignatio accidētiū q̄ p̄me digestiōi accidūt cū causis suis.

De Accidētibus secūde digestionis. C. XLIX.

SEcūde vō digestiōi q̄ est generatio sanguinis in epate ⁊ venis: accidūt silr incōmoda trib⁹ modis. aut enī oīno cessat nec ciborū succositas q̄ ab intestinis ad epar ⁊ venas dirigit. in sanguinē oīno nō alterat: sed alba remanet. Aut īminuit q̄dē dū in epate venisq3 succositas hec alteratiōe q̄dā īmutat: sed nō plena aut ei⁹ actiones aliter q̄3 oporteat exhibet. eadēq3 succositas in epate mutat: aut in colerā rubeā: sicut cōtigit hictericis. aut in colerā nigrā: sicut hidropicis ⁊ leprosis. Huius aūt vtutis accidētiū duo sūt genera causaꝝ. vnū. s. ab īteriorib⁹: alterū ab exteriorib⁹. Causaꝝ q̄ sunt ab īterioribus triplex est differētia. Prima est mala cōplexio. Et hec q̄dē aut est calida: ⁊ ab eo mutat succositas in colerā rubeā aut si calor īmoderat⁹ est in colerā nigrā. aut est frigida tuncq3 succositas sanguis aquosus efficit. Aut si frigus īmoderatū est succositas oīno nō alterat. Secūda est morbus organicus: vt opilatio que venis accidit aut ex grosso ⁊ viscoso humore. aut ꝓpt̄ apostema qđ illas comprimit. Tertia est ex natura succositatis ad epar a stomacho venietis. Nā si multa est nō eā epar totā in sanguinē alterat. si pauca in coleras ea mutat. Itē si calida est: hāc etiā in coleras īmutat. si vō frigida in flegma. ⁊ in vētositatē iuxta frigiditatis magnitudinē ⁊ paucitatē. Hali vbi supra. Cause vō q̄ ab exterioribus ꝓcedunt sunt exercitiū siue negociū: balneū: cibus: coitus: ⁊ cetera hmōi q̄ ab exterioribus obuiāt corpi. His enī siqs aliter q̄3 oporteat in qualitate quātitate tpe ⁊ ordine vtat chimi mali p hoc in corpe multiplicāt. Itaq3 si pipe ⁊ allio ⁊ cepa sepi⁹ vtat colere ru: generatio in eo multiplicat. si carne vaccina caulib⁹ ⁊ lēticula multiplicat in eo colera nigra. si vō lacte ⁊ fungis piscibusq3 recētib⁹ generat in eo flegma. Porro si labore multo ante cibū vtat ⁊ exercitio: cibumq3 minuat ac ieiunio plurima vtat in eius corpe colera rubea generat. Eodē modo se hēs res si qs hmōi rebus vtat. q̄ in corpe multiplicāt humores ⁊ fiūt ab vnoquoq3 humorꝝ cū in corpe multiplicati fuerint accidētia plurima. Ex colera siq̄dē rubea. si fit in oī corpore. generat hicterícia. si in vno mēbro fit: erisipila. Ex colera vō nigra si plurima fiat in omni corpe generat morphea nigra. sed qñ in q̄busdā membris cācer: ⁊ durū apostema. Porro ex humore flegmatico si mult⁹ fuerit fit hiposarcha: hidropisis: ⁊ lepra. si in mēbris quibusdā apostema molle qđ dicit zima. deniq3 ex aquosa supfluitate cū multiplicatur in corpe. fit hidropisis timpanita. si vō in q̄busdā mēbris. inflationes fiunt siue vesice.

De Accidētibus tertie digestioni. C. CL.

TErtie deniq3 digestiōi q̄ cibū mēbris q̄ pascunt similē facit: nocumētū quoq3 triplicit accidit. aut enī oīno cessat. nec aliquo modo corpus pascit. sicut in ptisico morbo cōtingit ⁊ in alienatiōe. aut īminuit: sicut fit in macie. aut ei⁹ actio fit alit q̄3 oporteat. sicut in lepra fit ex morphea. cibi q̄dē cessatio vel ꝑuatio q̄ nihil comedit vel bibit fit: aut q2 q̄libet q̄tuor naturaliū vtutū aliq̄ accidentia patit. ⁊ ab actiōe sua ꝓpt̄ malā cōplexionē debilitat. Immutās enī vtus si īfirmet. pascēdo nō pōt mēbro cibū assimilare. fiūtq3 abide multe supfluitates in corpe: q̄ ⁊ varios morbos pariūt. Porro vtus attrahēs si fortis sit vt multā cibi quātitatē attrahat. digerēs autē debilis vt attracta nō ꝑualeat īmutare. supfluitas fit in corpore. Infirmata deniq3 expellēti ab expulsione supfluitatū que congregate sunt in corpore. fiūt accidētia pessima iuxta superfluorꝝ naturam. Macies autē efficit ꝓpter cibi potusq3 paucitatē. autē propter nocumentū qđ in has q̄tuor virtutes ingredit. at vero hictericia morphea: lepra: elephātia: ⁊ similia ex hoc efficiunt: q2 in hmōi habitudinibus mēbris pastis cib⁹ nequaq̄3 assimilat. quin potius membrū quod pascendū est cibo simile efficit. ⁊ hoc propter maliciam materiei qua membrū pascitur.

De Accidētibus habitudinum corporis. C. CLI.

POrro habitudinū corporꝝ accidētia q̄ fiūt ex corruptiōib⁹ digōnū scđe ⁊ tertie. sūt hictericia crocea ⁊ nigra elephātia. morphea: alba: ⁊ nigra. lepra. nigredo lingue ⁊ his similes colores q̄ apparēt in corporis supficie. Cōstan. in pant. Ictericia crocea est ex epatis caliditate nimia: ita vt sanguinē in colerā mutet: ac totū corpori p venas mādet: ⁊ cutē corporis in citrinitatē trāsformet. Vel etiā ex venarū nimio calore sanguinē in citrinū mutāte. Vel etiā ex ↄstipatiōe vie fellis ad epar tēdētis: ne colerā ab epate trahere possit. vnde colera remanēs in sanguinē p corpus se spargit: cutēq3 tingit. Quod ex humore viscoso fit in via fellis: siue apostemate epatis vias ipsius fellis cōtingentis. Ictericia nigra est ex nimio calore sanguinē incēdente: ⁊ in colerā nigrā mutāte: vel ex frigore melancoliam faciente: vel ex cōstupatione vie splenis: que cum feces non extrahat sanguinis: cōmixtos eos sanguini dimittit: ⁊ ita per totū corpus dispersi cutem corporis tingūt. Lepra est cum sanguis substantialis ⁊ incēsione nimia corrupt⁹ in colerā nigrā trāsformat. Vel complexio membrorū corporis ex nimietate caloris sanguinē incendit: ⁊ in coleram nigram traducit. Vel eadem complexio mutata in melancoliam traducit ex frigiditate nimia. vel eius cibus in naturam cum conuertit. Morphea nigra est cum exteriora membra: vel cutis in nigredinē se mutat: interiora tamen sana sunt. hec si debilis fuerit: morphea tm̄ erit. si vō fortissima: erit lepra. Morphea alba est ex flegmatis causa cū sanguis in epatis cōplexione fri. ⁊ hu. mutat in flegma cū cui assimilatur etiam exteriorꝝ membrorꝝ natura. Lingue nigredo fit cum fumus. i. humor calidus epatis aut pectoris vel stomachi ad linguā ascēdit: ⁊ eam incēdit. Ex hac aūt rōne ↄsiderāda sunt oīa accidentia in exteriori cute apparentia.

De His que apparent in exeuntibus a corpore extranaturali modo. C. CLII.

HAli vbi. s. Iam vō nūc de his q̄ in exeuntib⁹ a corpore apparēt: disputādū videt. Oīa quidē q̄ a corpore emittunt aut nālia sūt aut extranaturalia. Naturalia sunt: vt egestio: vrina: menstruū: sudor. Horꝝ accidētia fiūt aut in q̄ntitate: vt egestio vel vrina multa. Aut in q̄litate: vt vrina vel egestio nigra: cū hmōi nigredo nō nālis sit. Extranaturalia vō sunt: vt sāguis q̄ de narib⁹ vel aliunde fluit. Sāguis enī egressus ex vasis suis p seipm minime est nālis. Oīa vō q̄ egrediūtur a corpore: si naturalē deserāt cursum: eorꝝ egressio fit ab aliqua triū causarū. Prima est ex parte virtutis. Secūda ex materia. Tertia ex mēbro a quo emittit. Ex virtute quidē si retentiua debil est: nec materiā retinere preualet: aut expulsiua valida est: ⁊ actionē retētiue ꝓhibet materiāq3 remittit. Ex materia vō aut ꝓpter ei⁹ q̄ntitatē si multa est: grauatq3 virtutē: ⁊ ad sui cogit expulsionē: vt cibi si multi sint. s. ad vomitū: ⁊ eruptio sanguinis si in suis multiplicat vasculis. Aut ꝓpter ipsi⁹ q̄litatē: vt si fit pūgitiua q̄ naturā ad eorū q̄ pungūt ⁊ nocent expulsionē cogat: ⁊ acuta q̄ venas acumine suo comedat: aut humida q̄ venas attenuet ⁊ emolliat: easq3 cito crepare faciat. Ex mēbro deniq3 si debile sit ⁊ fragile rarūq3. s. vt facile rūpatur: ⁊ egressio materierū acceleret. aut etiā si durū sit siue siccū. s. ad fissuras facile. Omnis aūt fissure crepationisq3 causa aut est exterior: vt illisio: casus: ⁊ hmōi. aut interior: vt materiei multitudo: q̄ ex sua grauitate extendit ac disrumpit: emollitq3 membrum ad qđ accelerat ruptura.

De His que sunt in euacuationibus a naturalibus: ⁊ primo in egestione C. CLIII.

et lapis:aut distendens vt fumus. Que vo ab interioribus sunt exterioribus assimilant:aut enī est chimus crossus illidēs sicut ab exteriorib⁹ lapis:aut vētositas crossa distēdēs:queādmodum ⁊ fumus:aut calidus ac putridus humor incendens sicut ⁊ ignus.

¶ De Febre ⁊ corporib⁹ ad febrē dispositis. C. II.

Febris est morb⁹ ex mala cōplexiōe calida cōmunis omni corpori. Ideoqȝ diffinit̄ esse calor extra nālis a corde ꝓcedēs ⁊ ꝑ arterias ad oēs corporis ptes missus:eiusqȝ nocēs actionib⁹. Isidorus vbi supra. Febris a feruore dicta est. Est enī abūdātia caloris. Philiscus. Febris est calor innaturalis nature supgrediēs cursum: a corde ꝓcedēs ī arterias:suoqȝ ledēs effectu. Auicē.in canone.iiij. Febris est calor extraneus in corde accēsus:⁊ ꝓcedēs ab eo mediātib⁹ spiritu ⁊ sanguine:⁊ ꝑ arterias in totū corp⁹ cui⁹ īflāmatio nālibus operatiōib⁹ nocet. Corpa vehemētius ad febres ꝑparata(sicut ꝗdā dixerūt)sunt corpa calida ⁊ humida:ꝓpterqȝ cū humiditas caliditate fortior est. Et ista ꝗdē sunt fetidi sudoris ⁊ vrine ⁊ egestionis. Corpa quoqȝ calida ⁊ sicca ꝑparata sūt ad febres calidas:⁊ incipiūt effimere prius:deinde festināt ad putredinē ⁊ adustionē. Qn̄qȝ vo cadere faciūt in ethicā:⁊ sequunt̄ ea ambo ꝗ equantur in siccitate ⁊ humiditate:dn̄aturqȝ caliditas:⁊ accidit febris vaporis calidi.deinde ꝑmutat̄ ad febrē amoris:postea corpa illa in ꝗb⁹ equant̄ calor ⁊ frigus ⁊ multiplicat̄ humiditas. Istis quidē febres putredinis accidunt ſm plurimū incipientes. Corpora vero frigida ⁊ humida. vel frigida ⁊ sicca longinquiora sunt a febribus ⁊ proprie ab effimera. Senibus autē parū accidit febris valde accensa propter frigus complexionis:⁊ paucitatem carnis eorum.

¶ De Horis febrium. C. III.

Hore vero febriū sicut ⁊ reliquarum egritudinum sunt principiū ⁊ augmentū ⁊ status vltimus ⁊ declinatio. Principiū quidē est ex hora qua calor innatus preuocat̄ a materia in membro submersa tā diu donec nō appareat maturationi aut diuersitate eius cōtrarie maturationi vestigiū. Sed quandoqȝ principiū occultatur:sicut in synoche ⁊ apoplexia:⁊ epilensia. Augmentum est hora in qua manifeste mouetur innata caliditas ad resistendū materie:⁊ apparēt signa digestionis:aut signa digestioni contraria. Porro status est hora pugne.scilicet in qua vehemens pugna fit inter naturam ⁊ materiam: apparetqȝ victoria vni⁹ earū sup aliā:huius spaciū in habētib⁹ paroxismos acutos ē paroxism⁹ vn⁹:⁊ nō cognoscit̄ nisi ꝑ illū ꝗ sequitur ipsum:aut duo paroxismi:⁊ cognoscitur in tertio eius. Declinatio vero est hora in qua calor innatus iam materie dominat̄ ac vincit eam:⁊ separat congregationem eius.scilicet rei post rem:⁊ tunc alleuiatur occulte caliditas ⁊ expellit̄ ad extremitates:donec resoluitur:⁊ multotiens incrossatur:diuersificatur autem status egritudinum. Nam valde acutarum longinquior status est vsqȝ ad quattuor dies:⁊ febres effimere sunt de hac summa:veruntamen non numerantur acute:quia non sunt de egritudinibus habentibus timorē. Et sequunt̄ eas febres acute:⁊ sunt ille quarū status ꝑuenit ad xiiij.dies:⁊ quod est supra illud. Et plures quidem febrium cōplēt principiū ⁊ augmētū ⁊ statū in paroxismo vno:aliū quoqȝ paroxismum faciunt declinando:preterea quarundam febrium prolongatur augmentum:⁊ quarundam declinatio.

¶ De Cognitiōe horaꝝ vniuersaliū ⁊ ꝑticulariū. C. IIII.

Cognitio quidē horaꝝ egritudinū vniuersalium:aliquando est ex specie egritudinis. Nam spasmus siccus ⁊ epilēsia ⁊ apoplexia ⁊ sqnātia sunt ex acutis valde:tertiana vo pura ⁊ causon ex acutis nō valde. Porro quartana ⁊ paralisis de macronoxijs:qn̄qȝ vo fit ex motu egritudinis:nā si paroxismi breues sūt: significāt ꝙ stat⁹ ꝓpinquus est:sicut est tertiana pura. Tēpus enī paroxismoruꝫ eius ē ex trib⁹ horis vsqȝ ad quattuordecim. Si vo ꝓlixi sīt significāt ꝙ mā crossa ē:⁊ stat⁹ longinquus sicut in tertiana nō pura. Et si nō fuerint illic paroxismi īmo mā ei⁹ fuerit acuta: sicut synochi: tunc egritudo erit acuta. Et si fuerint signa eius signa frigide crosse aut declinis ad crossitudinē tūc egritudo erit nō acuta. Et si remāserit cū dispositiōe sua:tūc egritudo nō erit illius acutatis. Et qn̄qȝ etiā est ex virtute cui velociter aduenit debilitas quare est egritudo acuta:quandoqȝ etiā est ex etate vel tempore. Nam in tempore calido ⁊ etate calida status egritudinum festinat:in frigidis autē tardat:⁊ similiter est dispositio regionum. Et ex pulsu. Nam si est velox frequens magnus egritudo est ad acutatem decliuis:⁊ si non: tunc non est acuta. Et ex rigore:nam si est prolixi spacij:tunc egritudo est decliuis ad prolixitatem. Et si breuis est spacij tunc ad acutatem tendit. Et quando nullo modo est rigor tunc abbreuiat̄ eius extensio. Quandoqȝ aūt est ex pte horarū paroxismoꝝ.nā si ꝓcedant ſm antecessionē supfluentē.ita vt vnus antecedat supfluitatē alterius tendēs ad additionē:tunc egritudo erit in augmēto. Si vo iā steterit antecessio superfluitatis.tunc est egritudo in statu seruans horā vnā. Si aūt postponit̄.tunc egritudo est in declinatiōe. Deniqȝ cognoscit̄ horaꝝ dispositio ex augmēto accidentiū febris in statione ac declinatiōe eoꝝ:⁊ ex additiōe paroxismoꝝ eius in longitudine vel ex abbreuiatione ipsoꝝ. Qn̄qȝ etiam ex dispositiōe euacuationū:vt sudoris ac flux⁹ ventris.nā cū accidit in paroxismo aliquo sudor aut ventris flux⁹. Et paroxismus secūdus qui est post ipsum est in silitudine vehemētie primi:⁊ fortitudine eius:aut supra ipsaꝫ tunc euacuatio eius est propter multitudinē nō propter fortitudinem:⁊ egritudo indicat̄ longa. Et qn̄qȝ ex parte digestiōis ⁊ ꝯtrarij digestionis. Verbi gratia. Qn̄ apparet sputū cū digestione aliq̄ aut vrina in qua est nubes aliqua tūc est principiū augmēti:deinde qn̄ multiplicat̄ illud appet aut ꝯtrariū ei⁹ tūc est stat⁹. Et iterū qn̄ apparet digestio aut ꝯtrariū eius velociter ex sputo aut nube. tunc scias ꝙ status est ꝓpinqu⁹. Et si tardat̄ tūc scias ꝙ status est longinquus. Cognitio vo ꝑticulariū horaꝝ hec est:hora principij paroxismi est illa in qua coartat̄ pulsus:⁊ calor extremitatū fit plūbeus: ⁊ infrigidant̄ extrema:ꝓpterqȝ extremitas auris ⁊ nasi:vsqȝ ad horaꝫ in qua sentit̄ sparsio caliditatis. Et qn̄qȝ principio associat̄ alteratio coloris:⁊ pigricia ⁊ angustia ⁊ tarditas motuuꝫ ⁊ ꝓfunditas somni:⁊ mollificatio palpebrarū:⁊ grauitas sermonis:⁊ horripilatio inter scapulas ⁊ in dorso:⁊ qn̄qȝ fortis rigor:qn̄qȝ vo saliue cursus:⁊ saltus tempoꝝ:⁊ tinitus auriū:⁊ sternutatio vl̄ cōmotio membroꝝ. Et vehementi⁹ quidē debilitat̄ virt⁹ ꝓpt̄ debilitatē ꝗ est in principio aut statu. Et hore augmēti medietas ꝑma est hora in qua pulsus incipit apparere ⁊ magnificari ⁊ velox fieri: spgiturqȝ calor in toto corpe ſm equalitatē. Altera vo medietas est hora in qua nō cessat hec caliditas ipsa cū equalitate augmēti. Hora vo status est illa in qua remanēt caliditas ipsa cū eq̄litate ⁊ accidētia cū dispositione sua:fitqȝ pulsus maior ꝙ̄ vnq̄ȝ fuerit ⁊ velocior ac frequētior. Hora porro declinationis est illa:in qua incipit egritudo diminui pulsusqȝ tpari ⁊ equari. Deinde vo illa in qua sudare corp⁹ incipit ⁊ ad eradicationē ꝑducit. Multotiōes ꝗdē apud mortē accidit dispositio ꝗ est sicut declinatio:qsi iam eger euaserit. Sed oportet vt pulsus cognoscat̄:vt magnificet̄ aut forti efficiat̄. Scias etiā ꝙ egritudo ꝓlōgat̄ aut ꝓpt̄ materie mltitudinē:aut ꝓp ei⁹ crossiciē:aut propter frig⁹ eiusdē. Ad hoc etiā iuuāt qn̄qȝ temp⁹ frigidū:⁊ regio frigida:⁊ etas frigida:⁊ debilitas innati caloris:⁊ soliditas corporis.

¶ De Speciebus febrium ⁊ causis earum. C. V.

Diuiditur autem febris in egritudinalē ⁊ accidentalē. Egritudinalis est illa inter quam ⁊ causaꝫ suam que nō est egritudo nō est mediū: vt febris putredinis. Nō.n.putredo in seipsa est egritudo:sed cā egritudinis.id est febris absqȝ medio. Accidentalis est ꝗ ex alia egritudine depēdet:vt febris apostematis ⁊ opilatōis. Apostema nanqȝ in seipso est egritudo cui febris accidit: ipsumqȝ sequitur:⁊ eo existēte existit. Primo igit̄ de egritudinalib⁹ dicam⁹. qm̄ omniuꝫ que sunt in hominis corpe tria sunt genera.s.membra humores ac spiritus continētia:⁊ humiditas ipsa recondita: ⁊ spirit⁹ ac vapores effusi. Membra quidem parietibus balnei.humiditas aūt aque spiritus aeri eiusdem comparant̄.itaqȝ si accendat̄ febris in membris radicalib⁹ accensione ꝑma sicut accendit adustio.verbi gratia:vt in parietibus balnei aut ꝑ follem ferrarij vel per ollā coci:tunc illud gen⁹ febris ethica nominat̄.si vero accendat̄ primo in humorib⁹:⁊ deinde accēdat̄ ex eis in membris:sicut cū aqua calida in balneū effundit̄.lateres eius cā illius accendunt̄. tunc illō genus febris humoris appellat̄. Porro si accēdat̄ prius in spiritibus ⁊ vaporibus ⁊ inde accendat̄ in membris ⁊ humoribus:sicut accidit vt ignis aereꝫ balnei calefaciat,ideqȝ ad aquā ⁊ ad parietes balnei ꝑueniat:tunc illud genus febris effimera vocat̄.hec.n. in re subtili accendit̄:que cum velocitate resoluit̄:raroqȝ diem cū nocte sua pertransit:nisi ad aliud genus febrium conuertat̄. Actor. Ob hoc itaqȝ febrium tria sunt genera:quia non apparent nisi in materia. Materie vero corpis sunt tres.s.spūs.humores:⁊ mēbra spiritualia. Si ergo calor extra naturalis īfixus ⁊ impressus harū alicui fuerit:calorem naturalem in igneū mutat:⁊ calefacit cor: atqȝ a corde ꝑ arterias quas ⁊ calefacit ad omnes partes corpis mittit̄:ac ꝑ eas dispgitur.sicqȝ febris estuat. Auicenna vbi supra. Hec est diuisio febrium quasi ꝑ differentias.alio quoqȝ modo diuiduntur. Nam alie sunt acute:alie vero nō:alie chronice.alie nocturne.alie diurne

⁊ de eis sunt salubres recte: ⁊ de eis sunt habentes accidentia horribilia: alie vicissim dimittentes: alie inseparabiles. Inseparabiliū aūt alie qbꝰ sunt qetes ⁊ remissiões: alie qbꝰ intēsiões: alie alijs fortiores: alie sunt sibi similes: alie frigide rigorem aut horripilationeʒ habentes: alie quoqʒ simplices: alie composite.

¶ De Effimera ⁊ causis ⁊ signis eius. C. VI.

Hali vbi. s̃. Effimera febris est illa q̃ pmanet in corpore vigintiquattuor horis: ⁊ qñqʒ puenit vsqʒ ad. xlviij. vel. lxxij. Hec fit ex caus. manifestis qttuor modis. Primū genꝰ ē ex his q̃ ab exteriorībꝰ corpi occurrūt: eo qd aut illd calefaciūt siue actualit̃: vt estus solis: ardor ignis aer balnei: siue potētialit̃ vt balneū aquaꝝ aluminis vel sulphuris: aut poros eius spissant: siue actualit̃ vt aq̃ frigida q̃ supfluitates fumosas in corpis iteriora recludit: aut potētialit̃ vt aque lauacri aluminose. Scōʒ est ex his q̃ ad iteriora mittunt̃: vt sunt cibi ⁊ medicamina. Tertiū est ex motu īmoderato: aut corpis: vt exercitio laborioso: aut aīe: sicut ira tristitia cura. Quartū ē ex passiōibꝰ q̃ fiūt in mēbris manifestis ex pacut| causis vt ē apostema calidū qd fit in inguinibꝰ ex pedū vulneribꝰ: vñ calor ⁊ vicina mēbra pfert̃: atqʒ ab eis ad alia vsqʒ ad cor. ⁊ īde p arterias ad oīa corpis mēbra trāsmittit̃.

Auicē. vbi. s̃. Febris effimera multas hʒ spēs: oīum aūt specierū effimere sūt cause pmitiue calefaciētes essentialit̃: aut p accidēs de sūma occurrētiū assumptoꝝ. s. in cibo ⁊ potu ⁊ passionū corporaliū ⁊ aīaliū: ⁊ ex dolorībꝰ ⁊ apostematibꝰ apparētibus. Et sunt de eis ex opilatiōibꝰ: quaꝝ cā nō est pmitiua: ⁊ nō puenīūt cause earū cū vehemētia sua ad hoc vt p trāseat illud qd īflāmat spūm: alioqn in ethicā cadere facerēt: vel in aliā spēm febriū humoꝝ. Cause nāqʒ primitiue pleruñqʒ mouēt antecedentes: q̃ si mouerīt eas ad putredineʒ erūt putredinis febres: febris ista fm plurimū in vno die recedit: raroqʒ tertiū diē ptrāsit alioqn estimat̃ pmutari. Et intētio qdē pmutationis est q retētio caliditat| ptrāsit spūs: aut ad corpꝰ aut ad hūorē. Razi in li. diuisiōis egritudinū. Ex signis effimere sūt: q ipa accedit ab alteratiōe euenīēte: sicut vigilijs aut laborībꝰ supfluis: aut fame vel siti vehemēti. aut aeris calore vel frigiditate: aut casu vel p cussiōe aut aliquo hmōi. nec alterat̃ ex ea multū vrine color: nec pulsus velox est aut frequēs vehemēter: nec lingua vehemēt| aspitatis ⁊ siccitatis. Idē in almāsore. x. pte. Effimera semel tñ īuadit: cuiꝰ ppria significatio est: q nec cū tremore: nec cū horripilatiōe īcedit: ⁊ q eā aliqua p̃ter nām cā p̃cedit. vt multꝰ calor aut ira vel solicitudo: vini puri vel multi potatio: ciborū grossorū repletio: vel aliquid huiusmodi: vrina quoqʒ in hac egritudine nec in colore: nec in substantia: nec in odore multū ab eo quod cōsueuerat mutatur. Calor etiā cū corpus egri tangitur: nec multus nec pungitiuus sentitur: febris hec non multū mala est. Quandoqʒ tamen cū in huius curatione error contingit: in alias febres malas transit. Cū autē minui incipit egritudo: sudoris prouenit multitudo vel saltē humectatio ⁊ resudatio: postea vero perfecte sudatur.

¶ De Febribus humoris siue putridis. C. VII.

Hali vbi supra. Putride febres ex quatuor humorū putredine fiunt: humores enim si putruerint incalescunt. Indeqʒ membrū illud calefit: in quo putrefactio fit: ab eo vnoqʒ membrū illi contiguū: sicqʒ membra calefiunt hec post illa donec perueniatur ad cor. a quo procedit ad arterias: ⁊ in omne corpus per illas. Putrescunt autē humores. v. de causis: que sunt humoris multa quantitas eiusqʒ grossicies: ⁊ eius viscositas. Opilatio quoqʒ que ab eo fit: ⁊ anhelitus priuatio: que ex ipsa opilatione contingit: humor nanqʒ si priuetur anhelitu putrescit: sicut fieri videmus in exteriori humiditate quando priuatur aere. Auicē. vbi supra. Putredo quidē accidit aut propter malum cibum: quando preparatus est vt putrefiat illud quod ab eo generatur propter substātie sue malitiā: aut quia velociter recipit corruptionē quāuis sit bone substantie: sicut lac. aut quia res aquosa est ⁊ mali nutrimenti: cuius aquositatē recipit sanguis: vt est illud quod generatur a fructibus tardis humidis valde: aut est ex illis q̃ non conuertuntur ad sanguinē bonū. Imo remanet humor malus frigidus quē abhorret calor innatus: eiqʒ succedit extraneus vt est ille qui generatur ex cucumere ac citrolo ac piris ⁊ similibus: aut etiam ppter malitiā artificij eius: aut horā: aut ordinē ipsiꝰ: aut ppter opilatiōeʒ phibētē respiratiōeʒ ⁊ euētatiōeʒ: aut ppter cōplexioneʒ corpis malā qñ nō pōt digestionē facere bonā: virtutes siqdē non operant̃ in cibo ⁊ hūores ppter priuationē respiratiōis: ⁊ ob hoc dimittūt eū crudū. Et huiusmodi quidē cōplexio aut generat humorē malum aut corrumpit illud qd generat propter abbreuiationem suā in digestiōe: q mouet eā motu pigro: aut etiā propter dispositiones extrinsecas: ex aeribus malis: vt est aer pestilentie: vel lacunaruʒ: ⁊ quandoqʒ cōgregat̃ ex eis numerus rerū plurimus. Et plurimum autem causaꝝ putredinis est: aut ppter multitudinē humoris: aut propter suam grossiciem: aut ppter sui viscositatem.

¶ De Speciebus earum. C. VIII.

Humor itaqʒ recipiēs putredinē: aut ē sanguis talis vt euaporet ab eo vapor subtilis: aut flegma tale vñ pcedat vapor spissus: aut colera tal̃ vt egrediat̃ ab eo vapor fumosus valde subtilis: aut melancolia talis vt euaporet ab ea vapor fumosus: spissus: puluerulentus: putredo qdē colere facit tertianā. Putredo sanguinis ꝯtinuaʒ. Putredo melācolie q̃rtanā: ⁊ q̃ cursum eiꝰ sequunt̃. Putredo flegmatis vt multū quotidianā ⁊ q̃ cursum eiꝰ imitat̃. Hali vbi supra. Febriū putredinis spēs s̃t plures: alie nāqʒ s̃t simplices. alie vō cōposite. Simpliciū aūt q̃ ⁊ pure s̃t: q̃ttuor sunt spēs ex humoꝝ numero: pma ē febris ꝯtinua quā synochū dicūt. hec ex putredīe sanguinis fit: ⁊ est molesta: qm̃ egrotꝰ in ea nō q̃escit. Secūda est tertiana ex putredine colere rubee. Et hec est salubris q diē vnū hʒ q̃etis eius aūt accessio breuis ē: qm̃ ex quo mouet̃ subtilis mā cito maturatiōis est: facilisqʒ dissolutōis. Tertia est quartana ex colere nigre putrefactiōe: hec quoqʒ salubris est: q p biduū q̃escit: plixa vero qm̃ humor ex quo fit grossus est ⁊ tarde maturitat|: difficilisqʒ dissolutiōis. Quarta ē quotidiana ex putrido flegmate estuās. Hec q̃dem molesta est: q singulis diebꝰ accendit̃: longa quoqʒ ppt̃ humoris grossiciē ⁊ viscositatē ob quā nō cito maturat̃ nec dissoluit̃.

¶ De Subdiuisionibꝰ earūdem q̃ttuor specieꝝ. C. IX.

Earum itideʒ q̃ttuor specieꝝ vnaqq̃ʒ subdiuiditur. Illa si quidē q̃ ex sanguine tumultuat tres habet species. Alia nāqʒ a principijs vsqʒ ad finē in habitudine vna ꝯsistit: ⁊ eq̃lis dicit̃: hec qdeʒ fit: qm̃ tantū sanguinis ꝯsumit̃ quantū ⁊ putrescit. Alia vō a principio debilis incipit. Nec vsqʒ in finem augeri desistit tuncqʒ fortis est ac difficillima: ⁊ vocat̃ augmentata: hec quoqʒ fit cū amplius ex sanguine q̄ʒ finiat̃ putrescit. Tertia porro in pncipio difficilis est ⁊ grauis. Deinde semper īminuit̃ ⁊ in fine deficit. hec appellat̃ īminuta. tuncqʒ fit qñ qd finit̃: sanguinis ampliꝰ est q̄ʒ qd putrescit. Que autem ex alioꝝ triū humoꝝ putredine sunt: singule bipt̃ite sunt. Alia nāqʒ ꝯtinua est que nō diuidit̃. alia vō interpolata: que qbusdā vt dictū est tpibus accendit̃. Humores nanqʒ qui sunt intra venas si putrefiant: faciūt febres ꝯtinuas. Qui vō extra putrefiūt faciūt interpolatas. Ob hoc ergo ꝯtinua est illa: que ex sanguine putrido efficitur: q sanguis semp in venis ac vasis. i. arterijs includit̃: vnde ⁊ si etiam pars eius putrescat: in totū diffunditur: eiusqʒ calore totum equaliter vritur: nec febris desistit donec totum qd putruerat finiatur: aut certe mutaret̃ aut reformet̃. Que autē ex alijs humoribus nascit̃ ideo quādoqʒ ꝯtinuat̃ q cum intra vasa ⁊ venas humor putruerit: dissolui ⁊ euacuari prohibet̃. propter corpis densitateʒ atqʒ soliditatem. Itaqʒ post accensionis prime īminutionē supersunt caloris reliquie que durant vsqʒ ad secundam. sic ⁊ secunde vsqʒ ad tertiam. ita q accēsionibꝰ ꝯtinuitatis efficit̃ ꝯtinua febris. Si autē extra vasa ⁊ venas humores putrefiant cū accessionibꝰ piodicas febres generāt: humor nāqʒ q̃ putrefit nō adunat̃ vno tpe sed paulatim in locis qbꝰ putrescit. eiusqʒ ꝯgregatio inter duas accēsiões fit.

¶ Item de causis interpolationis ⁊ continuitatis earum fm Auicennam. C. X.

Colera ⁊ flegma ⁊ melācolia qñqʒ putrefiūt intra: ⁊ qñqʒ extra. Qñ qdē putrefiunt extra ⁊ nō est alia cā neqʒ putredo in apostemate intrinseco qd det cordi putredinē ꝯtinuā: tunc piodos faciūt: ⁊ accidūt qdē ⁊ eradicant̃. Flegmatica tñ nō eradicat̃ qn sint ibi reliquie occulte. Qñ vō putrefiūt intra: tūc faciūt adherētiā febris assidue ⁊ inseparabilis: aliqñ tñ est ei vehemētia p quā pximꝰ eius cognoscit̃. Itaqʒ qñqʒ putredo est itrinseca dominās sup oēs venas aut sup plurimū eius qd sequit̃ cor. ex eis nō s̃t forsitan additiões ⁊ diminutiões apparētes. Qñ vō est fm ꝯtrariū illius: apparēt manifeste alteratiōes. Ob h̃ aūt febris extrinsece putredinis eradicat̃ ⁊ redit: qm̃ in tpe potissimi putredo materiei supuenit: ⁊ eiꝰ hūiditates finit ex qbꝰ pēdebat caliditas ⁊ resoluunt̃ ⁊ egrediunt̃ e corpe: q̃ q nō s̃t in venis retēte: remanētqʒ cinereitas ⁊ terrestreitas ipsiꝰ. Itaqʒ qñ iam nō remanet caliditas nō s̃t vehiculū febris ⁊ caliditat|. Itaqʒ qñ iam nō remanet caliditas in humore p putredinē adusto destruit̃ febris vsqʒquo alia vice aggreget̃ ad locū putredinis: ⁊ cū remāserāt in ea reliq̃e caliditatis ex putredine pria: q̄ʒuis materia nō remaneat: aut ppter iuētōeʒ causa prime putrefactionis in materia prima inflāmat̃ in materia

[illegible] putrefactionis. Res enim putredinis resoluitur fm inuētionē caliditatis nō deficiētis putrefaciētis ꝛ resoluētis ac cinerē faciētis ꝛ ptrāseūtis ad vicinū: donec abscidat terminū: finiatq3 mām: nec aliud vicinū inueniat: ſ3 remaneat febris expectās aliā mām vt attrahat ad locū suū. Cū autē putredo est intra venas tūc accidit vt resolutio cōpleta sit difficilis: nec reuoluit putredo ꝑpter cōtinuitatē q̄ est in q̄busdā venis cū alijs: ꝛ putrescit oīs res q̄ vicina est ei: deinde reuoluit ad vicinū aliud. Et iterū illud qd̄ cōprebēsū est in venis: vehemētioris est cōtinuatiōis ad cor. Deteriores q̄dē sunt febres inseꝑabiles: in q̄b⁹ putredo est intra venas q̄3 ille q̄ eradicant: in q̄b⁹ est putredo in toto corꝑe: aut in ꝑtib⁹ corꝑis. Hali vbi. s̄. Accidit quoq3 sanguini extra vasa: venasq3 putrescere: ꝛ febrē cōtinuā generare. Qd̄ tūc fit cū ex ea multa quantitas in aliquo mēbro cōgregat: apostemaq3 facit. ꝛ opilationis causa que accidit ex apostemate: putrescit. Putredinis quoq3 cā calefit: ꝛ apostematicū mēbrū calefacit: eiusq3 calor ꝑ ꝯfinitatē defert a mēbris ad mēbra ꝑ arterias que ad illud mēbrū porrigunt donec ad cor veniat: indeq3 ꝑ arterias in oīa corꝑoris mēbra mittit: nec desistit h̄ febris donec apostema maturatum euacuetur. His ergo de causis: alie febrium continue sunt: alie circulares.

¶ De Febre acuta ꝛ cōtinua. C. XI.

Razi in almansore. x. ꝑte. Synochus est febris q̄ sysmatica dicit h̄ q̄dē sine tremore ꝛ horripilatione accidit: cum calore tn̄ incipit: ꝛ cum ea est in facie ꝛ in oculis ꝛ aurib⁹ naribusq3 rubedo ꝛ estuatio ꝛ icēdiū: forte ꝛ īspiratio magna ac spissa: hāc febrē priusq3 accedat: h̄ signa ꝑcedūt in corꝑe. s. grauitas ꝛ extēsio: pigritiaq3 ꝛ quasi lassitudo ꝛ in somno sup̄fluitas ac stupor: ꝛ in capite grauitas ꝑcipueq3 in fronte ꝛ tēporib⁹. Uene quoq3 inflant: ꝛ q̄dē tumide vident: ꝛ prurit⁹ in narib⁹ oculisq3 sentit: Accidit aūt h̄ febris iuuenib⁹ corꝑa bone habitudinis habētib⁹: ꝛ hoc q̄ ex carne ꝛ ꝯfectiōib⁹ ꝛ ex melle multū cōmedere: multūq3 bibere cōsueuerūt. Cōtingit autē sepius in hieme ꝛ vere: pulsusq3 magnus ac spissus in ea sentit: ꝛ vrina rubea ac spissa. Actor. Synochus est febris sanguinea: vt dictū est. s̄. q̄ ꝛ continua. Itaq3 febriū cōtinuarū quattuor sunt sp̄ēs: fm quattuor genera humorū. Alia eni fit ex sanguine: ꝛ dicit synochus vel synoche. Alia ex flegmate: ꝛ dicit quotidiana ꝯtinua. Alia ex colera rubea. ꝛ dicit causon vel tertiana cōtinua. Alia ex melācolia ꝛ dicit quartana cōtinua. Auicenna vbi. s̄. Illa vō q̄ ex putredine sanguinis est cōtinua: inseꝑabilis: eiusq3 calor plurimus cū lenitate nō in mordicatiōe colerice. q̄nq3 ꝑuenit ad statū in quattuor dieb⁹. Razi vbi supra. Tertiana quoq3 quartana ꝛ quotidiana plerūq3 fortasse nō cessant: ſ3 cōtinue ꝑmanēt. In hora tn̄ accessiōis fortiores fiūt: ꝛ postea reprimunt: nō tamē ita separant: vt corpus ab eis ōino liberet. Accidētia quidē istarū febriū eadē sunt que ꝛ predictarū: excepto ꝙ nō incipiunt cū tremore: nec est cū eis sudor in toto corpore nisi cum recedunt. Materia tamen earum est etiam materia illarū. sed est in quātitate maior ꝛ in qualitate deterior.

¶ De Febre quotidiana. C. XII.

Febris quotidiana q̄ ꝛ flegmatica dicit: cū horripilatiōe ꝛ puro frigore in costis ꝛ extremitatib⁹ incipit. Tēpus quoq3 frigoris in corꝑe ꝑlixū fit. ꝛ vrina calefit. Nec ad ardorē cito sicut tertiana ꝑuenit: Immo etiā cū ꝑlixitate ꝛ labore: ꝛ plerūq3 q̄dē calefit ꝛ iterū infrigidat: post h̄ iterū calefit. Qd̄ postq̄3 multotiēs factū fuerit: manifestatur calor: ꝛ equalis in toto corꝑe fit. Qui cū incipit ꝑ totū corp⁹ spargi: nō est fortis neq3 purus ꝛ in egri corꝑe nō est incēdiū neq3 punctio sicut in tertiana ꝛ causonide: nec sitis ē cū ea: nec vehemēs īspiratio: ꝛ si cū ea vomit⁹ affuerit: aut vētris solutio: hūores albi pureq3 flegmatici egerunt: aut cū pauca colera rubea facies etiā aliquātulū in hac febre tumere videt: ꝛ corp⁹ macrescit: ꝛ virt⁹ appetitiua deꝑmit. Pulsus aūt multomin⁹ velox ac spissus q̄3 in tertiana īuenitur: ꝛ ꝑter h̄ ē diuersus. Urina vō alba ē ꝛ subtilis: aut rubea ꝛ spissa ac turbida. Hec febris quotidie īuadit: in q̄ tēp⁹ molestatiōis tpe īterpolatiōis ꝑlixius existit. Accidit aūt sepius pueris: mulierib⁹ ꝛ eunuchis: ꝛ humida corꝑa habētib⁹: eisq3 q̄ multū comedūt ꝛ parū euacuant: ꝛ parū exercitāt: in tpib⁹ quoq3 ꝛ regionib⁹ frigidis ꝛ humidis. Idē in li. diuisionū. Febris flegmatica ꝑiodica ē cū horripilatiōe lōgi tpis ꝛ omni die ꝑoxismū facit: nec vehementer inflāmat q̄n calefit: ꝛ est humiditas in ore vomitusq3 flegmatis ꝛ cetera q̄ predicta sūt. Flegmatice quoq3 cōtinue sunt eadē oīa signa: nisi ꝙ horripilatio nō est cū ea: ſ3 loco eius in corpore caliditas est addita. Sudor quoq3 fortasse nō est in ea nisi cū totaliter separatur. Rarum est autem vt cum sudore seperetur: immo plerunq3 huius febris recessio: flegmatice quoq3 periodice ꝛ vtriusq3 quartane omniumq3 febrium ꝑlixarū ꝛ tardarū est absq3 crysi: sed cum resolutione alicuius rei post aliā. Si autē est aliq̄n in dispositiōe. tunc fit cū vomitu ventrisq3 solutiōe. Auicēna vbi supra. Flegmatica quidē faciens accessionē omni die leuis caliditatis est: comꝑatiōe ad colericā. lōga vō ꝑpter materiei viscositatē ꝛ frig⁹ ei⁹ multitudinē. Est aūt magni timoris: q2 paruū habet spatium interpolationis ꝛ quietis. ꝛ quoniam associatur corruptioni atq3 debilitati in ore stomachi.

¶ De Febre tertiana. C. XIII.

Febris aūt q̄ ē ex putredine colere mot⁹ est tertianus nisi sit species ei⁹ q̄ dicit adusta. cui⁹ motus est occult⁹ valde: ꝛ est sic inseꝑabilis ꝯclusa. Tertiana q̄dē pura est acuta ꝑpt materie subtilitatē eiusq3 caliditas ē magna mordicatiua ꝑpt colere fortitudinē: ſ3 est salutifera: q2 colera leuis est sup nāz. ꝛ q̄n ipsa facit q̄etē. Tertiana vō nō pura longioris est spatij q̄3 pura. Et pura q̄dē nō trāsit. vij. ꝑiodos nisi ꝑ errorē. ꝯtinua vō q̄nq3 ꝯsumit. Itē Razi in almāsore. x. ꝑte. Febris tertiane ꝑncipiū accidit cū forti tremore: ꝛ pauco frigore: sicpes cū obstupescit: sed nō diu ꝑseuerat. sic in alijs febrib⁹ fit: q2 corpus cito calefit: ꝛ hoc vehement. plerūq3 vō ex ea superuenit nausea ꝛ estuatio: ac vomit⁹ colere rubee. Uent etiā q̄nq3 soluit: ꝛ colera rubea egredit. In hui⁹ febris fine. pulsus īuenit magn⁹ ꝛ velox ac spissus ſ3 tn̄ eq̄lis. Urina quoq3 in colore ē ignea: ſ3 fm substātiā nō est spissa. h3 tn̄ odorē malū ex putrefactiōe: hec aūt febris euenit sepius ꝯplexionē calidā ꝛ siccā hn̄tib⁹: ꝛ his q̄ multū laborē aut vigilias aut ieiuniū ꝑpessi sūt: aut ex cibis calidis nutrimētū sumpserunt: ꝛ vinū forte vetusq3 bibūt: et si regiōes ꝛ tpa in calore distemꝑata sūt. Hec ꝑterea febris vltra. xij. horas egrū nō īfestat imo freq̄nter ī pauciorib⁹ remouet ꝑoxism⁹. Cūq3 recessiōis hora aduenerit: cū sudore remouet: ꝛ pulsus ab ea mundificat. Causon quoq3 febris est ex genere tertiane: ſ3 ea fortior: ꝛ maioris incēdij. Una q̄dē die validior: ꝛ alia min⁹ valida fit. a corꝑe tn̄ nō seꝑat: nec horripilatio cū ea accidit neq3 sudor: nisi cū recedit. Alia vō tertiane accidētia sunt cū illa: vehemētiora tn̄ ac firmiora lingua ꝑterea ꝛ labia citrina fiūt ac nigra: ꝛ absq3 dubio aspera etiā si febris fuerit valde fortis. Idē in li. diuisionū. Febris tertiane signa sūt ꝙ incipit cum horripilatiōe sicut acus pūcture: nec est frig⁹ eius dominās: ſ3 ad calefactionē declinās. eiusq3 festinat inflāmatio: ꝛ iō magnificat pulsus anhelit⁹: fitq3 vehemēs inq̄etudo ꝛ estus: ꝛ sitis ꝛ augustia. Qn̄q3 etiā accidit alienatio ꝛ colere vomit⁹ ꝛ egestio. Et hec q̄dē febris plurimū in q̄rto ꝑiodo stat: ꝛ q̄nq3 in eo seꝑat. Ad plurimū aūt vsq3 ad septimū extēdit: nā q̄ ꝑiodos. vij. ꝑtransit nō est tertiana simplex ꝛ pura. ſ3 cōposita in q̄ flegmatis est cōmixtio. Tertiane vō inseꝑabilis. i. ꝯtinue signa. sūt oīa signa tertiane. ꝑter horripilationē ꝛ sudorē: nō. n. est cū ea nisi q̄n est crysis. Caliditas aūt ꝛ alienatio vehemētiores in ea sūt: ꝛ malignior est ꝛ deterior. Qn̄ aūt alba: melior est ac lenior. Qn̄ vō citrina: media ē in malitia. Drīa int febrē tertianā ꝯtinuā: ꝛ illā que ex sanguine fit: est ꝙ ista fortior fit ī tertio: nec sunt cū ea rubedo sup̄flua ꝛ extēsio in corꝑe ꝛ dispositio sīlis asmati: ꝛ anhelitus cōstrictio: q̄. s. accidentia sunt in febre sanguinea.

¶ De Febre quartane. C. XIIII.

Idem in almansore. Febris q̄rtana īcipit cū tremore adeo vehemēti: vt dētes adinuicem cōstringi faciat ꝛ ꝯcuti: nec est talis tremor in alijs febribus. Juncture quoq3 ꝛ ossa dolēt ꝛ grauitatē hn̄t. Febris hec q̄n calefit ꝛ accēdit: valde calidior est q̄3 flegmatica: nō tn̄ ad calorē tertiane ꝑuenit: nec in ea tāta sitis: nec tāta accēsio nec tāt⁹ dolor capitis: nec tn̄ alienatōis īuenit q̄ntū in tertiana. Pulsus ī hac febre ex ꝑuitate ꝛ debilitate varietate quoq3 ꝛ tarditate admirabilē ꝑuenit dispositōē. Urina vō alba ꝛ subtil apparet: aut rubedini attinet: plerūq3 aūt est clara valde ꝛ cruda: aut crossa ꝛ nigra: aut rubea. febris: hec post lōgas febres q̄rū īterpolatiōes pauce fuerūt sepius ꝯtingere ꝯsueuit: ꝛ in autūno ꝛ in fine estatis ꝛ siccas hn̄tib⁹ cōplexiōes. Idē in li. diuisionū. Quartane ꝑiodice signū est horripilatio vehemēs ac difficilis: ossiū ꝑfunditatē ꝯtingēs. In hui⁹ ꝑncipio valde debilitat pulsus: ꝛ h̄ est ꝑpriū signū ipsi⁹. Licz. n. in oīū etiā aliarū febriū īceptiōe pulsus minoret: nō tn̄ sic in hac q̄ ꝑlimū q̄dē accidit post febres alīs cū earū ꝑoxismi ꝑmiscent. In īceptiōe vō raro accidit: aut ꝑlimū melācolicis ꝛ hn̄tib⁹ splenes crossos. Huius caliditas ē īfra tertiane caliditatē: ſ3 in siccitate ꝛ asꝑitate nō est īfra illā. Quartane quoq3 ꝯtinue signa sūt eadē q̄ ꝑiodice: nisi q2 caret horripilatiōe: ꝛ in q̄rto q̄dē fortis est. in alijs aūt dieb⁹ tepescit: ſ3 hui⁹ euēt⁹ rar⁹ est. Auicēna vbi supra. Quartana porro nō acuta est ꝑpter frig⁹ materiei. longa vō est ꝑpter illud: sed nō est in ea

timor: q2 facit quietē spacio lōgo. ⁊ q2 nō est talis acuitatis. quā sē
quant accidētia vehemētia. Quartana q̄dē ⁊ tertiana assidua ⁊ in
terpolata cōsumunt p vōmitū ⁊ solutionē ventris aut sudorē: aut
vrine puocationē. Incēsiua vero p hmōi cōsumit. ⁊ p fluxū sangui
nis nariū. Principiū q̄dē plongat in tertiana. status in conclusa. ⁊
declinatio in incensiua status ⁊ declinatio in continua. ⁊ in quoti
diana integre eradicationis.

De Causis varietatis periodorum in febribus interpolatis. C. XV.

Cause vero varietatis periodoꝝ in febrib⁹ circu
laribus sunt tres. Prima est velocitas cō
gregatiōis humoris q̄ putrescit ⁊ eius mora. Scd̄a est
facilitas putrefactiōis eiusdem ⁊ difficultas. Tertia est
euacuatiōis eius acceleratio ⁊ mora. Flegma nāq3 febrē excitat. q̄
singulis dieb⁹ accendit. eo q2 ad putrefactiōis locū cito conueniat
sue quātitatis in corpe multitudine. ⁊ putrefactiōis acceleratione
humiditatis causa. euacuatiōi sq3 mora ppter suā viscositatē. Cole
ra vō nigra febrē facit. q̄ vno die accēdit ⁊ duobus nō. eo q2 tarde
adunet ppter quātitatis sue paucitatē. Difficile vō putrescit ppter
suā frigiditatē ⁊ siccitatē. celeris aut euacuatiōis est: q2 minime vi
scosa est. Porro colera rubea febrē generat q̄ quiescit die vna. qm̄
īter flegma ⁊ colera nigra est media in habitudinib⁹ q̄s diximus.
Minoris enī quātitatis est q̄3 flegma. maioris autē q̄3 nigra. Fle
gmate quoq3 siccior: ⁊ nigra humidior. vtraq3 vō in substātia subti
lior. His g̃ de causis piodicaꝝ febriū circuitus diuersi videntur.

De Causis abbreuiationis ⁊ prolongationis paroxismorum. C. XVI.

His etiā eisdē de causis plixitas accessionū variat.
Quotidiana nāq3 ex maiori pte accessionē extē
dit horis. xviij. ppt̄ flegmatis crossiciē ⁊ viscositatē. q2
nō cito dissoluit. Quartana vō vt in plurib⁹. xxiiij. ppt̄
humoris crossiciē ⁊ viscositatē: q2 non cito putrescit. ⁊ cū putruerit
nō cito dissoluit. q2 lapidis ⁊ ferri similitudinē gerit. in q̄bus ignis
nō pōt velociter opari. Cūq3 fuerit in eis opatus nō velocit̄ extin
guunt aut refrigerant. Tertiana deniq3 pura duodecim horas fer
uet: sm ampliorē partē ppt̄ humoris aquosi subtilitatē. ⁊ viscosita
tis paucitatē. Unde ⁊ velocit̄ putrescit. ⁊ velocius euacuat p sudo
rē. Est autē ⁊ cuiusq3 febris tēpus accessiōis: aliqñ q̄dē lōgius: ali
quādo vero minus trib⁹ de causis. Prima est humoris causa qñ
crossior est ⁊ viscosior atq3 frigidior: erit ⁊ febris lōgior. Qñ vō mi
nor est ⁊ subtilior ⁊ calidior ac minus viscosus: fit febris breuior.
Secūda est vtus īfirmi: q̄ si robusta fuerit ad humorē depellenduꝫ
ac p sudorē educendū. erit accessio breuior. si vero debilis accessio
quoq3 plixior. Tertia est habitudo corpis. nā si corpus rarum sit ⁊
porosuꝫ: accessio breuior afficit. qm̄ humor facilē celeriterq3 dissol
uit. si vō spissuꝫ sit ⁊ cōstipatū poriq3 stricti sit accessio lōgior. Cuꝫ
aūt oēs abbreuiatiōis cause simul adunant fit breuissima. cum vō
ecōtrario lōgissima. Cū igit̄ accessio breuis est. febricitans ab vna
vsq3 ad aliā quiescit a calore. cū autē plixior est nō mūdat a febre:
donec secūda supueniat. nec ei q̄es īter vtrasq3 fit. itātū vt hmōi fe
bris cōtinue similis fit. Auicēna vbi supra. Periodi febriū plon
gātur aliqñ ppter materie multitudinē: aut eius viscositatem: aut
crossitudinē: aut quietē: aut ppter sensus debilitatē: aut ppter po
roꝝ spissitudinē: ob quā nō resoluit humor. Abbreuiāt etiā qñq3
ppter p̄dictoꝝ ꝯtraria. Itē paroxismi q̄dā tardant q2 materia pau
ca est aut tardi motus ad minerā putredinis ppter crossitudinem
suā sicut est materia quartane. Quidā vō festināt q2 materia mul
ta est. sicut flegma vitreū: ac subtilis sicut colera.

De inordinatione vel mutatione periodorum ⁊ febre erratica. C. XVII.

Ille quidem febres q̄bus paroxismi sūt
eradicatiōis ⁊ tēporis. quā
doq3 dimittūt ordinē suum propter diuersitatem mate
rieꝝ. in mltitudine ⁊ paucitate. crossitudine quoq3 ⁊ te
nuitate. ⁊ ppter diuersitatē in genere: q2 materie quedā pmutant.
⁊ fiunt de genere materie alterius. ⁊ qñq3 fit ex malicia regiminis
egri. vel ppter debilitatē eius: aut ppter multitudinē sensus eius.
Hali vbi supra. Sciendū quoq3 q2 periodicaꝝ febriū circumitus
semp in ordinatiōe sui stabilis fit. nec ab ordine proposito desistit.
q̄diu putridus humor superfuerit. si nō ab habitudine sua īmute
tur: ⁊ si nō alius humoris species illi misceatur. ⁊ circa infirmi regi
men non peccatur. Econtra vero si humor putridus ob habitudine
sua in aliam speciem alteretur. vt cum sanguis adustus putrescit:
quod in eo subtile est mutatur in coleram rubeam. ⁊ quod crossiꝫ
in nigram. Cum autē alius ei putridus humor miscetur: aut etiam
alius humor putrescit: febrem qñq3 sm naturā suā facit. Sed et si
eger malo regimine vtatur: hinc in eius corpore mali generant hu
mores: ⁊ iuxta naturā vniuscuiusq3 varias faciūt febres. His oīb⁹
circuit⁹ febrium ordinatio corrūpit: vt aut tps suū festinet: aut alij
fiant circuitus q̄3 q̄ fuerūt. ⁊ fit in eis diminutio ⁊ augmentū iuxta
q̄ntitatē humoꝝ ⁊ actionū ipsoꝝ. Razi in Almā. Sūt aūt ⁊ febres
q̄dā cōmixte vel erratice: q̄. s. de q̄nto in q̄ntū diē: vel de sexto in se
xtū accidūt. q̄dā vō mixte q̄ ceteros paxismos nō obseruant. Et he
fiūt aut ppter apostema qd̄ in aliquib⁹ mēbroꝝ fit: pcipueq3 i reni
bus. aut q2 in q̄rtanā trāsit⁹ fiet. Idē in li. diuisionū. Raro quidē
euenit paxism⁹ febris q̄rtū ptrāsiēs. ⁊ hmōi febres oīno fiūt ex hu
morib⁹ crossis: earūq3 cura est sicut quartane.

De Febribus compositis. C. XVIII.

Auicenna vbi. s̃. Qñq3 vō cōponunt febres
q̄dā putredinis tali cōpositione q̄
fiant in forma insepabil̄. Uerbi grā: Qñ incipit humor
putrefieri in loco eiq3 supuenit putredo: putrefit tota ⁊
ab ea ꝯsumit. Deinde vō incipit humor de genē ei⁹ vel nō de genē
ei⁹ putrefieri. ⁊ obuiat secūd⁹ paxism⁹ tpi eradicatiōis pmi: deinde
res ita cōtinuat. Preterea cōponunt febres putredinis ⁊ alijs mo
dis: q̄ distinguēdi sunt in capitul̄ suis. Razi vbi. s̃. Plerūq3 due
febres aut tres egro supueniūt. q̄ ⁊ qñq3 vni⁹ generi sūt: vt tertiana
vl̄ flegmatica cū ethica. Sepe aūt vna ex eis est ꝯtinua: ⁊ alia inter
polata. Sepe vō accessionū pncipia vicinant: vt in vna hora fint: ⁊
sepe elōgant. Quapropt̄ ordo piodoꝝ ipsaꝝ ꝯfūdit: ⁊ accidētia ita
cōmiscent vt cognosci nō possint: vt ab eo q̄ cognoscēdi spēs sim
pliciū adeptus est vsum. Ideoq3 gen⁹ febris non solū ex interpola
tione sua sciri debet. Sed ex pprijs accidētib⁹ ipsam ꝯcomitātib⁹
Cōtingit enī duas tertianas habentē quotidie pati interpolationē
Uñ si h̄ nō nisi ex interpolatiōe cognoscat: flegmatica eē iudicabi
tur: cū si sm hoc regimē adhibitū fuerit: eger necabit. Uniuersalit̄
aūt curatio febriū cōpositarū debet esse cōposita ex curis simpliciū
Et cōmixtio duarū curationū debet fieri sm cōmixtionē duarū fe
brium. Plerūq3 tñ ad vnā tm̄ illarū curādā intēdere oportet: eo q2
ipsa magis timēda est. Idē in li. diuisionū. Spēs febriū cōposita
rū plures valde sunt: ⁊ modi cōpositionis earū primi paxismos q̄ñ
febris simplicis accidere faciūt. Ideo nō ex piodis: sz ex accidētib⁹
proprijs iudicāde sunt. Nā ex duarū tertianarū cōparatione fit pa
roxism⁹ oī die: ⁊ hic est piodus flegmatice. Sed tu cū vides oī die
paxismū cū accidētib⁹ tertiane: scias q2 tertiane sunt due. Plures
aūt febres accidētes cōposite sunt ille q̄ fiūt ex colera ⁊ flegmate. et
iste plixe sunt ⁊ male. quarū signa pmixta sunt ex signis tertiane ⁊
quotidiane. Erit igit̄ in vno die calida ppter vehementiā inflāma
tionis: ⁊ in alio pigra ⁊ sepulta debilisq3 caliditati ⁊ plixe eleuatio
nis. q̄ nec forsitan nisi cū labore calefacit: ⁊ in ea horripilatio post ca
lefactionē semel aut bis iterat. Cum hac febre facies inflat: viscera
corrūpunt ⁊ debilitant: stomach⁹ ⁊ epar infrigidant.

De Signis vniuersalib⁹ febriū putridarū. C. XIX.

Igitur putride febris genera sunt insepabil̄ ⁊ cō
tinua. de quib⁹ sunt tertiana: q̄rtana: ⁊ fle
gmatica: synocha: causon: ⁊ cōposita: ⁊ febris apostema
tū. De fine alteratiōe corpori ex causis extrinsecis adue
niente incipiūt: q̄ in ephimera dicte sunt. ⁊ in his oīb⁹ est horripila
tio p tremorē: nisi in synocha: ⁊ quibusdā febribus apostematū. ea
rūq3 oīuꝫ fortior est caliditas q̄3 ephimere. pulsus etiā ⁊ anhelit⁹ ve
hemētioris alteratiōis. vnicuiq3 tñ earū ppria signa sunt. Auicē.
vbi. s̃. Pulsus enī diuersificant: ⁊ dispōnes in febrib⁹ putredinis
sm diuersitatē earū in generib⁹ suis: ⁊ sm diuersitatē spēi vni⁹ earū
in fortitudine quoq3 accidētiū ⁊ debili
in vehemētia ⁊ debilitate. In fortitudine quoq3 accidētiū ⁊ debili
tate eoꝝ. Qñq3 accidit ei duricies aut ppter apostema calidū vehe
mētis extēsionis. Aut ppter apostema calidū in mēbro duro. Aut
ppter vehemētiā siccitatis. Aut cū dñat frigus in principijs. Qñq3
vō fit lenis propter materiā humidā: lenē: flegmaticā: ⁊ sanguineā
Aut propter apostema quod ē in membro leni: sicut est illud quod
est in epate ⁊ peripleumonia ⁊ litargia. Aut propter humorositatē
cū expectat: qñ vult vt sudet. In principio quidē paxismoꝝ sit pul
sus debilis coartatus propter aduentū virtutis super materiam et
occupationē eius in mundando ⁊ euentando. Paroxismi quidem
qui eradicant: incipiūt sm plurimū cum horripilatione aut frigore
vel rigore. Et hoc aut propter frigus humoris: aut propter quod la
tet ppter pfundationē caliditatis ad in
certos mordicat humor. Aut ppter pfundationē caliditatis ad in
teriora tēdentis ad partē materiei. Aut propter debilitatē virtutis.
Aut propter frigus aeris. Resoluunt aūt cū sudore: q2 caliditas pu

trefaciẽs resoluit humiditatẽ: remanetqꝫ cinereitas. Cũ ergo fit hu
miditas illa nõ obsessa ĩ venis. facilis fit eius expulsio ꝑ sudorez in
por's. Paroxismi vͦ ĩseparabiles minuũt: ⁊ nõ eradicant̃ ꝑ sudo-
rẽ: nec incipiũt cũ frigore nisi ꝓpter debilitatẽ v̾tutis. Aut ꝓpt̃ pro
fundationẽ innati caloris. tũc enim extremitates ĩfrigidant̃. In q̃-
busdã aũt febribus frigus ⁊ horripilatio cõponunt̃. qꝛ materia q̃
putrescit: cõposita est ex frigido ⁊ mordicatiuo. Hali vbi supra.
Signa itaqꝫ febris putride generalia q̃dã ex accessionũ tꝑib⁹ sumũ
tur vt ꝙ debiles incipiũt. deĩde roborant̃ ⁊ difficiles fiunt. Cumqꝫ
quieuerit accessio: caloris reliq̃e corpori supsunt: nec ꝑfecte auferũ
tur. Quedã autẽ ex caloris substãtia ꝙ. s. eaꝝ calor pungẽs est ⁊ in
flans ⁊ eius ĩflatio tanq̃ȝ ignis flãma. Quedã etiã ex cõsequẽtibus
febrẽ: q. s. eas rigor ⁊ horror ĩ ꝑncipijs seq̃t̃. varietasqꝫ pulsus ma-
nifesta: ⁊ ꝓbatio maturitatis siue digestiõis in vrina. vt. s. in fundo
nõ fit hipostasis alba ⁊ equa.

De Horripilatione ⁊ rigore. C. XX.

Auicẽna vbi supra. Horripilatio igit̃ ẽ dispo-
sitio in q̃ corpus inuenit diuersitatem
frigoris ac pũctiõis in cute ⁊ lacertis. hanc antecedit pi-
gricia ⁊ fractio. ⁊ q̃si fractio est materies ei⁹. Rigor aũt
est vt mẽbra sua cõtinere nõ possit ex cõmotiõe ⁊ tremore euenien
te in eis. ⁊ motib⁹ ĩuolũtarijs. Est autẽ q̃nqꝫ forte frigus. ⁊ nõ fit ri
gor fortis vt in febrib⁹ flegmaticis ⁊ q̃rtana. Humor nãqꝫ frigidus
quietus est. qꝛ iã cõsueuit mẽbꝝ in quo est ⁊ q̃escit eius passio. nec
sentit frigus eius. Cũ autẽ mouet̃ ⁊ spargit̃ ꝓpt̃ caliditatẽ separã-
tem: vel ꝓpter aliud: patit̃ ab eo mẽbꝝ q̃ ei nõ erat occurrẽs. ⁊ sen
tit frigus eius ꝓpter causaȝ diuerse cõplexiõis. Ex causis autẽ ve-
hemẽtie rigoris: est vehemẽtia v̾tutis expulsiue in lacertis. Et quã-
to rigoris causa viscosior est. tãto rigor vehemẽtior: ⁊ sanguis ad
ĩteriora submergit̃. Et m̃ltotiẽs q̃dẽ accidit a flegmate vitreo spar
so in corpore rigor nõ ꝑducẽs ad febrẽ. Materia siq̃dẽ q̃ facit lassi
tudinẽ rigoris ꝑ suã paucitatẽ: facit rigorẽ per suã multitudinẽ an-
teqꝫ putrefiat. nã si nõ putrefit: ad febrẽ nõ ꝑducit. Et quãdoqꝫ q̃dẽ
accidũt frigus ⁊ rigor ꝓpter submersionẽ caloris in corpore causa
cibi ⁊ eoꝝ q̃ sunt hmõi. Itaqꝫ rigor ⁊ frigus antecedũt febres. q̃ñ
humor crudus effundit̃ in primis ad lacertos. nocetqꝫ frigore suo
ꝑ cõparationẽ ad eos. deinde vͦ cũ incipit putrefieri: incipit calefie
ri. Preterea rigor antecedit febres ꝓpter mordicationẽ humoris ⁊
fortitudinẽ expulsiue v̾tutis: q̃ est in lacertis: sicut excutit̃ homo ex
effusione aque calide valde sup cutẽ ⁊ ꝓprie cũ est lassus. Et fortas-
se fit nocumẽtũ ei⁹ ꝙ mordicat eã vt refugiat ad ĩteriora calor ĩna-
tus. ac dominet̃ frigus cũ mordicatiõe caloris q̃ est apud pannicu-
lũ tegentẽ interi⁹. Et q̃nqꝫ rigor accidit. qꝛ calor ad ĩteriora refugit
sicut in apostematib⁹ intrinsecus fit. Q̃nqꝫ vͦ rigor ⁊ horripilatio
sanitatẽ significãt in febribus inseparabilib⁹. significãt enĩȝ ꝙ ma-
teria expellit̃ a venis ⁊ egredit̃. veꝝ qꝛ nõ est cũ digestione in hora
cretica: nec sequit̃ eam leuitas. significat̃ ꝙ illius quãtitatis expul
sio nõ est eo ꝙ v̾tus sit vincẽs. sȝ qꝛ materia multa ꝓpt̃ suã multitu
dinẽ expellitur. De rigore iterũ est q̃ mortẽ significat. ⁊ est ille quez
sequit̃ debilitas v̾tutis ⁊ casus innati caloris ⁊ siccitas.

De Febre ethica. C. XXI.

Hali vbi supra. Febris ethica duplex est. Una ẽ hu
miditatis in toto corpe consumpte. ita vt exte-
nuetur ac desiccetur. calorqꝫ naturalis extinguat̃. Hec
vocatur senectus a simili. quia sicut in senibus calor na
turalis extinguitur: ⁊ siccitas dominat̃. Secunda est ethica. illa. s.
que est cõsummatio caloris extra naturalis in principalibus mẽbris
intantum vt cõsumatur humiditas corporis. Huius species sunt
tres. Prima est in qua desiccat̃ humiditas parua que est in venis
paruis vnicuiqꝫ mẽbro proprie pertinẽtibus. calefitqꝫ cũ his simul
humiditas que est in terrenis mẽbris ac debilibus. vt est adeps ⁊
caro. ⁊ hec absolute vocatur ethica. Secũda est in qua finitur hu-
miditas que est in carne tenera. Incipitqꝫ calor in humiditate que
est in mẽbris ꝯsimilibus. que scilicet humiditas est tanq̃ȝ ros ⁊ hu
mectatio. ex qua pascitur membra: ⁊ hec vocatur ethica cõsumpti
ua. Tertia est in qua hac humiditate cõsumpta. calor ad humidita
tem transit per quam adinuicẽ radicalia membra ꝯtinuatur. ⁊ hec
ptisis: id est consumptio marcorqꝫ vocatur. eo ꝙ a membris princi
palibus humiditas consumpta fit. ⁊ inde mẽbra eneruata. sicut in
plantis cum desiccari incipiunt. eneruatio ⁊ marcor accidit. Fit au
tem hec febris aut ex precedẽtibus causis. aut ex manifestis. Ex pre
cedentibus siquidẽ. vt sunt febres putride si fuerint aduste. vl̃ si tẽ
pus earũ prolixius fuerit: ⁊ calor in humiditate corporis operat⁹ a
membris radicalibus eam cõsumpserint. Huiusmodi febris in ini-
tio sui ꝯsumptiua est: sicut ethica nascẽs ex emutricio ⁊ apostemate
calido q̃ in pectore nascitur: eiusqꝫ calor ex vicinia ad cor ꝓfert̃: ⁊
ei⁹ humiditatẽ desiccat ⁊ diuȝ arteriarũ: ⁊ ꝑ h̾ etiã mẽbroꝝ radica-
liũ. Aliq̃ñ etiã febris hmõi nascit̃ ex defectu: quã infirm⁹ ex acuto
morbo patit̃. vñ cor desiccat̃ primũ: ⁊ inde fundamẽta mẽbroꝝ ori
ginaliũ. Ex manifestis aũt causis fit: vt ex ira: cura: tristitia: labore:
vigilijs: abstinẽtia. Maximeqꝫ si cõtigerit h̾ adolescẽti vel iuueni:
cui⁹. s. cõplexio calida est: ⁊ tpe estatis ⁊ regimine calido vtẽti. Que
igit̃ ex hmõi causis fit: ꝑmo q̃dẽ ethica dicit̃. ⁊ cũ augmẽtat̃ mar-
cor ⁊ ꝯsumptio: ptisis vocat̃.

De Cognitione eiusdem. C. XXII.

Razi in Alman. Quidã itaqꝫ cũ laborẽ aut vigilias
patiunt̃: aut eoꝝ comestio tardat̃: aut subtili-
bus vel siccis nutriunt̃ ad febrẽ deueniũt. Quapropter
ab hmõi reb⁹ abstinẽ debent. Cũqꝫ febris eos inuaserit
succurrẽdũ est cito cũ his q̃ corp⁹ humectãt. h̾ enĩ si neglectũ fuerit
ad ethicã deueniũt. Itaqꝫ cũ febris trib⁹ dieb⁹ aut ampli⁹ ꝑmãserit
ĩmota: nec calor eius vel ardor fortis fuerit: nec accidentia q̃ febres
acutas comitari solent affuerint: vt est magnitudo pulsus ⁊ calidi-
tas: ⁊ anxietas: ac lingue siccitas: ⁊ ei⁹ nigredo. ipsa tñ (vt dictũ ẽ) sic
vno mõ sine vlla repressione vel interpolatione ꝑseuerauerit. preter
etiã h̾ lenta ⁊ q̃si tepida inuenit̃: ethica adesse credit̃. Ipsi⁹ aũt veri
tas sic experiẽda est: Eger in diuersis horis comedat. ⁊ si semꝑ post
cibũ inuẽt⁹ fuerit a febre magis infestari: ethicã eẽ ꝓculdubio pnũ-
ciãdũ est. Q̃ȝ si cũ h̾ etiã facies ei⁹ rugata iam videat̃: ⁊ oculi cõca-
ui: ⁊ caro minuta: cutisqꝫ desiccata: ethica iam est in eo cõfirmata.
Hec aũt febris in ꝑncipio sui curabilis est: cũ. s. nõdũ ad ptisim ꝑue
nerit. Eius aũt q̃ de ethica in ptisim trãsit: tẽpora fortit̃ dilatant̃: ⁊
oculi cõcauant̃: naresqꝫ subtiliant̃: facies quoqꝫ tornatilis fit: ⁊ au
res minorant̃: corpusqꝫ subtiliat̃: ⁊ carne nudat̃. Cutis faciei fron-
tisqꝫ tẽdit̃: collũ attenuat̃: ⁊ epiglotis foras egredit̃: vox etiã exilis
ac debilis audit̃: pulsus quoqꝫ subtilis est ac debilis: ⁊ virtus oĩno
destructa videt̃. Ossa rasche pectinisqꝫ man⁹ plerũqꝫ apparẽt: ⁊ vn
gues curuant̃. Cũqꝫ corp⁹ ad siccitatis ⁊ debilitatis terminũ ꝑuene-
rit: nunq̃ȝ meliorari poterit. Cũ aũt alicui cadũt capilli: vẽterqꝫ sol
uit̃: mors propinq̃ est ei. Isido. vbi. s̃. Ptisis ẽ vlceratio ⁊ tumor
in pulmonib⁹: q̃ iuuenib⁹ facili⁹ euenire solet. Ptisis aũt apud gre-
cos dicta: ꝙ fit totius corporis ꝯsumptio. Isaac vbi. s̃. Ptisis est
consumptio humectationis corporis: ⁊ mutatio augmẽtationis in
diminutionẽ. Nascit̃ multis modis: vt ex ꝯsumptione pulmonis:
⁊ hec est vera ptisis. Fitqꝫ trib⁹ modis: vel ex humorib⁹ colericis a
capite descendentib⁹: vel flegmaticis ⁊ salsis in substantiã pulmo-
nis descẽdentib⁹: ⁊ eũ vulnerãtib⁹ ⁊ putrefacientib⁹. Secũdus mo
dus ex quibusdã passionib⁹ in pulmonis substãtia nascẽtib⁹. Hoc
genus antecedit sanguinis screatus ex venis aliquoꝝ instrumẽtoꝝ
spũs ruptis: vel fissura in pulmone in q̃ nascunt̃ vulnera empisia: ⁊
ptisis postea. Terti⁹ est modus ex humorib⁹ ad pulmonẽ aliunde
q̃ȝ a capite veniẽtib⁹. q̃ duob⁹ modis ꝯtingit. Uel ꝙ ex mutatiõe
locoꝝ vicinoꝝ: sicut in pleuresi sinãtica. Uel ex nõ vicinis: vt in epa-
te: corde: ⁊ alijs. Qui humores si sint calidi ⁊ acuti: patit̃ infirmus
ruborẽ in maxillis: stricturã in flatu. Papias. Ptisis est vitiũ q̃
fit ex reumatismo gutturis: aut ex v̾ice distillatiõe assidua ⁊ catarro.
instillãtes enĩ multo tpe pulmõẽs vitiãt: ⁊ ẽ passio pulmõis ꝑiculo
sa ⁊ maligna valde. Ptisicis aũt ꝑmo venit febris cũ tussicula: ⁊ ex
creationib⁹ varijs ⁊ sãguinolẽtis vel liuidis aut purulentis: aut pro
q̃litate excluse materie cũ corporis macie ⁊ viriũ debilitatione. hi si
ꝑ annũ inueterauerint: nec curati fuerint: moriunt̃.

De Febre accidentali. C. XXIII.

Razi in Almansore. Febris quidẽ que ex ꝑcussiõe
vel casu vel aliquo sibi de genere est ephimere
Nõ enĩ putrida est: nec in se nocumentũ aut malitiã ha
bet. Illa vͦ mala est q̃ apostema comitat̃: q̃ alicui mẽ
broꝝ ꝑ se innascit̃. ⁊ ẽ ipsa febris fm quãtitatẽ apostematis. Itaqꝫ
illa que comitat̃ apostema quod est in panniculis cerebri mala est
qꝛ fit ex frenesi. Illa vͦ que accidit propter apostema quod in gule
partibus oritur: squinãtia vocat̃. Illa aũt ẽ que cũ apostemate pul
monis ⁊ peripleumoniã nascit̃: cũ ea tussis accidit: ⁊ excreatio spu
mosa. Cũ illa vͦ que fit propter apostema ortum in meri: dolor est
cum scapularũ grauedine: que in hora transglutiendi grauior sen-
titur. Ex illa quoqꝫ que propter apostema stomachi accidit: dolor
⁊ incendiũ prouenit in anteriorib⁹ ventris sub amplitudine pecto-
ris: sitis etiam ⁊ appetitiue ablatio. Cum aũt in epate apostema ge
nerat̃: febris fortissima sequit̃: sensusqꝫ turbatio: ⁊ vrine ꝯstrictio.
In matrice quoqꝫ si fuerit apostema calidũ: febris acutissima co-

mitat̃.s.causon ⁊ turbatio sensuū. Oẽs autẽ febres q̃ ꝑpter aposte ma generant̃.ex apostematis curatiõe remouẽde sunt.q̃ qñq3 mi nutiõe fit:aut emplastri suppositiõe. Febris enĩ apostema seq̃t̃ qñ calidũ est ⁊ ardẽs. Ideoq3 remouet̃ cũ eius calor sedat̃.aut sanies adurat̃.

De apostemate. C. XXIIII.

broꝝ eoꝝ: vnde nõ currit materia nisi subtilis: crossaq; remanet in
vesica: ⁊ cũ labore vesice lapidẽ facit. Ideo võ lapis in vesica iuue
nis non generat̃: qm̃ eoꝝ vrina propter calorẽ subtilis est. plus enĩ
caloris habẽt q̃ humiditatis: ⁊ in dieta seruant se plusq̃ pueri. ve
sice quoq; collũ largũ est: ⁊ vrina crossa subtilisq; facile exit. propt̃
hoc etiã nõ nascit̃ lapis in vesica mulieris: qm̃ eius vesice collũ bre
ue est ⁊ largũ. vnde facile exit vrina subtilis atq; crossa. Propt̃ has
igit̃ causas passiões renũ ac vesice sanant̃ difficile. s. propt̃ vie sue
strictionẽ ⁊ cõplexionis frigiditatẽ.

De Ceteris passionibus vesice. C. CXIX.

Ulnera sunt in vesica sicut in renib⁹ causa iã dicta. Sed est in vesica durities ⁊ ar
dor vrine. Aliqñ võ vrina sicut subtilis apparet scintil
la vel furfura. Isido. vbi. s. Strãguiria dicta est eo ꝙ
stringat vrinarũ difficultate. Cõstan. vbi. s. Strãguiria fit aut ex
renib⁹ q̃s in vesica ⁊ renib⁹ diximus. aut ex defectione ꝯtentiue virtu
tis: ⁊ mollitione substantie vesice. vñ nõ potest vrinã vt exeat expri
mere. Huiusmodi infirm⁹ si supinus iaceat: precipit̃ vt vesica pre
mat̃. vñ tunc vrina ꝑ virgã exit: ⁊ infirm⁹ quiescit. aut fit ex apostemate in collo vesice: vl' in lacertis colli eius. aut ex humorib⁹ crossis
atq; viscosis ⁊ inuiscantib⁹ se in via que est inter vesicã ⁊ virgam.
aut ex opilatione propter coagulatũ sanguinẽ viam vrine stringen
tem. Aliqñ võ stranguiria nascit̃ ex acutis humoribus in vesica na
scentibus. aut ex acutis in vrina qualitatib⁹ semꝑ vesicã pungenti
bus. ⁊ hoc intelligit̃ ex vrine rubore ⁊ ardore: quem sentit in extre
mitate virge. Urine preter volũtatẽ exitus fit ex lacertorũ mollitie
circũdantiũ collũ vesice: vel ex defectione virtutis contentiue pro
pter humiditatẽ quam patitur. plurimũq; cõtingit pueris propter
humiditatẽ membroꝝ suorũ. Fit iterũ ex mutatione spondilis ap
posite vesice qñ foras egredit̃: ⁊ ligamẽta vesice rumpunt̃: ne vrina
teneat̃. Oportet autẽ intelligi: quia si passionem hanc femores pa
tiantur: nõ sanantur: sicut hipocras testatur. Similiter ⁊ cum mul

tis diuturnis moriuntur.

De passionibus siphac. C. CXX.

Passiones siphac qui est in ventre sunt: fissura: crepitura raritas. Et aliquādo zirbū et intestina egrediunt extra siphac cōtra lacertos ventris. aliquādo cōtra vmbilicū et sub vmbilicum. in quā partē zirbum tendit et intestinū. Apparent autē quandoq; tumor et apostema: et videt esse crepitura. Crepitura dum est in inguinib⁹ in via ad testiculos tendenti. et exeunt intestina et zirbū in locū illū tendentia. si subest in inguinibus: appellat hernia inguinaria. Si vero descēdat in saccū testiculorū: appellat hernia testiculorū. Hec passio nascit aut ex nimio motu sicut saltu: vel nimio clamore aut grauis rei pondere: vel pressione sup ventrē. et maxime si super prandia hec euenerint rumpit et crepat siphac. Aut ex crossis humoribus similiter cōtingit. aut ex vētositate ventrē et itestina inflāte. aut ex humoribus viscosis se lubricātibus in intestinis in inguina se proiiciētibus. Discretio autē inter apostema et hunc morbū hec est. vt infirmus iaceat supinus. et qd exierit tangat: atq; in locū suum reducat. Qd si facile redierit crepitura erit. Si non tumor est vel apostema. Sciendū autē qz si crepitura parū sub vmbilico fuerit molestissima fit. Ibi est enim intestinū subtile: quod cū cibi premitur superfluitatibus dolorē sentit infirmus.

De Passionibus testiculorum. C. CXXI.

Passiones in mēbris generatiuis sunt aut in testiculis: aut in virga: aut in matrice: aut in vberibus. In testiculis qdē aut in eorū substātia: aut inter substātiā. et eorū pelliculas. aut in venis suis. aut in interiori cute. Si passio fit in eius substātia desiderium aufert libidinis et generationē: aut paruitatē facit spermatis et apostema et vulnera. Ablatio libidinis aut cōcathenatiōe fit hor mem brorū sicut in epilēsia videt: aut ex paruitate spermatis. Paruitas autē spermatis est aut ex minoratione cibi: aut ex cōplexione frigida et sicca domināte testiculis que materiā sibi venientem mutare nequit in substantiā spermatis. Ablatio generādi fit ex nimis mala cōplexione testiculis domināte. Et hec est aut nimis calida que spermatis incēdit materiā aut nimis frigida q̄ cōgelat et adunat eā: aut humida que dissoluit: aut sicca que incrossat. Exire vero sperma preter voluntatē nec erigi virgā accidit ex cōtinue virtutis in testiculis defectione et expulsiue fortitudine et calore vel humiditate dominātibus cōplexioni sue. Qd fit cū spermatis instrumenta patiunt spasmū: sicut in epilēticis videmus. Hi enim qn spasmantur motu nō naturali mouent deinde qd habēt spermatis expellitur. Apostema calidū intelligit ex magnitudine testiculorū et rubore et calore ac dolore eorū. Frigidū autē et flegmaticū ex albedine coloris et mollicie tactus et paruitate doloris. Porro melācolicū intelligitur qz liuidū est ac durū: qd inter eorū substantiā et pelliculas nascitur adunatio est humiditatis aquose et frigide. sicut videmus in hydropicis. qd autē inter cutē et pelliculas tumor est carnosus qui nascit ex humoribus crossis in hec loca descendētibus. qd autē in venis varices sunt. quarū eadē est causa qua et in cruribus fiunt. plurimū vero nascūt in sinistro testiculo pp̄ter caloris sui paruitatē. qd autē in cute nascit exteriori pellicule sunt vulnera pruragines aliaq; similia.

De Passionibus virge et matricis. C. CXXII.

Passiones in virga sunt: aut in eius substātia: aut in via. In eius substantia fit illa q̄ vocat moriaphismos .i. erectiōis siue multitudo et titillationis passio: apostemata: vulnera. In ei⁹ aūt via fit cōstipatio. Erectiōis frequētatio puenit ex humida et viscosa ventositate et calore īmoderato q̄ intelligunt ex erectione nimia siue titillatiōe: qd ex vētositate crossa cōtingit illicicīsa. Vnde patiunt humorē calidū et erigere nimiū: aliquādo quoq; molliciē vasorū spermatis: et aliquādo spasmū. qui vero spasmū incidūt cito moriunt cū eorū venter intumescit et eorū sudor frigescat. apostemata porro q̄ patit virga sunt exteriorū mēbrorū passioni similia. Opilatio deniq; siue cōstipatio intelligit ex ardore vrine et exeūtis duriciei et ex crossis humoribus sanieq; sanguine et squamis cum vrina exeūtibus. Passiones in matrice sunt mēstruorū ablatio siue cōstrictio fluxus sanguinis: dissolutio: suffocatio: inflatio: vētositas: apostema: tumor: separatio: cōclusio: emorrois: fissura: vulnera: mollicies: cōceptiōis ablatio: frequēs abortio: duricies pariendi.

De Cōstrictiōe mēstruorū et fluxu sanguinis. C. CXXIII.

Menstruorū exitū et ablationē eorū pz naturā oportet intelligi. Itaq; mēstrua mulierum exeunt. cum. xij. annum expleuerint et plurimū in. xiiij. Auferunt vero quibusdam circa. xxxvj. annū. quibusdam citra. Hermafroditus nō habet mēstrua vel sperma. Mēstrua quidē naturalia sunt continua p duorū dierū spacia: vel plurimū. vj. dierū: que si transcurrātur nō sunt naturalia. Habitat autē mulier cum tempus menstruorū venit. que. vero menstrua sua diu differt: molestiam ac durū est: quia multe quantitatis subito purgamentū succedit. Temp⁹ interpolatiōis. xx. dierū est: et vsq; in duos vel plures mēses ascēdit. Que vero post hoc tempus mēstrua veniūt naturalia nō sunt. Et vocat hec menstruorū cōstrictio: que fit ex passione in vulua: vel in corpore toto: vel in vno mēbro. De vulua quidem pp̄ter apostemata: vel propter vulue torturā: aut ex abortu nimio vel percussiōe matricis: aut ex opilatiōe vel ex frigida cōplexione venarū ora claudēte: vel ex humoribus crossis atq; viscosis viā implentibus: aut ex vulneribus in eis coagulatis. De toto corpore vero propter febres: aut propter corruptionē complexionis: sicut hydropisis. Porro de vno membro sicut de passione pectoris stomachi et epatis. Fit iterū menstruorū constrictio propter emorroidem: aut sāguinē de narib⁹ vel pectore exeūtē. Aliqn quoq; fit ex nimia crossitudine corporis premēte venas atq; stringēte. Huius constrictionis significatio vniuersalis est grauitas inferioris ventris: et dolor totius corporis: constrictioq; vrine atq; digestionis. Aliqn etiā vrina est nigra: deficitq; virtus appetitiua: et aliqn mala appetūt cibaria. Sanguinis fluxus aut est ex defectione contentiue virtutis aut ex subtilitate sanguinis et acumine: aut ex eiusdē multitudine: venarūq; plenitudine. aut ex fissura venarū matricis. aut ex humoribus acutis. aliqn quoq; ex nimia purgatione in parturitione vel egressione fetus ante tempus. Ex quiquidē augmentat sanguinis fluxus atq; moratur mutationē coloris mulier patit et tumorem maxime in pedibus. et corruptionē virtutis digestiue. quod si amplius augmentatur moritur.

De Impedimento conceptionis. C. CXXIIII.

Ablatio concipiēdi fit ex parte femine vel masculi. Ex pte femie fit: aut ex mala cōplexiōe matricis: aut ex officiali morbo: aut ex hūorib⁹ in concauitate vulue se coadunātib⁹. Ex mala cōplexiōe qz si nimia ē et fort: sterilitas efficitur. finaut: concipiēdi vis aufertur. si est calida: incēditur et corrumpit sperma. si frigida: constringit et concludit vulue venarūq; suarū ora. vnde transit sperma: et infrigidatur ac congelatur in ea. In testiculis quoq; propter eorū frigiditatē non multum nascit sperma. Si humida: non potest continere sperma. si vero sicca fit crossum ac durum ibi nascens sperma: non extendens se: neq; formatiuam virtutem sequens. Ex officiali morbo fit aut ex constipatione viarum spermatis: aut ex apostematibus et similibus. aut ex humoribus in concauitate vulue coadunatis. s. flegmaticis: colericis: aut melancolicis. Plurime autē feminē conceptionē perdunt ex crossitudine nimia quia zirbum os vulue comprimit et opilat: vt non ad illud effluant menstrua vel sperma. qz et si currant parū est et non valet. Ex parte vero masculi fit ablatio concipiendi ex mala cōplexione spermatis aut ex morbo officiali. Ex mala complexione: quia si calida fit: incendit. si frigida: congelat. si liquida: dissipat. Ex officiali morbo: sicut est tortura virge viril. vnde sperma cū exit nō recta via in vuluam tendit. quod intelligi potest: si non recte minxit. Itaq; cognoscit si deceptio pp̄t masculū aut feminā ablata fit: fedeat mulier super feamnū et panis operta suffumigetur. si quidem ad os et ad nares suffumigatio perforat nō ipsa in culpa: sed masculus est. Si enim os vulue clausum esset et ora venarū: vnde sperma transit ad vuluam et menstrua: suffumigatio corpus muliebre non perforaret. Similiter et si ibidem esset humiditas: extingueretur fumus: sicut calor spermatis extinguit. si nimius calor fumus dissolueretur ac dispergeretur. Alij vero antiqui dixerunt qz spermas masculi si super aquam posueris: et dilatetur et natet super aquam: intelligitur esse frigidum ac subtile: nec valet: ne proficit. Si autē aque infunditur et cōmergit: valet. Item si vulua in sui positione longa fit et magna: breuis autē virilis virga: nō potest sperma attrahere sibi: et ita culpa fit masculi. Potest iterum hoc intelligi ex significatione quam diximus male complexionis in masculis siue feminis: et in testiculis: vt macilitate et crassitie: nigredine: albedine: duritie: mollitie: multitudine quoq; spermatis et eiusdem paruitate: crossitieq; et subtilitate.

De Modo conceptionis siue generationis. C. CXXV.

Mulier cōcipit quousq; mēstrua auferantur, et mascul⁹ generat vsq; ad annos septuaginta. Plerisq; vero vsq; ad octoginta scd'm virtutem caloris naturalis vniuscuiusq; et scd'm calorem

in testiculis. Quidam autem in iuuentute non generant sed in sene
ctute: quia complexionem testiculorum frigidam ⁊ humidã habẽt
post iuuentutem vero perfectam calor eorũ naturalis confortatur
⁊ testiculi calidiores efficiuntur. Ideoqꝫ geniture tunc idonei fiunt.
Aliquando vero etiam idem consequuntur ex mutatione diete fri
gide ⁊ humide in calidam ⁊ siccam. Quidam autem in adolescentia
sua multum generant: quia testiculorum complexionem calidam ⁊
humidã habent. In iuuentute vero ⁊ senectute calor augmentatur
⁊ desiccat᷑ vnde sperma cõburit᷑ ⁊ etiã desiccat᷑: nec ad generandũ
proficit: quidã autẽ in adolescẽtia parũ generant: quorũ complexio
est nimis calida ⁊ sicca ⁊ incensiua. Cũ autẽ ad etatẽ venerint calor
minoratur ac temperatur: scilicet aut ex etate aut ex mutatione die
te in temperamento frigide. Idẽ quidã in adolescentia feminas tan
tũ generant: ⁊ in etate perfecta masculos: quoniã in adolescẽtia cõ
plexio eorũ atqꝫ testiculorũ frigida est ⁊ humida. In iuuentute au
tem ⁊ senectute calefit ⁊ desiccatur: ideoqꝫ masculi generantur. Ali
quando etiã ex mutatione diete prouenit. Significatio vero an mu
lier grauida sit hec est: sentit masculus in coitu matricẽ virgam suã
desugentem sicut sanguisugam sanguinem: nec egreditur sperma
matricem. A muliere vero os vulue clausum ⁊ coniunctum sentitur
sine apostemate ⁊ duricie vulue precedentibus quod est ex concupi
scentia matricis ad ardorem recipiendi masculini spermatis. Men
strua q̃dẽ nõ currũt ex cõsuetudine: neqꝫ masculũ videt᷑ mulier cõ
cupiscere. In mamillis est venarũ color viridis: ⁊ mamille solito durio
res albedo in oculis est liuida viriditati cõtigua: facies qꝫ similit᷑ lẽ
tiginosa quoqꝫ est: abominationẽ ⁊ virtutis appetitiue defectionẽ
malorũqꝫ ciborũ desideriũ h;. Si vis aũt de cõceptu certificari: da mu
lieri mellicratẽ in hora somni si circa vmbilicũ torturã patit᷑: cõcepis
se cognoscit᷑. si nõ ecõuerso. Mellicrates de crudo melle h᷑ facit: q᷑
ventositatẽ ⁊ inflationẽ gignit: vuluãqꝫ cũ intestino recto cõprimit.
vt vẽtositas nõ trãseat: s; potius circumeat ac torturã faciat. Porro
si vis certificari fetũ masculinũ esse: vide q᷑ color mulieri pulchrior
est: motus leuior: vẽter rotũdus color corporis rubicũdus. Si vo co
lor fedus motusqꝫ tardus: ⁊ vẽter lõgus: ĩ facie quoqꝫ lẽtigo fuerit
⁊ aliquãdo etiã in cruribus pustule vulneraqꝫ: sexus femineus erit.

De Causis abortiendi ⁊ difficultate pariendi. C. CXXVI.

ABortiendi sepe causa est aut ab interiorib᷒
aut ab exterioribus. Ab interio
ribus q̃dẽ ꝓpter humiditatẽ viscosam in vulua que fe
tũ lubricat: aut ex mala cõplexiõe vulue qua virtus cõtẽ
tiua deficit: aut ex apostemate vulue: aut ex nimio cursu mẽstruorũ
in cõceptiõe vnde fetui nutrimẽtũ minus venit: ⁊ mouet᷑ atqꝫ a na
expellit᷑. Ab exterioribus aũt: vt saltu vel clamore nimio vel timore
vel ira vel letitia si nimia sint ⁊ subita. Sternutatiõe quoqꝫ cõtinua
vel pcussiõe siue casu in vẽtre vel dorso: aut ex catartico: aut ex fet᷒
magnitudine: aut ex nimio cursu sanguinis de aliquo mẽbro corpo
ris. Duricies autẽ pturiẽdi cõtingit aut ex matre: aut ex fetu: aut ex
secũdina: aut ex aliqua re exteriori. Ex matre q̃dẽ si nimis crassa sit
aut eius vulua pua: aut si est virgo vel timida vel debilis vt fetũ ex
pellere nõ possit: aut si apostema in vulua habuerit: vel aliã passio
nẽ in aliquo alio mẽbro: aut si nõ in tpe partus exierit. Ex fetu vero
si nimis magnus aut crassus fit: aut parũ leuis vt ad inferiora nõ de
scẽdat: aut si magnum caput vel duo capita habuerit: aut mortuus
fuerit aut si plures sint: aut si nõ s᷑m vt oportet exierit. Caput eni pri
us exire debet: ita vt sint manus eius iuxta coxas extense: aut pedes
q̃dẽ prius: s; nõ distorti. Ex secũdina vero si nõ inscidat᷑ ex crossitu
dine sua: vel si ante tẽpus se scindat: aut si nimis subtilis fit. Porro
ex causa exteriori sicut ex aere frigido cõstringẽte vuluã ⁊ coagulã
te: aut aere calido corpus rarificãte ⁊ virtute deficiẽte vt fetũ expel
lere nequeat. In his aũt oĩbus si mulier sternutationẽ patit᷑ facilita
tẽ adiuuat ptus: sicut hipocras ait: dicũt aũt obstetrices q᷑ pturire
feminã longũ est: sed dolor ibi debilis est. In partu vero masculi do
lor est acutus sed velox. Itẽ si de muliere ante partum sanguis exie
rit: partus erit durior q᷑ si moretur facilior.

De Passionibus mammillarum. C. CXXVII.

PAssio mãmillarũ aut est vniuersalis: q᷑ nascitur
in eis sicut in alijs exteriorib᷒ mẽbris ma
la cõplexio: apostemata: ⁊ similia: aut est propria sicut ca
lidũ apostema nascẽs in eis ex coagulatione lactis. Qđ
vero si sanguis ve
intelligit᷑ ex tumore ⁊ dolore: duricie quoqꝫ ⁊ rubore. Sanguis ve
ro si coagulat᷒ fit: ĩtelligit᷑ ex duricie: puoqꝫ tumore: sanguinis quo
qꝫ dum mulget᷑ ostensione. Dicit etiam hipocras hoc maniã signifi
care. Halienus autem eum veruz dixisse fatetur: non tamen semper
sed raro cum. s. fumus sanguinis ad cerebrum venerit: aliquando
vero si patiuntur mammille vt vna vel ambe contrahantur in graui
ditate: vnde signatur nocumentũ fetus: aut etiam abortus itaqꝫ si
vna contrahit᷑ ⁊ gemini fuerint: vnus abortiẽdus erit. Et si quidem
dextra: masculus. si sinistra abortiet᷑ femina. Cã huius cõtractiõis
est q᷑ sanguis minuit᷑ in venis ad mãmillas tendentes a mẽstruis.
Itẽ sanguis ab oĩbus membris semp ad vuluã descendit. ꝓpter na
ture laborẽ ad expellendũ fetum. Igit᷑ vulua aliqñ a mãmillis pati
tur in grauidatione duriciẽ: dolore significãte in genibus ⁊ coxis ⁊
oculis. Causa vo doloris est: q᷑ sanguis augmẽtatus ⁊ multiplica
tus in mãmillis cũ eũ natura expulerit: aut in inferiora corpis: aut
in supiora expellit. Et si quidẽ in inferiora: coxe patiuntur ⁊ genua.
Si autem in superiora patiunt᷑ oculi obtalmiam ceteraqꝫ similia.

De Passionibus quoqꝫ coxarũ ⁊ pedum. id est. scia ⁊
artetica. C. CXXVIII.

COnstan. vbi supra. Passiones aũt in coxis ⁊
pedibus sũt scia: artetica ⁊ podagra.
que plurimũ nascunt᷑ quib᷒ cũ cibo ⁊ potu humores au
gmentant᷑ dum quiescũt. coitũqꝫ frequent᷑ opant᷑ ⁊ ni
miũ. maximeqꝫ post cibũ. Scia est passio siue dolor nascẽs in conca
thenatiõe coxarũ. Et differt ab artetica. de qua postea: q᷑ dolor hu
iusmodi est in ossibus coxarũ exteriorib᷒ descendẽs vsqꝫ ad cõcathe
nationẽ genuũ. Aliquãdo etiã vsqꝫ in calcaneũ ⁊ extremitatẽ pedũ
ab extranea parte. Nascit᷑ aũt ex humorib᷒ crossis ⁊ sanguinolẽtis
aut crossis ⁊ flegmaticis in concathenatiõe coxarũ inclusis: ⁊ aliqñ
quidem in cõcathenatiõe sua separat᷑ coxa ꝓpter viscositatẽ materie.
Qđ si diu moret᷑ pedes cõtrahunt᷑ ⁊ claudicatio subsequit᷑: q᷑ pe
des nõ cibis vt oportet reficiunt᷑. Unde hipo. in affo. Qui dolent
inq̃t in coxis: si dolor se ꝓlongauerit ⁊ coxa discõcathenet᷑: necesse
est vt pes cõtrahat᷑: ⁊ homo claudus efficiat᷑: plerũqꝫ fit hoc in par
tibus sinistris. Artetica vo est dolor in cõcathenatione membrorũ
nascens. Et aliqñ quidem in concathenatiõe membrorũ pedum: vt
in calcaneo maximeqꝫ digitorũ pollicibus: ⁊ podagra vocat᷑. Aliqñ
vo in cõcathenatione genuũ vel manuũ vel cubitorũ: ⁊ tunc artetica
sola vocat᷑: nascit᷑ etiã plurimũ in cõcathenatiõe maxillarũ ⁊ auricu
larũ colli epatis ⁊ splenis: vt cã eius intelligi nõ possit. Huius cã est
cõcathenatio defecta. ad quã implendã ⁊ extẽdendã descendit hu
morũ materia: membraqꝫ ⁊ eorũ ligamenta extendit ac dolorem ni
mium facit. Cã magnitudinis doloris duplex est: q᷑ nerui. scil; ⁊ li
gamenta sensibilia sunt: ⁊ materia que in concathenationẽ descen
dit: non cito dissoluit᷑ ꝓpter duriciem illorũ locorũ: q᷑ nec habet vbi
moueat᷑ ⁊ discurrat sicut molliora mẽbra. Defectio concathenatio
nis membrorũ: aut naturalis est: aut accidentalis. Naturalis que. s.
ex parentela initiũ sumit. Cũ enim fundamẽta mẽbrorũ ex sperma
te facta sint qđ in corporib᷒ mixtũ est cũ humoribus. hui᷒ morbi ge
neratiuis. fili᷒ qui hoc spermate generat᷑ in hũc morbũ facilius in
cidit eadẽ apparat᷒: ⁊ cũ sint in corpe patris mẽbra quedã debilia.
fiunt in filio silia. Accidentalis aut fit ex labore nimio vbi fatigata
est cõcathenatio sicut ex multo eq̃tatu ⁊ assiduo: aut ex mutatiõe ni
mia eiusdẽ cõcathenatiõis: aut ex pcussione locũ ipsius incidẽte. in
quã humores descendũt: aut qñ in pncipalib᷒ mẽbris sũt q̃ ad ipsaꝫ
eos expellũt: aut ꝓpter coitũ multũ: maxie si post cibi saturitatẽ fi
at: q̃ cã huic morbo generando pessima est. Isidorus vbi supra.
Arteticus aũt morbus ab articulorũ passione nomen sumpsit.

De Podagra. C. CXXIX.

COnstan. vbi supra. Huius passiõis ps in do
lore potior siue potentior est poda
gra. Materia nanqꝫ podagrica descẽdit in parua mem
bra. id est in pollices: quorum concathenatio parua est.
Ideoqꝫ materiam si magna sit capere non potest: vnde nimium ex
tenduntur: ⁊ sic dolor augmentatur. In maioribus autẽ membris
vt in coxis non sic. q᷑ materia ipsa diuiditur: ⁊ ideo non sic extendũ
tur. Hipocras in libro. affo. Pueri inquit ⁊ eunuchi non sunt po
dagrici: quia coitu non vtuntur. hec enim causa prout dictum est
huius morbi materia est. Causa quoqꝫ podagre est talis dieta que
impleat humoribus corpora. sicut est nimius cibus ⁊ potus ebrie
tas: scilicet quies ⁊ suauitas: mundificandi quoqꝫ corporis negli
gentia. Passio podagre plurimum mouet᷑ in autũno ⁊ vere. Nam
ꝓpter inordinatã dietã ⁊ crossã in hyeme acceptã. hũores in corpo
rib᷒ adunati cũ veris tps venerit liquefiũt: ⁊ currentes: mẽbra pu
gunt eisqꝫ nocent: ⁊ ob h᷑ eos ad mẽbra debiliora. huic morbo ap
pata expellũt. In autũno quoqꝫ adunant᷑ humores multi in corpe
ꝓpter multos fructus comestos in estate: q̃ tandẽ augmẽtati decur
rũt in membra debilia. sic dixi. Isidorus vbi supra. Podagrã gre
ci a retentione pedum dicunt noiatum. ⁊ a ferali dolore, siquidem

omne quod immite fuerit albuscue agreste vocamus. Isaac. Podagra est dolor calcanei ꝛ plante pedis cū diffusiōe neruī ꝛ pulsatione sui nascēs ex malis humorib⁹ ad calcaneū descēdētib⁹: q̄ si sunt calidi ꝛ acuti: dolor nimius erit ꝛ pulsatio cōtinua incēdēs calcaneum si frigidi ꝛ grossi grauitas numia fit ꝛ extēsio ꝛ sine pulsatiōe tumor. Apostemata aūt podagrice ꝛ artetice passionis nō sunt tumentia qꝛ tumor in solis carnosis locis ꝛ mēbris nascit̄ ꝛ habētib⁹ vsuꝫ sanguinis: hoꝝ mēbroꝝ humiditas viscosa ꝛ frigida est nutrimētū. Itē qꝛ carne sunt nuda nō sunt tumētia plurimū. Hec nascit̄ suauiter ꝛ quiete viuētib⁹: ꝛ exercitia negligētib⁹ ꝛ purgatiōes ac mūdificatiōes corpis nolētib⁹ maxime cū multū comedant ꝛ bibant. He enī res creant in corpore humores superfluos.

De Prognosticis futuraꝝ egritudinū. C. CXXX.

Isidorus vbi. s̄. Prognostica preuisio egritudinū a pregnoscēdo dicta. Oportet enī medicū ꝛ p̄terita agnoscere: presentia scire: ꝛ futura p̄uidere. Razi in almansore. iiij. pte. Saltus faciei diu permanēs multus ꝛ fortis torturā vicinā portēdit: totius vero corporis saltus multus ac diuturnus spasmū pgnosticat. Oculoꝝ ꝫ facieiq̄ꝫ rubedo ꝛ venaꝝ in eis manifestatio. lachrymaruꝫ descēsus: ꝛ claritatē pati nō posse: hec oīa si cū forti dolore capitis assunt frenesis futura pgnostica sūt. Incub⁹ ꝛ scotbomia si diu pseuerauerint ꝛ fortes extiterint epilēsiā ptēdūt. Tristitia absq̄ꝫ manifesta aut pfecta causa diu pmanēs: ꝛ cordis malignitas ac desperatio melancoliā signāt. Reumatismus ꝛ coriza si frequēter eueniāt timēdū est ne ptisis vel asma vel passiōes pulmonis pueniant. Sudor multus ac diu pseuerās corpis repletionē signat: q̄ si male fuerit olens febrē iā vicinā designat. Repletio quoq̄ꝫ supflua tumorē emoptoice passionis future ꝛ apoplexie: ac subitanee mortis affert. Preterea sensuūꝫ turbatio motuūq̄ꝫ debilitatio cū repletiōe timorē iducit apoplexie. Cordis tremor. fortis ac frequēs mortē subitaneā portēdit. Palpebre ꝛ extremitates inflate pgnosticāt hidropisim: fatigatio ꝛ dissolutio cū appetitine destructiōe febrē signat. Multus faciei rubor cū obfuscatiōe ꝛ angustia aerē attrahēdi: vocisq̄ꝫ raucedo leprā faciūt timere: que iā incipit accedere. Grauitas in dextro latere vbi carne diminute inueniunt̄ ꝛ punctura ꝛ tensio lesionem epatis significat. Pruritus ani vēturas emorroidas signat si nō causa puoꝝ vermiū ibidē existentiū. Fetor egestiōis innuit fastidiū ꝛ grauedinē q̄ in venis fit. Fetor aūt vrine putrefactionē sanguis febresq̄ꝫ futuras. Ex multis glandulis orit̄ suspicio magne collectiōis: ꝛ paralisis parua magnā ptēdit. Quapropter cuiuslibet predictoꝝ causa subtilit̄ inuestiganda est: ꝛ ad eius sanationem festinandum.

De Signis mortis. C. CXXXI.

Idem in. viij. parte. Cū facies igitur fuerit extenuata: ꝛ oculi concaui videbunt̄: ꝛ tempora dilatabuntur: auresq̄ꝫ frigide fuerint ꝛ in citrinitatem mutate: quaꝝ etiā extremitas que pendet inferius cōtracta fuerit: ꝛ cutis faciei tensa apparebit: preter hoc etiā color citrin⁹ aut viridis: aut niger apparuerit: nec eger etiā multā prius euacuationē passus fuerit: hec oīa signa mortalia sunt. Urina p̄terea nigra ꝛ sputū nigrū ꝛ stercus nigrū ex signis mortalib⁹ sunt. Et si cū predictis febris magni fuerit incendij: signa valde mortalia sunt. Item fetor anhelitus ꝛ oris in acutis egritudinib⁹ signū est mortale. Itē sudor in fronte post laboris multitudinē ꝛ pulsus ac motus debilitatio mortale signū est: Similiter oculi stupidi q̄ nō mouent̄: ꝛ tremuli q̄ nō q̄escūt: sꝫ fere ex multo tremore circuire videt̄: de signis mortis sunt. Frequēs aūt in lecto reuolutio ꝛ verēdoꝝ discoopertio: ꝛ huiusmodi signa nō sunt bona: significāt ergo in egro estuationē ꝛ mētis perturbationē. Itē diuersitas caloris in egri corpe vt vnū ex mēbris sit calidū: precipueq̄ꝫ ex pte vētris: ꝛ alia mēbra sunt frigida: signū est nō bonū. Paruitas vnius oculi: vel oris cōtortio: vel alborū q̄ vident̄ in oculis manifestatio preter solitū: ꝛ dormire ore aperto. Hec oīa signa valde pniciosa sunt. Stridere quoq̄ꝫ dētib⁹ p̄ter solitū malū est signū: si cū acuta accidat egritudine. Preterea rubedo in albis oculoꝝ: ꝛ vene rubee vel nigre in eis apparētes mala signa sūt. Extremitatū frigiditas in acutis egritudinib⁹ signū est nō bonū. Qꝫ si frigiditas augmētat̄: ꝛ cū hoc calor magnus in vētre fuerit atq̄ꝫ sitis: mortale est. Egritudines acutissime in senibus ꝛ in complexionibus ꝛ regionibus ꝛ tēporib⁹ frigidis deteriores sunt q̄ꝫ in hoꝝ contrarijs. Tremor cordis q̄ perseuerat in acutis egritudinib⁹ signū est malū ꝛ singultus similiter: ꝛ si cui anhelit⁹ cōstrict⁹ fuerit ꝛ febrilis calor augmētat⁹: signū ē pniciosuꝫ. Cū in aliquo mēbro orit̄ apostema vel dolor: ꝛ seq̄tur apostema vel incēdiū ac sitis: malū est: ꝛ si cū eo tremor cordis accidit mortale est. Mortuorū noīa pferre signū est malum. Et sitis vehemens cū sudore frigido perniciosum. Fluxus aūt frigidus cū debilitate v̄tutis, egrū signat morti ppinquuꝫ. Sudor frigidus cū acuta febre pniciosissim⁹ est cū post sudorē tremor seq̄t̄ malū ē signū. Signoꝝ aūt v̄tutes int̄ se ꝯferēde sūt. vnū n. bonū signū cū firmū fuerit multis mal' signis p̄ponderat. Egritudo ē morosa est. i hoīe sp̄ sano. q̄ fere egrotat. Hipo. in lib. affo. In quo morbo sōnus laborē p̄stat: mortale ē. Itē egritudinib⁹ q̄buscūq̄ꝫ icipiētib⁹. si fel nigrū aut sursūꝫ vel deorsūꝫ exierit: mortale ē. q̄buscūq̄ꝫ in febribus cū alijs egritudinib⁹ oculi nō s̄m volūtatē lachrymant̄. icōueniēs est. In acutis morbis frigiditas extremitatū maluꝫ est. In osse v̄o egrotāti caro liuida malū ē. Silr̄ in vomitu singult⁹. ꝛ oculi rubei. i sudore quoq̄ꝫ rigor q̄buscūq̄ꝫ imoderat⁹ dolor i cerebro fit. in trib⁹ dieb⁹ peūt. si v̄o os effugiūt sani fiūt. Itē q̄buscūq̄ꝫ cerebꝝ ab aliqua occasiōe motū fuerit necesse ē sine voce fieri stati.

De Affonsmis. C. CXXXII.

Isidorus vbi supra. Affonsmus est s̄mo breuis itegꝝ sensūꝫ pposite rei describēs. Actor. Ex affonsmis hipo. iā supi⁹ q̄dā locis cōgruis inserum⁹: ꝛ hic etiā in supplemētū hui⁹ capli pauca subiūgim⁹. Hipo. vbi. s̄. Uita breuis ars v̄o lōga tp̄us aūt acutū. experimentū v̄o fallax. iudiciū aūt difficile. hūide diete febricitātib⁹ oīb⁹ ꝯferūt maxieq̄ꝫ pueri ꝛ oīb⁹ sic assueti refici. dādū v̄o est aliq̄d tp̄i ꝛ regiōi ꝛ etati ꝛ ꝯsuetudini. Cōtēplari aūt oꝫ egrotāti si sufficit ei dieta an ipse post deficiat. Senes facillime ieiuniū ferūt. scdo ꝯsistētes. pueri v̄o min⁹. ꝛ oīuꝫ mīme infantes. Hoꝝ aūt ipsoꝝ q̄cunq̄ꝫ ānosiores existūt: ꝛ qui crescūt plurimū hn̄t calorē inatū. ꝛ iō plurimo idigēt nutrimēto. Senib⁹ v̄o puus inest calor ꝛ ideo paucis indigēt eisq̄ꝫ febres nō sunt silr̄ acute. frigidū. n. hn̄t corpus. ventres hyeme ꝛ vere sunt natura calidissimi. somniq̄ꝫ longissimi. in his g̃ tp̄ibus ꝛ oblatiōes plures dāde sunt. inatus. n. calor mult⁹ amplio ri indiget nutrimento. Estate ꝛ autūno cibos grauissime ferūt. hyeme v̄o facillime. Corpib⁹ hūidas carnes hn̄tib⁹ famē adhibe. fames omne corpus siccat: quicūq̄ꝫ dolētes aliq̄d corporis plurimū dolere nō sentiunt: his mēs egrotat q̄ in mlto tp̄e extenuant̄ corpa. tarde reuerti ꝯsueuerunt: ꝛ q̄ in modico modice. q̄buscūq̄ꝫ iuuenibus existētib⁹ ventres humidi sunt. his senescentib⁹ desiccant̄. quibus aūt iuuenib⁹ sicci. seniorib⁹ facti humectant̄. Assueti mltos ferre labores ꝛ si fuerint ibecilles ac senes insueti etiā fortib⁹ iuuenib⁹ facilius ferūt: nā ex mlto tp̄e ꝯsueta ꝛ si deteriora fuerint insueti min⁹ molestare ꝯsueuerūt: oportet igit̄ ad ꝯsueta conuerti. Mutationes tempoꝝ maxime morbos generant. Mulier ambidextra non fit.

Liber Decimus septimus. incipit.

De Naturali philosophia. C. I.

Alphorabius vbi supra. Nālis sciētia ꝯtemplat̄ corpora nālia ꝛ eoꝝ accidētia que nō hn̄t esse nisi p illa. Sūt enī ꝛ corpora quedā artificialia. quoꝝ scꝫ esse p artē ꝛ volūtatē hoīs est: vt vitrum ꝛ pānus ꝛ lectus. Nālia v̄o sunt vt celū ꝛ terra. Et que inter vtrūq̄ꝫ sunt vt pluuie ꝛ cetera hmōi. Nāliū quidē ꝛ artificialiū corpoꝝ in hoc est ꝯsimilis dispositio qꝛ sicut in artificialibus inueniunt̄ res: que non hn̄t esse nisi p ipsa corpa: ꝛ res a quib⁹ ꝛ p quas eoꝝ esse existit. Ita ꝛ in nālibus q̄ꝫq̄ꝫ. in artificialib⁹ hec magis appareant. Illa nanq̄ꝫ q̄ nō hn̄t esse nisi p corpa artificialia. sunt vt ligatura in pāno. splendor in ense. puietas in vitro: sculptura vel structura in lecto. Res aūt ad quas vel ppter quas sūt illa corpora sunt fines eoꝝ ꝛ intentiōes. sicut pānis fact⁹ est vt cooperiat. ensis vt feriat. vitrū vt infusa recipiat. lectus vt nos a terra suspēdat vel sustollat. Res a q̄b⁹ illa sūt actores ꝛ pcuratores eoꝝ sūt: vt politor ensis: ꝛ carpētari⁹ lecti. Res v̄o p q̄s existūt: i omni corpe duo sūt: forma. s. vt in ense acuitas. p hanc. n. opationē suā efficit. Et materia. vt ferrū. Similit̄ in pāno. materia sūt fila forma v̄o ꝯtextio. Lecti quoq̄ꝫ: mā sūt ligna. forma v̄o q̄dratura. Silr̄ est ꝛ in ceteris: Q̄ ō ex istoꝝ ꝯiunctione puenit. eoꝝ est actio ꝛ pfectio. Nullū. n. corpus aliquid agit. nec aliq̄d ex eo puenit vite iuuamē nisi cū forma aduenit in mā. Sic ē igit̄ ꝛ in corporib⁹ nālibus. licet hec in eis nō ita appareāt: qꝛ cōstitutiōes eoꝝ nō ita sensate sunt. sicut illoꝝ q̄ visui subiacent (vbi gratia) vinū est corp⁹ naturale: sed vt virtus qua inebriat nō est sensata nec ei⁹ esse cognoscit̄: nisi p ipsam operationē. Et illa quidē virtus est forma vini ꝛ eius cōstitutio. Eiusq̄ꝫ comparatio ad vinum est si

cut acuitas ap ensem que si destruatur non erit ensis. Similiter est
⁊ in medicinis q̄ nō operant̄ in corporib⁹ nisi p virtutes pueniētes
p cōparationē: que virtutes nō sunt sensate. sʒ earꝝ opatiōes. Et ma
terie q̄dē ⁊ forme corporꝝ: ⁊ actiōes eorꝝ ⁊ fines ꝑpter quos existūt
noiant̄ principia corporꝝ. Et accidētia corporꝝ vocant̄ principia a/
ctionū q̄ sunt in corporib⁹. Sciētia vero nālis facit sciri corpa natu/
ralia. vel ostēdēdo qȯ ex eis sensibile est: vl̄ pbādo qȯ ex eis est in/
telligibile: docetq; cuiusq; nālis corpis materiā ⁊ formā: ⁊ actiōes
eorꝝ: ⁊ a quib⁹ fiāt: ⁊ fines ꝑpter quos fiant. Hec igit̄ sciētia dat p̄n
cipia nāliū corporꝝ ⁊ actionū eorꝝ. Aristoteles in li. de celo ⁊ mūdo
Sūma cognitiōis nature ⁊ naturalis sciētie in corporib⁹ existit: ac
reliq̄s magnitudinib⁹ ⁊ impressionib⁹ eorꝝ ⁊ in motib⁹ ac principijs
oīum q̄ huic nature similia sunt. Subiectū sciētie nālis est corpus:
nō fm ꝙ est ens vel substātia: vel quātitatē habēs: sʒ fʒ ꝙ est cōpo/
situ ex duob⁹ suis principijs q̄ sunt mā ⁊ forma: ⁊ fm ꝙ est subditū
motui ⁊ quieti ac ꝑmutationi: his. n. modis pōt fieri cōsideratio de
corpe: teste auicēna q̄ dicit: ꝙ corpus celi ⁊ mūdi ꝯsiderat̄ a phisico:
fm ꝙ est principiū motus ⁊ quietis essentialit̄. A mathico vō fʒ ꝙ
est habēs quātitatē: ⁊ a diuino fm est ens substātie. Intētio igitur
phie nālis est dare principia quattuor ⁊ accidētia ⁊ cōcomitātia in
omni specie corpis. Principia: intellige quattuor causas. s. materia/
les formales ⁊c̄. Accidētia vero colorariōes: ꝑuietates: aspitates: p
petates: differētias ⁊ cetera his similia. Dicit̄ aūt h̄ sciētia ꝑprie phi
sica. i. naturalis: qꝛ phisis grece nā latine: lʒ medici ad sui palliatiōeʒ
hoc sibi nomen attribuant sed improprie.

¶ De Partibus naturalis philosophie. C. II.

Alphorabius vbi. s̄. Nālis scientia diui/
dit̄ in octo ꝑtes: quarū pri/
ma est inq̄sitio eius quo cōmunicāt oīa corpa nālia: siue
simplicia siue cōposita. s. in principijs: ⁊ actionib⁹: ⁊ cōse
quētib⁹ ipsa principia: ⁊ hoc docet̄ in li. de nāli auditu. Scđa est in
q̄sitio de corpib⁹ simplicib⁹ an sint: ⁊ q̄ sint: ⁊ quātus eorꝝ numerus
⁊ hoc docet̄ in li. de celo ⁊ mūdo. Tertia de ꝑmixtiōe ⁊ corruptiōe
corporꝝ nāliū cōiter: ⁊ de his ex q̄b⁹ cōponunt̄: ⁊ de qualitate gene/
ratōis: ⁊ corruptōis elemētorꝝ: hoc docet̄ in li. de generatiōe ⁊ corru
ptiōe. Quarta de principijs actionū ⁊ passionū: que propria sunt ele
mētis tm̄ ⁊ cōpositis ab eis: hoc cōtinet̄ in trib⁹ p̄mis libris de im/
pressionib⁹ supiorib⁹. Quinta est cōsideratio de corpib⁹ cōposit̄ ab
elemētis: ⁊ de eo in quo cōicāt oīa cōposita: siuē similiū ptiū: vt sunt
aurū ⁊ argētū: siue dissimiliū. Sexta est de eo in quo cōicāt oīa: cor
pora cōposita similiū ꝑtiū: q̄ nō sunt ꝑtes cōpositionū diuersaꝝ par/
tiū. hec sunt corpa mineralia: speciesq; reꝝ mineraliū: ⁊ de eo qȯ est
principiū, vniciuiq; speciei eaꝝ: hoc docet̄ in libro de mineris. Septi
ma de eo in quo cōicāt species vegetabiliū: ⁊ de eo qȯ est ꝑpriū cu/
iusq; eorꝝ: ⁊ hoc in libro de vegetabilib⁹. Octaua est de eo in quo cō
municāt species aīaliū: ⁊ de eo qȯ est vniuscuiusq; ꝑpriū: hoc doce
tur in li. de aīa: ⁊ li. de aīalib⁹ ceterisq; libris q̄ sunt vsq; ad vltimuʒ
librorꝝ de nālib⁹. Et iste due vltime. s. septima ⁊ octaua sunt due par
tes speculatiōis de cōpositis diuersarum partiū. s. dissimiliū. Itaq;
sciētia naturalis de omni specie corporꝝ predictoruʒ dat principia: ⁊
accidētia eorꝝ comitātia illa principia. Actor. Aliter phisica. id est
naturalis sciētia tractat de inuisibilib⁹ visibiliū causis: nā corpus ⁊
ea que sunt corpis: principaliter cōsiderat. Corpus aūt aut cōsidera
tur in generali cū partib⁹ suis: aut in speciali: si primo modo sic de/
terminat de eo aristo. in li. phisicorū. Si in speciali aut est corrupti/
bile aut incorruptibile. Si icorruptibile: sic est in libro de celo ⁊ mū
do. Dicit enim aristote. ibidem ꝙ celum est corpus nō generatum:
nec fabricatū: nec recipiens impressiones aliquas. Si sit corruptibi/
le: aut ergo est simplex aut compositum. Si simplex sic est in lib. de
generatione ⁊ corruptione: ⁊ loquor de simplicitate illa que opponi
tur compositioni naturali ex quattuor elementis. Si compositum:
aut ergo animatū aut nō. Si nō: est in li. metheororū. vbi aristo. de/
terminat de impressionib⁹ ⁊ de generatiōe grandinis ⁊ niuis ⁊ cor/
porū mineraliū ⁊ cōsimiliū. Si vō sit cōpositū aīatū: aut igit̄ aīa ve/
getabili est aīatū: ⁊ de tali determinat̄ in li. de vegetabilib⁹: vt de
plantis: aut aīa sensitiua: ⁊ de tali in li. de aīalibus: aut aīa intellecti
ua: ⁊ de tali in lib. de aīa. Ceteri vero libri. s. de somno ⁊ vigilia: de
morte ⁊ vita: de sensu ⁊ sensato: de differētia spiritus ⁊ anime: sup/
ponuntur in libro de anima ⁊ libro de animalibus.

¶ De Natura ⁊ eius operatione. C. III.

ARisto. in li. ij. phisicorꝝ. Eorꝝ q̄ sunt alia q̄dē nā
sunt: alia p alias causas. s. ꝑpositū: artifi
cium ⁊ huiusmodi. Natura quidē sunt quecūq; ab ali/
quo in seipsis p̄ncipio mota. ꝑueniūt i aliquē finē: vt aīa
lia quelibet: ⁊ partes eorum. ac plante ⁊ corpora simplicia: vt ignis.
aer. terra. aqua. ⁊ hmōi que omnia vident̄ in seipsis habentia prin/
cipium motus ⁊ status. hec quidē fm locum illa vō fm augmentū
quedā autem fm alterationeʒ. Lectus vero est indumentū: ⁊ huius
modi ab arte sunt. Est igitur natura principiuʒ alicuius ⁊ causa mo
uendi ⁊ quiescendi eius in quo est: primū p se ⁊ non fm accidens.
Utrū aūt sit natura tentare demonstrare ridiculum est: qꝛ rerū hu
iusmodi multe sūt. que. s. hn̄t principiū sui motus: manifestū aūt per
ignotū demonstrari nō pōt. Sillogisabit. n. vtiq; aliquis cecus na
tus de colorib⁹: quare necesse est hmōi homines de nominib⁹ ha/
bere rationē: nihil aūt intelligere. Idē in. viij. li. Nihil aūt inordi/
natū est eorꝝ que natura sūt ⁊ fm naturā. Natura. n. oībus cā ordi/
nationis est. ordinatio aūt oīs ratio est. Aristo. in li. iij. de aīa. Nā
nihil facit frustra vel ociose. nec deficit in necessarijs: nisi in cōpletis
⁊ in impfectis: vel fm aliā trāslationē. pfecte opat̄ in rebus necessa
rijs: nisi sit in monstruosis reb⁹ q̄ pfecte nō sunt. Deniq; natura ni/
hil facit ociosum. ꝑpter aliq̄d. n. oīa sunt que natura ꝯsistūt: aut ac
cidentia sunt eorꝝ que ꝑpter aliq̄d sunt. Ideʒ in li. de aīalib⁹. Na
ture vō cognitio nobilior est q̄ p formā est q̄ʒ q̄ p materiā. Debem⁹
itaq; ꝯsiderare formas: ⁊ in artifice delectari qui fecit eas. In oīb⁹
enim naturalibus rebus ⁊ vilib⁹: etiā est aliqȯ mirabile. natura nan
q; nihil facit ociose: nec facit nisi qȯ melius est: ⁊ fʒ ordinē: ⁊ respu
it infinitū. Facit aūt omne qȯ facit: aut qꝛ necessariū est: aut ꝑpter
melius. eijcitq; supfluū ab ope suo. sicut ⁊ ars. ⁊ quāto diminuit in
multitudine: tāto augmentat in magnitudine. dat aūt vnicuiq; sibi
cōueniēs vt instrumētū fm opationē q̄ indiget. Simulq; dat vir/
tutē ⁊ īstrumētū: qꝛ nō pōt eē vidēs sine oculis: nec oculus ē aliq̄d
sine visu. Nō aūt sil̄ dat mltos modos iuuamēti sic pʒ in aīalibus.
Deniq; nā cuiuslibet est illi rei ꝯueniens ad quā est ꝑpata: nec pōt
res eē semp que non est fm naturaʒ. Quintilian⁹ de ori. insti. li. ij.
Omnia itaq; que ꝯsummauerit ars. certum est initia a nā duxisse.

¶ Quot modis dicit̄ natura. C. IIII.

EX summa de anima. In nālibus idē est for/
ma qȯ nā: sʒ forma dicit̄ respectu
materie quā perficit. Natura vō respectu motuū quos
elicit: vt forma ignis. Dicitur aūt natura fm Auicennaʒ
quadruplicit̄. Primo modo principiū mouēdi vno modo ⁊ nō spō
te: sicut in elementis ⁊ elementat̄. Secūdo modo principiū mouen
di diuersis modis ⁊ non sponte. sicut est anima vegetabilis in plan
tis. Tertio modo principiū mouendi diuersis modis ⁊ sponte: sicut
est anima rationalis in aīalib⁹. Quarto mō principiū mouendi vno
modo ⁊ sponte. sicut motus celi qȯ est intelligentia. Primo mō di
cit̄ natura ꝑprie. Diffinit̄ aūt in phicis generalit̄ sic. Natura est p̄n
cipiū motus ⁊ quiet̄ ei⁹ in quo est p se ⁊ non per viam accidentis.
Actor. In summa vō nota: ꝙ natura primo dicit̄ dupliciт̄. Uno
modo natura naturās. i. ipsa summa lex nature que deus est: de q̄
dicit augustinus. Cōtra summā illā nature legem a noticia remotā
siue infirmorꝝ siue impiorꝝ. tam deus nullo modo facit q̄ʒ nec cōtra
seipsum facit. Aliter vō dicit̄ natura naturata. ⁊ h̄ multiplicit̄. Uno
mō natura dicit̄ vis insita reb⁹ ex similibus similia procreans: vt ex
grano granū eiusdem speciei. Alio modo dicit̄ natura principium
motus ⁊ quietis vt supius dictū est. Tertio modo cōis vel vsitatus
nature cursus mortalibus notus fm ꝙ dicunt̄ miracula fieri ꝯtra
naturam. vñ ⁊ dicit apl's ad romanos. Tu ante cū oleaster esses: cō
tra naturā insertus es in oliuā bonam. Itē quarto modo dicit̄ na/
tura possibilitas creature. quā indidit ei natura naturans. i. deus vt
ex ea fiat qȯ ipse vult. Et sic accipit̄ ibidem in glosa cū dicit̄: Id na
ture est cuiq; rei quid de illa fecerit deus. Aristo. in lib. ij. phisico/
rū. Uidetur aūt ⁊ natura substantia eorꝝ esse que natura sunt: ⁊ qȯ
primū inest cuilibet informabile p seipsuʒ: vt lectuli natura lignum.
statue aūt es. Uno igit̄ modo nā sic dicit̄. prima vniuscuiusq; sub
stantie materia in seipsis principiū motus ⁊ mutationis habentiū.
Alio vō modo forma ⁊ species: q̄ est principiū fm rationē. Sicut. n.
ars dicitur qȯ est fm artē: ⁊ artificiosum. sic ⁊ nā qȯ fm naturam
dicitur. s. de forma. Erit igitur natura habētiuʒ in seipsis motus p̄n
cipium. forma. ⁊ species que nō est sepata nisi fm rationem. magis
etiam natura hec est q̄ʒ materia: vnumquodq; enim tunc magis di
cit̄ cum actus al's endelechia sit q̄ʒ potentia. Qm̄ igitur natura du/
pliciter dicit̄. s. materia ⁊ forma. Sciendū ꝙ de his mathematicus
⁊ phisicus negociant̄: sed non mathematicus accidentia speculat̄
inquantū talib⁹ accidūt. vnde abstrahit. s. accidētia a corporib⁹: abs
tracta enim sunt a motu intellectu. i. intellectualiter: ⁊ nihil diffe/
runt. id est non abstrahunt̄ realiter. Neq;. n. fit mendacium abstra
hentium. ꝙ. s. essent ibi abstracta vel abstrahenda fm rem. Phi/

sicus quoq3 abstrahit sed minus q̃ mathematicus. Impar enim ꝛ par. rectū ꝛ curuū: numer⁹ ꝛ figura ꝛ linea sine motu. s. diffinita sūt nō aūt caro ꝛ os ꝛ hō: q̄ sunt. s. de ꝯsideratione phisici: sunt hmōi. s. diffinita sine motu ꝛ mā. Si aūt ars imitat̄ nām: eiusdēq3 scientie est cognoscere speciē ꝛ materiā: vt medici sanitatē: ꝛ coleram: ac flegma in q̄bus est sanitas: ꝛ phice vtiq3 erit cognoscere vtrāq3 naturā. s. formā ꝛ materiā. Ex libris fontis vite. Materia q̄dē vniuersalis ꝛ forma vniuersalis sunt radix oīum: ꝛ ex his generatū est q̄d q̄d est: hec. n. duo precedūt oīa: ꝛ in ea etiā oīa resoluunt̄. Materia q̄ vniuersalis est ipsa est substātia q̄ sustinet. ix. predicamēta ꝛ est illis subiecta hec est p̄ quā sensibilia subsistūt: in qua ꝛ inueniunt̄ ꝛ in ea mutant̄: ꝛ ad eā referunt̄: ꝛ ab ipsa incipiunt̄: ꝛ ad eā redeunt. Nouē vero predicamēta sunt vniuersalis forma subsistens in illa. Porro distinctio noīum materie. s. ꝛ substātie hec est: q2 nomē materie cōgruit illi soli qd̄ paratū est recipere formā: q̄m nōdū recepit. Nomē vero substātie cōgruit illi materie q̄ iam aliā formā recepit ꝛ per ipsam formam facta est prima substantia.

¶ De Principijs naturalibus. id est materia forma ꝛ priuatione. C. V.

Descriptio materie prime hec est: q᷑ ipsa est substātia existēs p̄ se. sustētatrix diuersitatis vna numero. Et iterū q᷑ est substātia receptibilis oīum formarū. Perficit̄ aūt ex forma. nō eni habet esse in actu absolute: s3 tm̄ in potētia: q̄m esse nō est nisi p̄ formā: forma. n. est essentia rei: ꝛ ipsa pficit essentiā materie. Esse autē in actu: nō est nisi ex cōiunctiōe materie ꝛ forme: vnde nec possibile ē: vt forma sit sine materia. Esse igit̄ est existētia forme in materia. Or autē esse rei nō fit nisi ex essentia forme: signū huius est: q2 id qd̄ est aut est sensibile aut intelligibile. Sensus autē ꝛ intellect⁹ nō applicant̄ nisi forme sensibili aut intelligibili. Esse quidē materiale nō h3 materia ex forma. sed esse formale. Itaq3 materia mobilis est ad recipiēdū formā: forma vero est agēs in materia: q2 pficit eā ꝛ dat ei esse. Omne quoq3 agēs p̄ seipsum nō facit quicq̄d facit nisi p̄ suā formā. Materia vero nō h3 actionē: q̄m in se nō est nisi receptibilis tm̄. i. subiecta vel parata ad recipiēdum actionē. Itaq3 forma dignior est q̄ mā: ꝛ ipsa est sicut aīa: mā vero sicut corpus. Materia similior ē priuationi: forma vero similior esse. Estima ergo priuationē materie sicut tenebrositatē aeris: ꝛ formā in ea sicut lumē. Nā quidē materie est multiplicari ꝛ diuidi: ꝛ ipsa est causa multiplicationis ac diuisionis. Forma vero diuidit̄ ꝛ multiplicat̄ ꝑpter mām: diuersitas aūt q̄ est inter substātias: nō est ex mā: sed ex forma: q2 forme sunt multe: materia vero vna. Formeq3 multiplicatio est ex mā: forma igit̄ existēs in materia: q̄ pficit essentiā rei: p̄ quā etiā factū est vnūqd̄q3: est vnitas veniēs a prima ꝛ vera vnitate creature: q̄ nō h3 principiū neq3 finē: nec mutationē: nec diuisitatē: ideo necesse fuit vt vnitas ipsa creata haberet hec oīa: ꝛ p̄ hec facta ē dissimilis ab ipsa vnitate prima ꝛ perfecta: nec est possibile vt forma sepereт actu a materia q̄ sustinet eā: forma dico substātialis: nā accidētal̄ q̄dē pōt: substātialis aūt nō: nec intellectu quidē resoluēdo ꝛ cōponēdo. Pone corpus exēplū materie: colorē forme: talis etiā est habitudo forme ad materiā: qualis anime ad corpus: ꝛ intelligentie ad animam: formā nāq3 ꝛ materia cōtinet. sicut intelligentiā anima: ꝛ animam corpus. Imaginare q᷑ essentia materie est virtus spiritualis in se ꝯsiderata: nō habēs formā: essentia vero forme lumen aduentū: qd̄ attribuit ei in quo est proprietatē ꝛ intellectū speciei ac forme. Philosophi solent materiam appellare possibilitatē: q2 possibile fuit ei recipere formā. i. eius lumē vestiri. Quo aūt fuerit subtilior materia ac superior ꝑpter diffusionē luminis in ea fiet ipsa substātia pfectior sicut intelligētia ꝛ aīa. Cūq3 res magis peruia fuerit: speciē suā fortius seruabit. Materia ꝛ forma sunt finis rex: res aūt non est finita nisi p̄ suā formā: nec habet res infinita formā qua fiat vnū ꝛ differat ab alia. Ideo nāq3 essentia eterna infinita est: quia nō habet formā: oīs quoq3 differentia non est nisi per formā: nihil etiā apprehēdit̄ sensu vel intellectu nisi per formā. Intelligentia nāq3 ꝛ aīa non apprehēdunt res nisi per formā: ꝛ forte nō cōiungunt̄ nisi cum formis ꝑpter similitudinē ꝛ conuenientiā in genere: igit̄ intelligentia nō apprehēdit rē nisi per cōiunctionē forme sue cū forma illius. Ipsaq3 intelligētia est locus formax intelligibiliū sicut yle naturaliū. Substantia eni intelligentie facta est comprehēsibilis oīum rerū p̄ vnitatē essentie sue que duxit eā ad esse: formaq3 intelligentie perfectior ꝛ clarior est forma anime. Prima vero forma vniuersalis est origo omnis forme ꝛ ex eius scientia inquirimur omnis forme scientia. Ipsa deniq3 forma vniuersaliū est substantia sapientia perfecta lumen purissimū cōstituēs essentiā oīum formarum.

¶ De Informitate prime materie. C. VI.

August. in li. cōfessionū. xij. Nōne tu dñe docuisti me: q᷑ priusq̄ istā materiā informem formares atq3 distingueres: nō erat aliqd̄: nō color: nō figura nō corpus: nō spūs: nō tn̄ oīno nihil erat. Sed quedā informitas sine specie aliqua: ꝛ dū in hac informitate q̄rit cogitatio: q̄d sensus attingat: conat̄ eā vel nosse ignorando: vel ignorare noscendo. ego cū antea cogitare eā vellē. fedas ꝛ horribiles formas pturbatas ordinib⁹ voluebat animus: sed formas tn̄. ꝛ id qd̄ cogitabā: nō priuatiōe oīs forme: sed cōpatiōe formosiorum erat informe. et suadebat vera rō vt oēs forme qualescūq3 reliq̄as oīno detraherē. si vellem prorsus informe cogitare: ꝛ nō poterā. citius. n. nō esse censebā: q᷑ omni forma priuaret̄ q̄ cogitabā q̄dā informe: ꝛ nihil formatū: nec nihil informe ppe nihil ꝛ cessauit mēs mea interrogare. hinc spiritū meū plenū imaginibus formatox corpox: ꝛ eas ꝑ arbitrio mutantē atq3 variantē. Et intendi in ipsa corpora: eorūq3 mutabilitatē altius inspexi: qua desinūt esse qd̄ fuerāt ꝛ incipiūt esse qd̄ nō erāt. Eundemq3 trāsitū de forma in formā per informe q̄dā fieri suspicat⁹ sum: nō ꝑ oīno nihil. Mutabilitas. n. rerū mutabiliū ipsa capax est formax oīū in q̄s mutant̄ res mutabiles. Aristo. in methaphisica. viij. li. Materiā itaq3 dico illud qd̄ est q2 hoc nō est in actu. s3 in potentia: forma vō est principium rei.

¶ Quod omne compositum ex materia ꝛ forma corruptibile est natura. C. VII.

Aristo. in libro phisicox. j. Omne qd̄ fit corrūpit: corrumpit̄ aūt aut ex cōtrarijs. aut in ꝯtraria ꝛ hox media. Media vō ex ꝯtrarijs sūt: vt medij colores ex albo ꝛ nigro: q̄re oīa vtiq3 que natura sūt aut cōtraria: aut ex contrarijs. Fiunt quidem simpliciter sole substantie. fm̄ quid autē alia. Que vero simpliciter fiunt. alia quidem fiunt transfiguratione vt statua. Alia appositione. vt que augmentant̄. Alia substractione: vt ex lapide mercurius. alia ex compositione: vt domus. alia vero ex alteratione: vt que fm̄ naturā conuertuntur. Omnia aūt que sic fiunt manifestū est quoniā ex subiectis fiunt. i. ex subiecta materia. Quod igit̄ fit semp compositum est. s. ex materia ꝛ forma. Et est quidem aliquid quod fit: vt forma in materia: ꝛ est quidem aliquid qd̄ hec fit. s. ens sub forma: ꝛ hoc dupliciter: aut enim subiectum. i. materia: aut oppositū. i. priuatio. Eorum autem que natura sunt vnūquodq3 non fm̄ accidens sed fm̄ substantiam fit ex subiecto ꝛ forma. igit̄ solum materia ꝛ forma sunt principia per se. Componit̄. n. musicus homo ex homine ꝛ musico quodammodo. n. resolues rationes in ratiōes illoꝝ. Est autē subiectū numero quidē vnum specie vero duo: ꝛ nos quidē materiam ꝛ priuationem alterum esse dicimus: ꝛ non esse vnū. s. principiū. s. duo. Sed materiam per se priuationem autē ꝛ ꝯtrarietatem fm̄ accidens. Priuatio quidem forme contraria est: subiectum vero materia: cum forma causa est eorum que sunt ꝛ fiunt. sicut mater. Dico aūt materiam primum subiectū vniciq3 ex quo fit aliquid. Sūt itaq3 duo principia rerum intrinseca per se. tertiū vero per accidēs: sc3 priuatio. Illorum quidem materia est sicut femina. forma vero diuinum quoddam ꝛ optimū. s. in genere suo appetibile: quod priuationi contrarium est. Aliud vero. s. materia. fm̄ sui naturam aptū natum est ipsam appetere ꝛ desiderare sicut femina masculū: ꝛ turpe appetit bonū que tamē p̄ se turpis nō est: sed fm̄ accidens. s. per priuationem ꝛ manet quidem materia inq̄tum subiectum est fm̄ autem q᷑ priuatio corrumpitur.

¶ De Corporibus simplicibus. i. elementis. C. VIII.

Alphorabius vbi supra. Corpox naturaliū alia sūt simplicia. alia cōposita. Simplicia sunt quox esse nō est a corpib⁹ alijs: vt sūt corpa celestia. Cōposita vō que sūt ex alijs corpib⁹: vt plante ꝛ aīalia. Aristo. in li. iij. de celo ꝛ mundo. Omne corpus aut est elemētū aut ex elemento generatū. Elemētū aūt est ad qd̄ cetera corpa resoluunt̄: ꝛ est in eis potētia vel actu. Sed ipsū nō resoluit̄: neq3 ꝑmutat̄: neq3 cadit sub corruptiōe. Et hoc est corp⁹ simplex nō cōpositū. Corporib⁹ aūt simplicibus est mot⁹ nālis ꝛ q̄es. Res. n. aut quiescit violent̄: aut q̄te nāli necessario. Et vbi quiescit naturaliter illuc incedit naturalit̄. Natura. n. est in vnoquoq3 principiū motus sui. Uirtus aūt est principiū motus eius q̄ est a re alia. Oīs itaq3 mot⁹ aut est nālis aut accidētalis. Nālis est a vtute cū auxilio nature. vt lapidis descēsū. Accidētalis aūt a vtute nō cū auxilio nature: vt lapidis sursū. verūtn̄ his duob⁹ motib⁹ vtit̄ aere. sicut instrumēto: vniciq3 aūt rex est mot⁹ nālis vnus. accidentalis vō plures. Idem in methaphisica li. j. Diffinitio elementi est ista

f. q̄ elemētū est illud de corporibus: cuius ordo vltimus est. Aui/
cen. de medicina li. j. Elemēta sunt corpa prima oīum corpoꝝ princi
pia q̄ in corpa diuersaꝝ formaꝝ diuidi minime possunt. Ex quoꝝ
cōmixtiōe diuerse spēs generant̄. Hoꝝ duoꝝ sunt grauia. s. terra ꝛ
supioris duplũ repperit esse huius sexquialterũ. Duo võ hi ad quos
supior duplex. sexquiterti⁹ ⁊ sexq̃alt̃ ꝓbat⁹ est ad se iuicẽ sexq̃octa-
uam ꝓportionẽ ꝑpensi sũt custodire. Quint⁹ võ ẽ reiectus qui cũctis
erat incõsonãs. Cũ igit̃ añ pythagorã ɔsonãtie musice ptim dyapa-
son. ptim dyapẽte ptim dyatesseron q̃ ẽ ɔsonãtia mĩma vocarent̃:
prim⁹ pythagoras hoc mõ reppit qua ꝓportiõe sibimet hec sonorũ
cõcordia iũgeret̃. Et vt sit clari⁹ q̃d dictũ ẽ: sint vbi grã malleorũ q̃t-
tuor põdera q̃ subterscriptis numeris ɔtineant̃. xij. ix. viij. vj. Hi igit̃
mallei q̃. xij. ⁊. vj. ponderib⁹ iũgebant̃ dyapasõ in duplo ɔcinẽtiã ꝑ-
sonabãt. malle⁹ võ. xij. põderũ ad malleũ. ix. ⁊ malle⁹. viij. põderũ ad
malleũ. vj. põderũ s; ephitricã ꝓportionẽ ad dyatesserõ ɔsonãtiã iũ-
gebant̃. nouẽ võ põderũ ad. vj. ⁊. xij. ad. viij. dyapẽte ɔsonãtiã ꝑmi-
scebãt. ix. võ ad. viij. in sexq̃octaua ꝓportiõe resonabãt tonum.

¶ Adhuc de eodem: ⁊ de tubal. C. XXV.

Hinc igit̃ domũ reuersus varia examinatiõe ꝑpen-
dit. an in his ꝓportiõib⁹ ratio simphoniarũ to-
ta ɔsisteret. Nũc q̃dẽ equa põdera neruis aptãs. eorũq;
cõsonãtias aure diiudicãs. nũc võ in lõgitudine calamo-
rũ duplicitatẽ medietatẽq; restituẽs. ceterasq; ꝓportiões aptãs inte-
gerrimã fidẽ diuersa expientia capiebat. Sepe etiã ꝑ mẽsurarũ mo-
do ciatos equorũ ponderũ acetabulis immittens. sepe ipsa quoq;
acetabula diuersis formata ponderibus virga vel erea vel ferrea ꝑ-
cutiens. nihil sese diuersum inuenisse testatus perletatus est: hinc
etiam duct⁹ longitudinẽ crassitudinemq; chordarũ vt examinaret
aggressus est. Itaq; inuenit regulam que ex re vocabulũ sumpsit.
eo q; sit huiusmodi inspectio fixa firmaq; vt nullũ inquirentem du-
bio fallat iudicio. Petrus cõmestor ĩ historia scholastica. Tubal
filius lamech qui fuit pater canentiũ cithara ⁊ organo. non instru-
mentorũ quidẽ que longe post inuenta sunt: sed inuentor fuit musi-
ce. id est consonantiarũ: vt labor pastoralis quasi in delicias verte-
retur: ⁊ q; audierat adam prophetasse de duobus iudicijs. ne peri-
ret ars inuenta. scripsit eã in duab⁹ columnis in qualibet tota: vna
marmorea. alia latericia: quarũ altera non dilueretur diluuio. alte-
ra non dissolueretur incendio. Marmoreã dicit iosephus adhuc eẽ
in terra syriaca tubalcaym frater eius ferrariam artem primus adin-
uenit: res bellicas decenter exercuit sculpturas operum in metallis
in libidinem oculorum fabricauit. que fabricante tubal de quo di-
ctum est sono malleorum delectatus ex ponderibus eorum propor-
tiones ⁊ consonantias que ex his nascunt̃ excogitauit. quam inuẽ-
tionem greci pythagore attribuunt fabulose.

¶ De Differentijs vocum. C. XXVI.

Ex musica prio li. Nũc vocũ differentias colli-
gamus. Ois vox aũt ɔtinua: aut
cũ interuallo suspẽsa. Et ɔtinua q̃dẽ est q̃ loq̃ntes vl' ꝓsã
vel orõnẽ legẽtes vba ꝑcurrimus. Festinat. n. tũc vox nõ
herere in acutis ⁊ grauibus sonis. seu velocissime verba ꝑcurrat.

experiendis sensibus exprimendisq; sermonibus cõtinue vocis im-
petus operat᷑. Discõtinua aũt siue suspẽsa est quã canẽdo suspẽdi-
mus: in qua nõ potius sermonib⁹ sȝ modulis inseruim⁹: estq; vox
tardior: ⁊ p modulãdas varietates quoddã faciẽs interuallũ nõ ta-
citurnitatis: sȝ suspẽse ac tarde poti⁹ cãtilene. His vt albinus autu-
mat: addit᷑ tertia differẽtia q̃ medias voces possit includere: cũ. s. he-
roũ poema legim⁹ neq; cõtinuo cursu vt psam neq; suspẽsa segnio-
ri modo: vt vocis cãticũ: sȝ q̃ cõtinua vox est ⁊ ea rursus qua decur-
rimus cãtilenã: nãliter q̃dẽ infinite sunt. Cõsideratiõe eni accepta:
nullus modus vel euoluẽdi sermonib⁹ acuminib⁹ attollẽdis: graui-
tatibusq; relaxãdis: sȝ vtrisq; nã humana fecit ꝓpriũ finẽ. Cõtinue
eni voci terminũ human⁹ spiritus fecit: vltra quẽ nulla ratiõe valet
excedere: tñ eni vnusq̃sq; loquit᷑ cõtinue: quãtũ nãlis spirit⁹ finit.
Rursus voci nã boium terminũ facit q̃ acutã eoꝝ vocẽ grauẽq; de-
terminat. Tñ eni vnusq̃sq; vel acutaȝ valet extẽdẽ vel extollere: vel
deprimere grauitatẽ quãtũ vocis eius naturalis patit᷑ modus.

De Modo audiẽdi siue formãdi auditũ. C. XXVII.

Nunc quis modus audiẽdi sit differamus: tale eni quoddã fieri cõsueuit in vocib⁹ q̃ tale cum paludib⁹ vel q̃etis aquis iactũ eminus mergit᷑ saxũ: pri-
mo. n. in paruissimũ orbẽ colligit vndã: deinde maiorib⁹
orbib⁹ vndaꝝ globos spargit: atq; eousq; dũ defatigat᷑ mot⁹ ab ex-
ciẽdis fluctib⁹ conquiescat sempq; posterior ⁊ maior vndula pulsu
debiliore diffundit᷑. Q. si q̃d sit qd̃ crescẽtes vndulas possit offen-
dere: stati mot⁹ ille reuertit᷑: ⁊ q̃si ad cẽtrũ vnde ꝑfect⁹ fuerat eisdeȝ
vndulis retundat᷑. Ita igit᷑ cũ aer pulsus fecerit sonũ pellit aliũ ꝓxi-
mũ vt quodãmodo rotũdũ fluctũ aeris ciet. Itaq; diffundit᷑ ⁊ oiũ
circũstantiũ simul ferit auditũ atq; illi est obscurior vox q̃ longius
steterit: q̃ñ ad eũ debilior pulsi aeris vnde peruenit.

De Specieb⁹ cantilenaꝝ. C. XXVIII.

His igit᷑ ita ꝓpositis dicẽdũ videt᷑ qd̃ generib⁹ oĩs cãtilena texat᷑: de q̃b⁹ armonice inuẽtiõis disci-
plina ꝯsiderat: Sunt aũt tria: dyatonõ: chroma: enarmo-
niũ. Et dyatonõ q̃dẽ est aliquãto durius ⁊ nãlius. Chroma vo iaȝ
q̃si ab illa nãli itẽtiõe discedẽs est mollius decidẽs. Enarmoniũ vo
optime atq; apte cõiunctũ. Cũ sint igit᷑ q̃nq; tetrachorda. hipatõ.
meson. Sineumenõ. diezeumenõ. hipboleõ. In his oĩbus dyatonõ
cãtilene vox ꝓcedit p semitõiũ tonũ ⁊ tonũ i vno tetrachordo. Rur-
sus in alio per semitoniũ tonũ ac tonuȝ: ac deinceps. Ideoq; vocat᷑
dyatonõ q̃siq; p tonũ ac p tonũ ꝓgrediat᷑. Chroma aũt qd̃ dicit᷑ co-
lor: q̃si iã ab hmõi intẽtiõe ꝑma mutatio: cãtat᷑ p semitoniũ ⁊ semi-
toniũ ⁊ tria hemitonia. Tota. n. dyatesseron cõsonãtia est duoꝝ to-
noꝝ ac semitonij: sȝ nõ pleni. Tractũ ẽ aũt hoc vocabuluȝ vt diceret
chroma a supficieb⁹ q̃ cũ ꝑmutant᷑ in aliũ trãseũt colorẽ. Enarmo-
niũ vo qd̃ ẽ magis coaptatũ cantat᷑ in oĩbus tetrachordis p dyesin
⁊ dyesin ⁊ ditonũ. Diesis autẽ est semitonij dimidiũ.

De Armonica regula. C. XXIX.

Ex v. li. Armonica est facultas differentias acutoꝝ so-
noꝝ ⁊ grauiũ sensim ac rõne ꝑpẽdẽs: sensus eni ac
ratio quasi q̃dã facultatis armonie istrumẽta sũt: sensus
aut cõfusũ quiddã ac ꝓxime tale: quale est illud qd̃ sen-
tit aduertit: ratio vero diiudicat integritatẽ: atq; vna ꝓsequit᷑ diffe-
rẽtias. Itaq; sensus ueinit queq; cõfusa ac ꝓxima veritati accipiũt
integritatẽ p rõnẽ: accipit vero mens a sensibus cõfusam ac ꝓximã
veri similitudinẽ: nãq; sensus nihil cõcipit integritatis sȝ vsq; ad ꝓ-
ximũ venit: ratio vero diiudicat: velut si q̃s manu circulũ scribat: for-
tasse eũ vere circulũ esse oculus arbitrat᷑: ratio vero nullo modo esse
id qd̃ simulat᷑ intelligit: hoc vero iccirco est: q̃ñ sensus circa materi-
am vertitur: speciesq; in ea cõprehẽdit: que ita sunt fluide atq; imp-
fecte nec determinate atq; ad vnguẽ expolite: sicut ⁊ ipsa materia:
quare sensũ quoq; cõfusio sequit᷑: mentẽ vero atq; rationẽ: q: cir-
ca materiã nõ morat᷑ species quas prẽhendet preter subiecti commu-
nionẽ intuet᷑: atq; ideo eã integritas cõmitat᷑ ac veritas: potius-
q; qd̃ in sensu aut peccat᷑ aut minus est: aut emẽdat aut cõplet. Et
p ꝓcessus q̃daȝ rationi locus accrescit: deficit sensui. Iccirco nõ est
auriũ sensui dandũ omne iudiciũ: sȝ exhibenda est etiã ratio que er-
rantẽ sensum regat ac tẽperet: cui labẽs sensus deficiẽsq; veluti ba-
culo imitat᷑. Nã vt singule artes habẽt istrumẽta q̃dã q̃b⁹ ꝑtim cõ-
fusa aliq̃d iformẽt: vt asciolã ꝑti vero quo ⁊ integrũ deprehẽdãt cir-
cinũ ita etiã armonica vis hȝ duas iudicij ꝑtes: vnã q̃dẽ huiusmõi:
p quã sensũ cõprehendit subiectaruȝ: differentias vocũ: aliã vero p
quã ipsaꝝ differẽtiarũ integrũ modũ mensurãq; cõsideret: hmõi
igit᷑ instrumẽtũ in quo rationis adhibito modo sonoꝝ differentie
perquiruntur: vocatur armonica regula.

De Differentijs vocũ iuxta ptolemeũ. C. XXX.

Differẽtias sonoꝝ ptolome⁹ diuidit. h̃ mõ. Vocũ alie sũt vnisõe. alie nõ vnisõ-
ne. Unisone sũt q̃ꝝ sou⁹ vn⁹ ẽ vł in graui vł in acuto: Nõ
vnisone vo q̃si alia grauior alia acutior haꝝ alie ꝯtiȝ ita
sũt: vt eaꝝ int᷑ se dĩa cõi fine iũgat᷑. Nõ. n. discreta ẽ sȝ a graui in acu-
tũ ita deducit᷑: vt ꝯtinua videat᷑. alie vo sũt nõ vnisone. q̃rũ dĩa silẽ-
tio iteruenieñte distiguit᷑: vt vo voces cõi fine iũgant᷑. fit h̃ mõ: sic. n.
cũ in nubib⁹ arc⁹ aspicit᷑. ita colores sibimet sũt ꝓximi: vt nõ sit cert⁹
finis quo cũ alter ab altero disgregat᷑. Sȝ ita vbi g̃ra a rubro discee-
dit ad pallidũ: vt p ꝯtinuã mutatõeȝ in seq̃ntẽ vtat᷑ colorẽ: nullo me-
dio certoq; iteruenieñte q̃ vtrosq; distinguat. ita ẽt fieri solȝ in voci-
bus. vt si q̃s ꝑcutiat neruũ. eũq; dũ ꝑcutit torq̃at. euenit vt in princi-
pio pulsus grauior sit: dũ torquet᷑ vero vox illa tenuet᷑. ꝯtinuiq; fiet
grauis vocis sonit⁹ ⁊ acute. Cũ igit᷑ nõ vnisonaꝝ vocũ alie. sũt ꝯtinue
alie disgregate. ꝯtinue quidẽ tales sũt vt inter se eaꝝ dĩa cõi fine iũ-
gat᷑: nec habeat loci designatũ vox acuta grauisq; quẽ teneãt. dis-
crete vo hñt ꝓprios locos veluti colores ipermixti: quoꝝ dĩa visit᷑
suo quodã loco ꝯstituta: ꝯtinue quidẽ nõ equisone voces ab armo-
nica facultate separant᷑: sũt. n. sibiipsis dissimiles nec vnũ aliq̃d ꝓso-
nãtes: discrete vo voces armonice subiciunt᷑ arti. Põt. n. distãtiũ si-
biq; dissimiliũ vocũ differẽtia deprehẽdi in q̃bus ꝯiuncte efficiẽ me-
los pñt. Cõsone aũt vocant᷑ q̃ copulate mixtos suauesq; efficiũt so-
nos. Dissone vo q̃ minime: ⁊ h̃ q̃dẽ est ptolemei de sonoꝝ dĩa iudici-
um. Pythagorici. n. ꝯsonãtias dyapẽte ac dyatesseron simplices ar-
bitrabant᷑ atq; ex his vnã dyapason illã tripli. hãc q̃drupli. dyapa-
son vo ac dyatesserõ ꝯsonãtiã eẽ nõ estimãt. iccirco: q̃ñ nõ isup ꝑti-
culari vel multiplici cadit cõparatione: sed in multiplici suppartione.

De Partibus musice iuxta isidorum. C. XXXI.

Isidorus vbi supra. Musice partes sũt tres. i. armõica. rythmica. metrica. Armo-
nica est q̃ discernit i sonis acutũ ⁊ grauẽ. Rythmica est
q̃ requirit incursiõeȝ vboꝝ vtꝝ bene son⁹ an male cohe-
reat. Metrica. n. que mẽsurã diuersoꝝ metroꝝ ꝓbabili rõne cogno-
scit: vt verbi g̃ra. heroicũ iambicũ elegiacum ⁊c̃. Ex musica boetij.
iiij. li. Ut aũt sit sonus. motũ eẽ necesse ẽ. Sȝ oĩs motus hȝ in se. tuȝ
velocitatẽ. tũ etiã tarditatẽ. si igit᷑ sit tardus in pellẽdo mot⁹: graui-
or reddit᷑ son⁹. Nã vt tarditas ꝓxima statiõi est. ita grauitas cõti-
gua taciturnitati. velox vero motus acutã notulã ꝓstat: pterea que
grauis est itẽtiõe crescit ad mediũ. que acuta remissiõe decrescit ad
mediũ vnde fit vt oĩs son⁹ q̃si ex quibusdã ꝑtibus cõpositus eẽ vi-
deat᷑. Oĩs aũt ꝑtiũ ꝯiunctio q̃dã ꝓportiõe cõnectit᷑ sonoꝝ. Igit᷑ cõ-
iunctio ꝓportionib⁹ ꝯstituta est. ꝓportiões aũt principalit᷑ in nũeris
cõsiderant᷑. ꝓportio vero simplex nũeroꝝ in multiplicibus vel in su-
ꝑparticularibus vel in suppartientib⁹ inuenitur. Secũdũ multipli-
ces vero ꝓportiones vel supparticulares cõsone vel dissone voces
exaudiunt᷑. Cõsone quidẽ sunt que simul pulse suauem ꝑmixtũq;
inter se coniungũt sonũ. Dissone vero q̃ sil᷑ pulse nõ reddũt suauem
neq; ꝑmixtũ sonũ. Isido. vbi supra. Ad oẽm aũt sonũ q̃ materies
cantilenaꝝ est triformẽ cõstat eẽ naturã. Prima est armonica. q̃ ex
vocũ cantib⁹ constat. Secũda organica. q̃ ex flatu ꝯsistit. Tertia ry-
thmica q̃ pulsu digitoꝝ nũeros recipit. Nã aut voce edit᷑ sonus. sic-
per fauces: aut flatu sicut per tubã aut tibiam: aut pulsu sicut per ci-
tharam: aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum est.

De Prima parte musice que dicitur armonica. C. XXXII.

Prima diuisio musice que armonica dicit᷑. i. mo-
dulatio vocis ꝑtinet ad comedos trage-
dos vel choros vel ad oẽs q̃ voce ꝓpria canũt. h̃ ex ani-
mo ⁊ corpe motũ facit: ⁊ ex motu sonũ: ex quo colligit᷑
musica que in hoĩe vox appellat᷑. Uox est aer spũ verberatus. vnde
⁊ vba sunt nũcupata. Armonica est modulatio vocis ⁊ cõcordatio
plurimoꝝ sonoꝝ vel coaptatio. Simphonia est modulationis tẽ-
peramentũ ex graui ⁊ acuto cõcordãtib⁹ sonis. siue in voce siue in
flatu siue in pulsu. Per hãc quippe voces acutiores grauioresq; cõ-
cordant. ita vt quisquis ab ea dissonuerit sensuȝ auditus offendat.
Cuius ꝯtraria est dyaphonia. i. voces discrepãtes vel dissone. Eu-
phonia est suauitas vocis. h̃ ⁊ melos a suauitate ⁊ melle dicta. Dya-
stema ẽ vocis spaciũ. ex duob⁹ vł pluribus sonis aptatũ. Diesis ẽ spa-
cia q̃dã ⁊ deductiões modulandi atq; vergẽtes de vno in alterũ so-
nũ. Ton⁹ ẽ acuta enũciatio vocis. Est. n. armoĩe dĩa ⁊ quãtitas: q̃
in vocis accẽtu vł tenore ꝯsistit. cui⁹ genera in q̃ndecim ꝑtib⁹ musi-
ce diuiserũt ex quib⁹ iplidius nouissim⁹ ⁊ acutissim⁹. ipodorius
oĩuȝ grauissim⁹. Cãt⁹ ẽ iflexio vocis. nã son⁹ direct⁹ ẽ: ꝓcedit ãt so-
nus cãtũ. arsis est vocꝭ eleuatio h̃ ẽ initiũ. Thesis ẽ positio vocꝭ h̃ ẽ

finis. Suaues voces sūt subtiles ⁊ spisse clare atq̄ȝ acute. Perspicue
voces sunt q̄ lōgiꝰ ꝓtrahunt: ita vt oēm ipleāt ꝯtinuo locū sicut clā
gor tubaꝝ. Subtiles voces sunt: q̄bꝰ nō est spūs: sicut est īfantiū mu
lierū vel egrotātiū sicut ī neruis. Que .n. subtilissime chorde sūt: sub/
tiles ac tenues sonos emittūt. Pingues sūt voces qn̄ spūs multꝰ si/
mul egredit̄ sicut viroꝝ. Acuta vox est tenuis ⁊ alta: sicut in chordis
videmꝰ. Dura vox est q̄ violent̄ emittit sonos sicut tonitruū: sicut in
incudis sonꝰ: quotiēs ibi durū malleis ꝑcutit̄ ferrū. Aspera vox est
rauca ⁊ q̄ dispgit̄ ꝑ multos ⁊ dissimiles pulsus. Ceca vox ē q̄ mox
vt emissa fuerit: cōticescit atq̄ȝ suffocata: nequaq̄ȝ lōgiꝰ ꝑducit̄ sicut
est in fictilibꝰ. Uinnolla ē vox mollis atq̄ȝ flexibilis. Et vinnolla di/
cta a vinno .i. cincinno mobilit̄ flexo. Perfecta aūt vox ē alta suauis
⁊ clara. Alta vt sublimis efficiatur. Clara vt aures adimpleat. Sua/
uis vt aīos audiētiū blādiat: si ex his aliq̄d d̄fuerit: vox ꝑfecta n̄ erit

¶ De Scd̄a q̄ dicit̄ organica. C. XXXIII.

SEcunda est diuisio organica: in his q̄ spū reflā
te cōpleta in sonū vocis aiant̄: vt sūt
tube calami fistule organa pādoria: ⁊ his similia instru/
mēta. Organū vocabulū est generale oīum vasoꝝ mu/
sicoꝝ: h̄ aūt cui folles adhibent̄: alio greci noīe appellāt: vt aūt orga
nū dicat̄: magis ea vulgaris ē grecoꝝ ꝯsuetudo. Tuba ꝑmū a cyre
nis inuēta: adhibebat̄ aūt nō solū in ꝑlijs: s; in oībꝰ festis diebꝰ pro
pter laudis ⁊ gaudij quātitatē. Tibias excogitatas in frigia ferūt:
has diu q̄dē funeribꝰ tm̄ adhibitas mox ⁊ sacris gētiliū. Tibias au
tē appellatas putāt ꝙ ꝑmū de ceruinis tibijs cruribusq̄ȝ hinnuloꝝ
fierēt: deinde ꝑ abusiōem ita ceptas vocari etiā q̄ nō de cruribꝰ ossi
busve essent: hinc ⁊ tibicē q̄si tibiaꝝ cātus. Calamus est ꝓpriū no
mē arboris a calēdo .i. fundēdo voces vocatꝰ. Fistulā q̄dā putāt
a mercurio inuētā; alij a fauno quē greci pan vocāt. Nōnulli eque
ab ida pastore aggregētino ex sicilia. Fistula aūt dicta ꝙ vocē emit
tat. Nā greci fos: latine vox: stolia missa vocat̄. Sambuca in mu/
sicis spēs est simphoniaꝝ. Est eni genꝰ ligni fragilis: vnde ⁊ tibie cō
ponunt̄. Pādorius ab inuētore vocatꝰ de quo virgilius. Pan pri
mus calamos cera cōiungere plures īstituit. Pan curat oues: oīum
q̄ȝ magister. Fuit eni apud gētiles deꝰ pastoralis: q̄ ꝑmuȝ dispares
calamos ad cantū aptauit ⁊ studiosa arte composuit.

¶ De Tertia q̄ dicit̄ rythmica. C. XXXIIII.

TErtia diuisio ē rythmica ꝑtinēs ad nūeros ⁊ pul/
sus: cui dant̄ spēs cithararū diuersaꝝ: tim/
panū quoq̄ȝ cimbaliū: sistrū: acitabula enea: ⁊ argētea: vl̄
aliaq̄ȝ metallico rigore ꝑcussa reddūt cū suauitate tinni/
tū: ⁊c̄. hmōi. Cithare ac psalterij repertor tubal vt predictū est per/
hibet̄. Ueteres aūt citharā fidiculā vel fidicē noīauerūt: q2 tā conci
nūt īter se chorde eiꝰ q̄ȝ bene cōueniūt īter quos fides sit. Apud anti
quos citharc septē chorde erant: vnde ⁊ virgiliꝰ: Septē discrimina
vocū: discrimina aūt ideo ꝙ nulla corda vicine chorde similē sonuȝ
reddat. S; ideo septē chorde: q2 totā vocē iplēt: vel ꝙ septē motibꝰ
sonat celū. Chordas aūt dictas a corde q2 sic̄ pulsus ē chordis ī pe/
ctore: ita pulsus chorde ī cithara: has primꝰ mercurius excogitauit.
Psalteriū ꝙ vulgo canticū dicit̄ a psallendo noīatū: ꝙ ad eius vo/
cē chorus ꝯsonādo r̄ndeat. Est aūt similitudo cithare barbarice in
modū delte littere. S; psalterij ⁊ cithare h̄ differētia ē ꝙ psalteriū
lignū illud cōcauū vnde sonus reddit̄ superiꝰ h;: ⁊ deorsuȝ feriunt̄
chorde: ⁊ desuꝑ sonat. Cithara vō ꝯcauitatē ligni īferiꝰ h;. Lyra di
cta a potu lyri .i. a varietate vocū ꝙ diuersos sonos efficiat: lyrā pri/
mū a mercurio inuētā fuisse dicūt hoc modo: cuȝ regrediēs nilus in
suos meatꝰ: varia in cāpis reliq̄sset aīalia relicta etiā testudo ē. Que
cū putrefacta esset ⁊ nerui eius remāsissent extēti ītra coriū ꝑcussa a
mercurio sonitū dedit: ad cuiꝰ speciē mercurius lyrā fecit: ⁊ orpheo
tradidit qui eius rei maxime erat studiosus: vnde ⁊ existimat̄ eadē
arte nō feras tm̄: s; ⁊ saxa atq̄ȝ siluas cantus modulatiōe applicuis/
se. Timpanū est pellis vel coriū ligno ex vna parte extēsuȝ. Est eni
pars media simphonie in similitudine cribri. Timpanū autē dictū
ꝙ mediū est vnde ⁊ margaritum medium timpanū dicitur ⁊ ipsum
vt simphonia ad virgulam percutitur. Cimbala acitabula quedā
sunt: que percussa inuicem tangunt se ⁊ sonū faciunt. Sistrū ab in
uentrice vocant: isis eni regina egyptiorum id genus inuenisse pro/
batur. Inde ⁊ hoc mulieres percutiunt: quia inuentrix huius gene/
ris fuit mulier; vnde ⁊ apud amazonas sistro ad bellum feminarum
exercitus vocabatur. Tintinnabalum de sono vocis nomen habet:
sicut plausus manuum: stridor valuarum. Simphonia vulgo appel
latur ligniȝ cauum: ex vtraq̄ȝ parte pelle extenta qua virgulis hinc
⁊ inde musici feriunt: fitq̄ȝ in ea ex concordia grauis ⁊ acti suauissi/
mus cantus.

¶ Q. Scientia musice magis fit in speculatione q̄ȝ in
operatione. C. XXXV.

EX musica boetij li. i. Nūc illud est intuēdū ꝙ
oīs ars oīsq̄ȝ etiā disciplina hono/
rabiliorē nāliter habeat rōnē q̄ȝ artificiū: qd̄ manu atq̄ȝ
ope artificis exercet̄. Multo .n. est maiꝰ atq̄ȝ actiꝰ scire
q̄d quisq̄ȝ faciat: q̄ȝ ipuȝ illud efficere qd̄ sciat. Etenī artificiū corpa
le. quasi seruiēs famulat̄. Rō vō q̄si domina imperat. ⁊ nisi manus
sm̄ id qd̄ rō sanxit efficiat. frustra fit. Quāto igit̄ ꝑclarior ē scīa mu
sice in cognitiōe rōnis q̄ȝ in ope efficiēdi atq̄ȝ actu. tm̄. s. quātū cor/
pus mēte supat̄: qd̄. s. rōnis expers seruitio degit. illa vō imperat at
q̄ȝ ad rectū deducit ꝙ nisi eiꝰ pareat̄ imperio: expers eiꝰ rōne opus
titubabit. vn̄ fit vt speculatio rōnis opandi actu nō egeat: manuum
vō opa nulla sint nisi rōne ducant̄. Iā vō quāta sit gloria meritūq̄ȝ
rōnis hic ītelligi pōt qd̄ ceteri: vt ita dicā. corpales artifices. non ex
disciplina sed ex ipsis potiꝰ īstrumētis cepe vocabula. Nā cythare/
dus ex cythara: tibicē ex tibia. ceteriq̄ȝ suoꝝ instrumētoꝝ vocabulo
nūcupant̄. Is vō ē musicꝰ q̄ rōe ꝑpēsa canēdi sciaȝ nō seruitio ope
ris: s; īperio speculatiōis assumit qd̄. s. in edificioꝝ belloꝝq̄ȝ ope vi
demꝰ in ꝯria: s. nūcupatiōe vocabuli. eoꝝ nāq̄ȝ noībꝰ vl̄ edificia īscri
bunt̄ vel dicunt̄ triūphi. quoꝝ īperio. ac rōne īstituta sīt. nō quoꝝ
ope seruitioq̄ȝ ꝑfecta. Tria igit̄ genera sīt que circa artē musicā ver
sant̄. vnū est qd̄ instrumētis agit̄. aliud fingit carmīa. Tertiū īstru/
mentoꝝ opus carmēq̄ȝ diiudicat. S; illud qd̄ instrumētis positū ē:
ibiq̄ȝ totā opaȝ ꝯsumit. vt sūt citharedi. quiq̄ȝ organo ceterisq̄ȝ mu
sice instrumētis artificiū ꝓbant. a musice scīe ītellectu seiūcti sīt: q2
famulant̄. vt dictū ē. Nec quicq̄ȝ afferūt rōnis sed sīt totiꝰ specula/
tiōis exptes. Secūdū vō circa musicā agētiū genꝰ poetaꝝ est qd̄ nō
potius speculatione ac rōne q̄ȝ nāli quodā īstinctu fert̄ ad carmen
atq̄ȝ iccirco h̄ quoq̄ȝ genꝰ a musica segregādū ē. Tertiū est qd̄ indi
cādi ꝑitiā sumit: vt rythmos cātilenasq̄ȝ totūq̄ȝ carmē possit ꝑpēdē
Qd̄. s. qm̄ totū in rōne ac speculatiōe positū est h̄ ꝓprie musice de/
putabit̄. Isq̄ȝ est musicꝰ. cui adest facultas sm̄ speculationē rōnē/
ve ꝓpositā ac musice ꝯueniētē. de modis ac rythmis deq̄ȝ generibꝰ
cātilenarū. ac de ꝑmixtionibus ⁊ de poetaꝝ carminibus indicandi.

¶ De Geometria. C. XXXVI.

RIchardus vbi. s̄. Geometria est disciplina
magnitudinis imobil̄. formaruȝ
q̄ȝ descriptio ꝯtēplatiua ꝑ quā vniuscuiusq̄ȝ rei termini
declarari solēt. Geometria tres h; spēs planimetriā. al/
timetriā cosmimetriā. Planimetria longū ⁊ latū metit̄ extendit̄ an
te ⁊ retro. dextrorsuȝ ⁊ sinistrorsū. Altimetria metit̄ altū ⁊ ꝓfundū:
⁊ extendit̄. sursuȝ ⁊ deorsuȝ. Cosmimetria vō spherica metit̄. i. rotū
da. Isid. vbi. s̄. Geometria disciplina. primū ab egyptijs repta d̄r:
q2 inundāte nilo ⁊ oīuȝ possessionibꝰ limo obductis. initiū terre diui
dēde per lineas ⁊ mēsuras nomē arti dedit. Que inde lōgiꝰ acumi/
ne sapiētiū ꝓducta ⁊ maris ⁊ celi ⁊ aeris spacia metiunt̄. Nā ꝓuo
cati studiosi ceperūt post terre dimēsionē etiā celi spacia q̄rere. q̄to
interuallo luna a terris. a luna sol ipse distaret: ⁊ vsq̄ȝ ad vticē celi q̄ȝ
ta se mēsura distēderet. Sicq̄ȝ interualla ipsa celi orbisq̄ȝ ambitū ꝑ
numerū stadioꝝ rōne ꝓbabili distinxerūt: s; q2 ex terre dimēsiōe h̄
disciplina cepit: ex initio sui ⁊ nomē. seruauit. Nā geometria de ter
ra ⁊ de mēsura nūcupata ē. Terra. n. grece. ge vocat̄ metra mēsura.
huiꝰ discipline ars ꝯtinet in se lineamēta īterualla magnitudines ⁊
figuras: ⁊ in figuris dimēsiōes ⁊ nūeros. Alphorabius vbi supra.
Geometria quidē ⁊ arithmetica hn̄t elemēta per q̄ declarant̄ in eis
multa vt liber euclides dicit̄ liber elementoꝝ. in quo cōsideratio fit
duobus modis. Uno resolutiōis: ⁊ altero cōpositionis. Duobꝰ mo
dis antiqui tractatores huiꝰ scīe vsi sunt in libris suis: sed euclides
in libro suo non incessit. nisi sm̄ viam compositionis.

¶ De Partibus geometrie. C. XXXVII.

ALphorabius vbi supra. Geometria sīt.
alia est actiua. alia specula/
tiua. Actiua ꝯsiderat lineas supficies ⁊ corpa tribꝰ mo/
dis: q2 vel in altū ⁊ hec scīa dicit̄ altimetria. vel in planū
⁊ hoc planimetria: vel in ꝓfundū ⁊ hoc ꝓimetria. Unaqueq̄ȝ autē
istarū habet materiā ꝓpriā ⁊ instrumēta: ⁊ opifices ꝓprios. s. men/
sores ⁊ fabros. Mēsores sunt qui terre superficiem qualibet men
surant: horū instrumenta sunt. palmus pes. cubitus stadiū. pertica
⁊ hmōi. fabri vero sunt: qui in mechanicis opando desudāt: vt car/
pētarius in ligno. ferrarius in ferro. cemētarius in lapide ⁊ luto cete
riq̄ȝ opifices. sm̄ geometriā actiuā. Ipsa vō ꝑ seipaȝ ꝯsiderat lineas
supficies quadraturas ⁊ rotunditates mediāte mā q̄ subdita ē arti
sue. hoꝝ itaq̄ȝ multe species esse dicunt̄. sm̄ diuersitatē materiaruȝ

in quibus ⁊ ex quibus operantur. Instrumēta quoq3 diuersa: vt linea trulla perpendiculū ⁊ hmōi. Speculatiua vō cōsiderat figuras ꝑdictas ſm modū cōmunē in quo cōueniūt oēs linee superficies vel oīa corpa. Absolute q̄dē absq3 omni mā. Inq̄rit aūt eaꝝ quātitates equalitates inequalitates spēs situū ⁊ ordinū. Et φ alie sunt ꝓportionales: alie quoq3 rōnales: alie irrationales: ⁊ alia oīa que accidūt eis. Huius aūt sciētie partes sunt due: vna speculat̄ tm̄ circa lineas ⁊ superficies: alia circa corpa diuidit̄ ſm numerū specieꝝ corpoꝝ: in cubos pyramides spheralia pinealia. De his oib⁹ speculatiua duob⁹ modis cōsiderat. Uno modo vnū illoꝝ ꝑ se cōsiderādo. s. lineā ꝑ se. cubū ꝑ se: ⁊ ita de alijs: alio modo vnūqđq3 illoꝝ alteri cōparādo: ⁊ hoc dupliciť. s. aut cōsiderādo equalitatē vel inequalitatē vel aliud suoꝝ accidētiū: vel ɔsiderādo qualiter vnū ordinat̄ in alio: videlicet qualiter linea in superficie: superficies in corpore: vel superficies in superficie: corpus in corpore.

¶ De Elementis geometrie. XXXVIII.

Euclides in geometria. Punctus est illud cui nō ē pars: Linea est lōgitudo sine latitudine: cuius extremitates q̄dē duo pūcta sunt: linea recta est ab vno puncto ad aliū extēsio in extremitates suas vtrūq3 eoꝝ recipiēs. Superficies est que longitudinē ⁊ latitudinē tm̄ h3: cuius termini quidē sunt linee. Superficies plana est ab vna linea ad aliā extēsio in extremitates suas eas recipiens: Angulus planus est duaꝝ lineaꝝ alternus cōtactus: quaꝝ expāsio supra superficiē applicatio est nō recta. Cūq3 linee q̄ angulū continēt: due recte linee fuerint rectilineus angulus noiat̄. Qn̄ recta linea: supra rectā lineā steterit: duoq3 anguli vtrobiq3 fuerint equales: eoꝝ vterq3 rect⁹ erit lineaq3 linee superstās ei cui superstat perpēdicularis vocat̄: angulus vero q̄ recto maior est obtusus dicit̄: angulus aūt q̄ recto minor est acutus appellat̄. Terminus vero ē qđ cuiusq3 finis est. Figura est que termino vel terminis continetur. Circulus est figura plana vna q̄dē linea cōtēta in cuius medio est punct⁹: a quo oēs linee ad circūferētiā exeūtes sibiinuicē sunt equales: ⁊ hic q̄dē punct⁹ circuli centrū dicit̄. Diametros circuli recta est linea: que sup cētrū eius transiens: extremitatesq3 sue circūferētie applicās circuli in duo equalia diuidit. Semicirculus figura plana diametro circuli ⁊ medietate circūferētie contenta. Portio circuli est figura plana recta linea ⁊ parte circūferētie cōtēta. Semicirculo quidē aut minor. Rectilinee figure sunt que rectis cōtinent̄ lineis. Quaꝝ quedā trilatere: tribus rectis lineis. Quedā quadrilatere quattuor rectis. Quedā pluribus q̄ quattuor rectis lineis ɔtinent̄. Figuraꝝ trilateraꝝ alia triangul⁹ tria habēs equalia latera alia biangulus duo habēs equalia est triāgulus triū inequaliū latrū. Haꝝ aūt alia est ortogoniū vnū. s. angulum rectū habēs alia est ampligoniū aliquē angulū obtusū habēs alia oxigoniū in qua tres anguli acuti sūt: Figurarū aūt quadrilaterarū: alia est quadratū qđ equilateꝝ atq3 rectangulū est: alia tetragonus longus est que rectangula s3 equilatera nō est: alia climiā est qđ equilaterū s3 rectangulū nō est: alia simile climiā qđ opposita latera h3 equalia: atq3 oppositos angulos h3 equales. Idē3 tn̄ nec rectis angulis nec eq̄s laterib⁹ cōtinet̄: preter has aūt oēs quadrilatere figure climinaria noiant̄. Equidistātes linee sunt que in eadem superficie collocate: atq3 in alterutrā partē protracte non conuenient etiam si in infinitum protrahantur.

¶ De Figuris ⁊ numeris geometricis. C. XXXIX.

Isidorus vbi supra. Geometrie quadripartita diuisio est. In planū. In magnitudinē numerabilē. In magnitudinē rationalē: ⁊ in figuras solidas. Plane figure sunt: q̄ lōgitudine ⁊ latitudine altrinsecus cōtinent̄: q̄ sunt iuxta platonē nūero q̄nq3. Nūerabilis magnitudo est: q̄ nūeri aritbmetice diuidi pōt magnitudines Rōnales sūt quaꝝ mēsurā scire possum⁹. Irrationales vō quaꝝ mēsura q̄titas cognita nō habet̄. Figure solide sūt q̄ lōgitudine ⁊ latitudine ⁊ altitudine ɔtinent̄: vt ē cubus. Cui⁹ spēs q̄nq3 in plano. Quarū pma circulus est plano pede figura plana q̄ vocat̄: circūducta cuius in medio punct⁹ est: quo cūcta cōuergūt: qđ cētrū geometre vocāt: latini pūctū circuli. Quadrilatera figura est in plano quadrata: q̄ sub q̄ttuor rect̄ lineis iacet. Dyanathetbō grāmathō figura ē plana ita. Ortogoniū. i. rectāgulū figura ē plana i plano pede: est enī triangulū: ⁊ h3 angulū rectū ita. Isopleros figura ē plana recta: ⁊ subtiliter cōstituta ita. Sphera ē figura in rotundū formata partibus cunctis equalis in solidū ita. Cubus ē figura solida q̄ longitudine latitudine ⁊ altitudine continetur ita. Chilindrus ē figura quadrata habēs superius semicirculū in solidū ita. Conon figura ē q̄ ab amplo in angustū finit sicut ortogoniū ita. Pyramis est figura que in modū ignis ab amplo in acumen cōsurgit ita. Ignis n. apud grecos pyrin appellat̄. Sicut aūt infra decē oīs est numer⁹. ita intra hūc circulū oīs figurarū ɔcludit̄ ambitus. Prima aūt figura hui⁹ artis punct⁹ est. cui⁹ ps nulla est. Secūda linea preter latitudinē lōgitudo. Recta linea est q̄ ex equo in suis pūct̄ iacet Superficies vō qđ lōgitudies ⁊ latitudines solas h3. Superficiei vō fines linee sunt quaꝝ forme ideo i supiorib⁹ decē figuris posite nō sūt q̄ intra eas inueniunt̄. Numeros aūt scđm geometriā ita queris. extrema quippe eius multiplicata tantū faciunt quātū ⁊ media duplicata. vtputa vj. ⁊ xij. Multiplicata faciūt septuagies dipondeos Media. viij. ⁊. ix. multiplicata tantūdem faciunt.

¶ De Uniuersali scientia mensurandi. C. XL.

Eucli. v. supra. Intēdenti vō mensurare necessariū est q̄nq3 prescire. s. a puncto in pūctū rectā lineā. atq3 lineā definitā in ɔtinuū rectūq3 q̄ntūlibet ptrahere. Itē sup centrū qđlibet ⁊ q̄ntumlibet occupando spaciū circulū designare. Itē oēs angulos rectos sibiinuicē eq̄les eē. Itē si linea recta sup duas lineas rectas ceciderit. duoq3 anguli ex vna pte duob⁹ rectis angulis minores fuerint: Illas duas lineas in eandē partē ptractas pculdubio necesse est eē ineq̄les. Itē duas rectas lineas superficiē nullā cōcludere. Sciētia quoq3 geometrie cōmunis vniuersalis hec est. Que eidē equalia sunt: ⁊ sibiinuicē equalia sunt. si equalib⁹ eq̄lia addant̄. tota sūt quoq3 equalia. Et si ab equalib⁹ equalia auferant̄. que relinquunt̄ equalia sunt. Et si in equalibus eq̄lia addant̄. ipsa tota fient ineq̄lia. Si fuerint due res vni eq̄les. vtraq3 eaꝝ equalis erit alteri. Si fuerint due res quaꝝ vtraq3 vni⁹ eiusdē dimidiū erit. vtraq3 erit equalis alteri. Si aliq̄ue res alij supponat̄ applicetur q3 ei. nec excedit altera alterā ille sibiinuicē erūt equales. omne totū maius sua pte est. Glosa. Nota φ multas cōes scias ptermisit euclides: q̄si infinite sūt ⁊ innumerabiles: quarū hec est vna. Si due q̄ntitates equales ad quālibet tertiā cōparant̄. ambe sunt illi: aut eque maiores aut eque minores: aut eidē equales. Itē alia. Quāta est aliqua q̄titas ad aliā. tantā eē q̄lbet tertiā ad aliquā quartā. In q̄titatib⁹ quidē ɔtinuis hoc obseruādū est: siue antecedētes maiores sint suis ɔseq̄ntib⁹ siue equales. Magnitudo nāq3 decrescit in īfinitū. In nūeris vō si fuerit prim⁹ submultiplex secūdi. q̄libet terti⁹ alicuius q̄rti eque erit submultiplex. Multitudo nanq3 crescit in infinitum.

¶ De Mensuris spaciorum siue locorum. C. XLI.

Isido. vbi supra li. xx. Mensura est quicq̄d pōdere capacitate lōgitudie altitudie latitudine imo finit̄. Maiores itaq3 orbē in ptib⁹: ptes in puīcijs. puīcias in regiōib⁹. regiōes in locā. loca i territorijs. territoria in agr̄: agra i cēturijs. cēturias in iugerib⁹. iugera i climatib⁹. deide climata in act⁹. ptticas passus. gradus. cubitos pedes palmos. vncias: ⁊ digitos diuiserūt. Tanta. n. fuit eoꝝ solertia. Digitus est ps minima agrestiū mēsuraꝝ. Inde vncia hn̄s digitos tres palmus aūt q̄ttuor digitos h3. pes sedecim. passus pedes quinq3. Pertica passus duos. i. pedes decē a portādo dicta. q̄si portica. oēs aūt pcedētes mēsure in corpe sūt vt palmus. pes. passus ⁊ reliq̄. sola ptica portat̄. Est. n. decē pedū ad istar calami in ezechiele tēplū mēsurant̄. Act⁹ minim⁹ ē latitudie pedū q̄ttuor. lōgitudie. cxl. Clima quoq3 vndiq3 vsu3 pedes h3. lx. Mēsuras viaꝝ nos miliaria dicimus greci stadia galli leucas. egyptij fines. perse parasagas. Sūt aūt ppio queq3 spacio. Miliariū mille passib⁹ terminat̄ hn̄s pedes q̄nq3 milia: leuca finit̄ passib⁹ mille q̄ngētis. Stadiū octaua ps miliar̄ est. ɔstans passib⁹ centū. xxv. hūc primū herculē statuisse dicūt. eūq3 eo spacio determinasse: φ ipse sub vno spū ɔcisset. ac pin de stadiū appellasset: q̄m in fine respirasset siliq3 ⁊ stetisset. Fines dicti sūt. eo φ agri funiculis sūt diuisi. Mēsuraꝝ. n. linee in terraꝝ ptitione tēdunt̄: vt dimēsiōis eq̄tas teneat̄. limites appellati antiquo vbo trāsuersi. Nā trāsuersā oīa antiq̄ lima dicebant a quo ⁊ limina hostioꝝ ꝑ q̄ foris vl īt⁹ itur. Et limites φ ꝑ eos i agros foras eatur. Termi dicti φ fre mēsuras distinguūt atq3 ɔclarāt. his. n. testimonia finiū itelligunt̄: ⁊ agroꝝ ɔtētio ⁊ certamē auferť. limites maxie in agr̄ duo sūt. cardo ⁊ decuman⁹. Cardo ē q̄ a septētriōe direct⁹ a cardie celi ē. Nā sine dubio celū vocit̄ i septētriōali orbe. Decumanus ē q̄ ab oriēte i occidētē ꝑ trāsuersū dirigit̄ q̄ ꝑ eo φ formā. x. faciat decuman⁹ ē appellat⁹. ager. n. bis diuis⁹ figurā denarij nūeri efficiat. Hec aliq̄ mō suo vl tpe circūscripta. H aūt sūt. Idē i. xvj. Mēsura ē res aliq̄ mō suo vl tpe circūscripta. H aūt sūt. Corpis hoīu3 lignoꝝ ⁊ colūnaꝝ lōgitudo ⁊ breuitas. Tpis vt mēsura horaꝝ ⁊ dieꝝ ⁊ annoꝝ. Corpis ē aut tpis. S3 ⁊ sole istū ppriā sui orbis hr̄i mēsurā qđ geometrici pscrutari audēt. ppriē aūt mēsura vocata φ ea fruges metiuntur atq3 frumentum. humida ⁊ sicca.

¶ De Mēſuris aridoꝝ ꝛ liquidoꝝ. C. XLII.

MEnſurarum pars minima coclear: qḋ eſt dimidia pars dragme: appēdēs ſiliquas nouē q̄ triplicatus cōculā facit. Cōcula dragma vna ꝛ dimidia adimplet. Ciati pondus decē dragmis appēdit. Acitabulus quarta pars emine ē duodeci dragmas appēdēs. Cotula emina eſt habēs ciatos ſex. Emina aūt appēdit librā vnā q̄ geminata ſextariū facit. Sextarius duaꝝ libraꝝ eſt: q̄ bis aſſumpt⁹ noiat bilibris: aſſumpt⁹ quater fit greco noie cenix. Quinquies cōplicatus q̄narē ſiue gomor facit: adice ſextū cōgiū reddet: a cōgiēdo. i. p augmentū creſcēdo vocat: vnde poſtea pecunia beneficij: gratia dari cepta: cōgiariū appellata eſt. Cōgiariū aūt ſpecialiter mēſura eſt liq̄doꝝ. Metreta eſt mēſura liq̄doꝝ: metron enī mēſurā dicūt greci: ꝛ inde appellata metreta: metrū ad oēm mēſurā ptinet: metron enī grece latine mēſura dicit. Sꝫ ideo hoc nomē ſpecialiter ſibi aſſumpſit: q2 ſit mēſura pfecti numeri. i. denarij. Modius dict⁹ ab eo qḋ ſit ſuo modo pfect⁹. Eſt autē mēſura libraꝝ quadragintaquattuor. i. ſextarioꝝ vigintiduoꝝ. Cuius nūeri cauſa inde tracta eſt q2 in principio deus vigintiduo opa fecerit. Nā p̄ma die. vij. opa fecit. i. māin informē angelos lucē celos ſupiores terrā aquā atq3 aerē. Secūda die firmamētū ſolū. Tertia die quattuor maria: ſemina ſationes: atq3 plantaria. Quarta die tria ſolē lunā ꝛ ſtellas. Quinta die tria: piſces ꝛ reptilia aquaꝝ ꝛ volatilia. Sexta die quattuor beſtias: pecudes: reptilia terre ꝛ hoiēꝫ. Et facta ſunt oīa vigintiduo genera in dieb⁹ ſex: ꝛ vigintiduo libri veteris teſtamēti. Et vigintiduo litteraꝝ ſunt elemēta quib⁹ ꝯſtat diuine legis doctrina: his igit exēplis modius vigintiduoꝝ ſextarioꝝ a moyſe ſm ſacre legis mēſurā effect⁹ eſt. Satū gen⁹ eſt mēſure iuxta morē puincie paleſtine: vnū ꝛ dimidiū modū capiēs: cuius nomē ex hebreo ſermone tractū eſt: Satū enī apud eos noiat ſumptio ſiue eleuatio eo q2 q̄ metit: exinde mēſurā ſumat ac eleuet. Eſt ꝛ aliud ſatū mēſura ſextarioꝝ vigintiduoꝝ capax quaſi modius. Batus vocat hebraica lingua: olearia mola: q̄ habet apud eos vel bata noiat: capiēs q̄nquagita ſextaria. Que mēſura vna mole vice pterit: Amphora grece a figura ſui dicit: q2 eius anſe geminate videant aures imitari: Reſpicit autē vini vel aque pedē quadratū. Frumēti vō modios italicos tres. Cadus grece amphora eſt cōtinēs vrnas tres. Urna aūt mēſura eſt quā q̄dā quartariū dicūt: pprie aūt vrna vas eſt: q̄ p cōdēdis defunctorū cinerib⁹ adhiberi ſolet: de quo poeta. Celo tegit q̄ nō hꝫ vrnā. Medimna ē mēſura q̄nq3 modioꝝ. i. dimidia eo q2 q̄nq3 modis metiat q̄ ē dimidi⁹ nūerus a pfecto denario. Artabo apud egyptios ſextarios. lxxij. cōtinet ppter. lxxij. linguas q̄ orbē ipleuerūt. Gomor. xv. modioꝝ onus appēdit. Chorus. xxx. modijs adimplet hic hebraico ſermone deſcēdit: q̄ vocat choris ſimilitudine collis: chora eſt hebraice colles appellant. Coaceruati enī modij triginta inſtar collis videntur et onus cameli efficiunt.

¶ De Scientia peſpectiua. C. XLIII.

ALphorabius Scīa de aſpectib⁹ inq̄rit de eiſdē de q̄b⁹ ē geometria. ſ. de figuris magnitudinib⁹ ſitib⁹ ordine eq̄litate ineq̄litate ꝛ hmōi: ſꝫ ita vt ſunt in lineis ſupficieb⁹ ꝛ corpib⁹ abſolute: vn̄ ſpeculatio geometrie cōmunior ē q̄3 iſti⁹: ſꝫ q̄uis. idē de quo h̄ tractat i eodē de quo illa: tn̄ iſta nō eſt ſupflua ſꝫ neceſſaria. Nā ea q̄ neceſſario pbauit euclides eſſe q̄drata: cū ad ea reſpicit ex aliq̄ lōgitudine vident eſſe cōcurrētia: ꝛ equalia vident inequalia: ꝛ ecōuerſo. Et his enī queſita ſunt in vna ſupficie: q̄dā apparēt inferiora: ꝛ q̄dā altiora. Et ex his q̄ ſunt prima: q̄dā vident poſteriora ꝛ ecōuerſo. Qua ppter neceſſaria fuit hec ſciētia qua diſcernit iter id qḋ apparet in viſu aliter q̄3 ſit: ꝛ illud qḋ apparet ita vt eſt: aſſignat enī q̄b⁹ de cauſis iſta fiāt ꝛ h̄ demōſtratiōib⁹ neceſſarijs. Docet etiā q̄b⁹ modis viſus errare pōt ad h̄ vt nō erret: ſꝫ deprehēdat vt eſt omne ad qḋ aſpicit: docet enī apprehēdere altitudines arboꝝ ꝛ parietū latitudines ꝛ pfunditates fluuioꝝ: altitudines quoq3 mōtiū quatenus cadit viſus ſup fines eoꝝ: deinde vō elōgatione corpoꝝ celeſtiū: ꝛ q̄titates eoꝝ: ꝛ omne illud ad qḋ pueniri pōt: ex reflexiōe viſus aſpiciētis: ꝛ qḋ quicq̄d videt nō videt: niſi radio penetrante in aera vſq3 quo cadat ſupra rem ad quam aſpicitur.

¶ De Radijs viſualib⁹ ꝛ de ſpeculis. C. XLIIII.

RAdii quidē corpora peruia penetrātes vſq3 ad illud qḋ aſpicit: aut recti ſunt: aut reflexi: aut cōuerſi: aut fracti. Recti ſunt q̄ cū egrediunt ſm rectitudinē ſui viſus pgrediunt vſq3 ptrāſeāt ꝛ finiant. Reflexi ſunt q̄ cū a viſu pdire incipiunt: anteq̄3 ptrāſeāt obuiat eis ſpeculū a quo reflectunt oblique ad ptes lateꝝ ſpeculi: deinde extēdunt in latum ac reflectunt eundo ad id qḋ eſt inter manus aſpicientis. Cōuerſi vō ſunt q̄ eadēꝫ via q̄ prius inceſſerunt: a ſpeculo redeunt quouſq3 cadāt ſupra corp⁹ eius a cuius viſu exierūt. vn̄ videt ſeipſum homo cū illo eodē radio. Fracti vō ſunt illi: q̄ a ſpeculo redeūtes ad ptes aſpiciētis a cui⁹ viſu exierūt: extēduntur flexuoſe ab eo ad vnū lateꝝ eius: ꝛ cadunt ſuper id qḋ eſt in aliquo laterū eius. Et mediū quidē inter viſum ꝛ illud qḋ aſpicit ſiue ſpeculū. dīno ſunt corpa puia vt aer vl corpus celeſte vel aqua vel vitꝝ: ſcīa vō de aſpectib⁹ inq̄rit de omni qḋ videt: ꝛ de omni qḋ hijs radijs in vnoquoq3 ſpeculoꝝ aſpicitur: ꝛ de omni qḋ accidit ei ad qḋ aſpicitur vn̄ ipſa in duas ptes diuiditur. quaꝝ prima ē inquiſitio de eo ad qḋ aſpicitur cū radijs rectis. ſecūda de eo ad qḋ aſpicitur cū radijs non rectis: ꝛ hec dicit proprie ſcientia de ſpeculis. Actor. Iterum de ſpeculis habes ſuperius. iiij. li. vbi dictum eſt: de iride. i. arcu celeſti.

¶ De Aſtronomia. C. XLV.

RIchardus vbi ſupra. Aſtronomia eſt diſciplina magnitudinis mobilis inueſtigans ſpacia mot⁹ ꝛ reditus celeſtiuꝫ corpoꝝ certis tpibus. Hec oīuꝫ mathicaꝝ poſtrema eſt ordie: ſed loco ſupior: ꝛ excelſior dignitate: q2 cū cetere tres quodāmodo inferius verſent: hec ſola celeſtiū diſpoſitionē inueſtigandū atq3 tractādam ſuſcepit. Aſtronomia diuidit in duas ſpecies. ſ. i. ſphericā ꝛ gnomonicā. Spherica celeſtiū corpoꝝ ſpacia ſituſq3 ꝯſiderat. Gnomonica motū attēdit. Iſido. vbi ſupra Aſtronomia ē aſtroꝝ lex: que curſus ſyderū ꝛ figuras ꝛ habitudīes ſtellaꝝ circa ſe ꝛ circa terrā indagabili ratione pcurrit. aſtronomiā primi egiptij inuenerūt: aſtrologiam vō ꝛ natiuitatis obſeruantiā chaldei primi docuerūt: abraam aūt iſtruxiſſe egyptos aſtrologiā Ioſephus autor aſſeuerat. Aſtronomie ratio modis pluribus cōſtat: diffinit enī quid ſit mūdus. q̄d celū: quid ſphere. ſit⁹ ꝛ curſus. quid axis celi ꝛ poli. quot ſint climata celi qui curſus ſolis ꝛ lune atq3 aſtroꝝ. Actor. De his iam ſupra diximus in operibus dei ſecunde ꝛ quarte diei.

¶ De Differentijs inter aſtronomiaꝫ ꝛ aſtrologiā. C. XLVI.

RIchardus vbi ſupra. Inter aſtronomiaꝫ ꝛ aſtrologiā hoc itereſſe videt. q2 aſtronomia de lege aſtroꝝ ꝛ ꝯuerſione celi diſſerit. regiones circulos ortus ꝛ occaſus ſyderū: ꝛ cur vnūqḋq3 ita vocet inueſtigās. Aſtrologia vō aſtra ꝯſiderat ſm natiuitatē ꝛ mortis: aut alioꝝ quoꝝūlibet euentuū obſeruantiā. Que partim naturalis eſt: partim ſupſticioſa. Naturalis eſt in cōplexiōibus vt eſt egritudo. ſanitas ſterilitas tēpeſtas. ſerenitas q̄ ſm ſuperioꝝ cōtemperantiā variant. Superſticioſa vero in contingentibus. hoc eſt in cōſtellatiōibus cōſtat. Et hāc parteꝫ tractāt mathici qui interpretant vani. Alphorabius vbi ſupra. Igitur ſcīa de ſtellis duplex eſt. vna eſt de ſtellaꝝ ſignificatiōe. ſ. de eo q2 ſignificent qḋ futuꝝ eſt: ꝛ de q̄buſdā p̄ſentibus ꝛ de p̄teritꝫ. Et hec dicitur aſtronomia. alia eſt ſciētia doctrinalis: que inquirit de celeſtibus corporibus ꝛ de terra ſm tres ſūmas. Prima eſt de numeris ꝛ figuris ꝛ ordinibus eoꝝ: ꝛ de quātitatib⁹ ipſoꝝ corpoꝝ ꝛ de ſitibus ac proportionib⁹ eoꝝ adinuicē: ꝛ de quātitatib⁹ elōgationū earūdē adinuicē. Et qḋ in totalitate terre nō eſt motus localis. Secūda eſt de motib⁹ celeſtiuꝫ. quot ſint ꝛ q2 omnes ſpherici ſint: ꝛ quis ſit ꝯmunis oībus ſtellis. Deinde de motibus proprijs ſtellaꝝ: ꝛ quot ſint ſpecies motus vniuſcuiuſq3 earuꝫ. ꝛ partes ad quas mouent ꝛ ſecundū quā parteꝫ: docet etiā viā ad comprehendendū cuiuſq3 ſtelle locū ex pte ſignoꝝ in vnaq̄q3 hora. Inq̄rit iterū de oībus que accidūt celeſtibus corporib⁹. ꝛ de eclipſi ſolis ꝛ lune ꝛ ortu ꝛ occaſu ꝛ hmōi. Tertia inq̄rit de terra ꝛ eius habitabili parte: ꝛ oſidit que ſit illud qḋ inhabitatur ex ea: ꝛ quot ſūt eius partes magne ꝛ q̄ ꝛ quot ſint climata: ꝛ vbi ſit locus habitationis vel ſituatiōis cuiuſq3: ꝛ q̄3 diuerſa reuolutio diei ꝛ noctis ppt terre ſitū: ꝛ q2 in diuerſis locis ſunt ortus ꝛ occaſus diuerſi: ꝛ longitudo dierum ꝛ breuitas noctis ꝛ his ſimilia. hec eſt igitur ſumma quam hec ſcientia comprehendit ꝛ vocatur aſtrologia.

¶ De Qualitatibus que planetis effectiue non proprie attribuantur. C. XLVII.

ACtor. De his q̄ ptinēt ꝯſideratōē aſtrologi multa iam ſupius dixim⁹ hic aūt de aſtronomia ſicut ꝛ de ceteris ſciētijs pertractātes tanq̄3 occaſiōe inuēta pauca tn̄ de proprietatibus planetaꝝ eo q2 ſm eoꝝ ſitus ac diſpoſitiōes inferiora queq3 corpa diſponuntur breuiter inſeramus. Ex dictis cuiuſdam aſtrologi. Queſiuiſtis quid ſit proprius effectus vniuſcuiuſq3 planete Ad qḋ reſpōdeo q̄3 breui poſtero narratione cōprehendens vniuſcuiuſq3 planete quoſdam effectus proprios ſm q2 philoſophi inuenerunt eos certis experimen

nis ⁊ rationibꝰ necessarijs inuestigādo: Dico igitur ꝙ sol est calidus siccus: igneus: colericus: masculinus aureus: regnādi cupidus: auri ambiciosus: amans mundiciā: grauis in eloquio magnificus. carnosus pulcher facie: Has ꝓprietates attribuūt philosophi soli: ⁊ similiter ceteris planetis: vnicuiqʒ suas: nō q̄ꝛ tales ꝓprietates insint vel inesse possint celestibꝰ substātijs: cuʒ nō participēt cōtrarietate nec sexuū diuersitate: nec affectionū animi mutabilitate: sʒ quia celestia corpora sunt efficiētia ⁊ significātia tales ꝓprietates: ⁊ eaꝝ renouationes ⁊ defectiōes in rebꝰ mutabilibꝰ mūdi inferioris alterabilis ⁊ sʒ oēs partes sui corruptibilis. Oīa eni que renouant̄ in mūdo iferiori preter ea q̄ causant̄ a supiori facie rationis nostre: habēt suas causas efficiētes in mūdo supiori inalterabili ⁊ incorruptibili. Cuiꝰ demū ratio est: qm̄ omne qḋ est: prius est in potentia: ⁊ deinde exit in actū. Jtē qḋ exit in actū ꝑ aliqd actuale exit de potētia ad effectum. Quapropter oīa renouata in mūdo inferiori: cū fuerint potētia prius q̄ actu: ꝑ actuale aliqḋ qḋ est semꝑ vno modo in se sʒ cōparatiōe ad effectū aliter ⁊ aliter se habēs: necesse est ꝓdire in effectū: oīa autē corpora celestia sunt semꝑ vno modo in seipsis se habētia: renouātia solū cōparatiōes situales ad ea q̄ sunt in mūdo inferiori. Nec reperit̄ in vniuersitate mūdi sensibilis aliud a corpibꝰ celestibꝰ sic se habēs. Manifestū est igit̄ ꝙ oīa renouata in mūdo corruptibili: ꝑ virtutes celestium corporum renouantur.

De Proprijs effectibꝰ solis. C. XLVIII.

Sol igitur vtute sua calefacit ⁊ desiccat mundū inferiorē: ⁊ generationis causa est in nascētibꝰ vegetabilibꝰ ⁊ aīalibꝰ: ⁊ augmētat in nascētis calorē ⁊ spiritū vitalē. Cuius significatio est: ꝙ cū incipit ascēdere a tropico hiemali ꝑ punctū vernalē in tropicū estiuū: renouat̄ generatio in terre nascētibꝰ ⁊ aīalibꝰ plerisqʒ: ⁊ vigorat̄ vis augmētatiua: vnde ipse est significator vite aīalis q̄ viget ꝑ calorē tēperatū. Cū vero recedit a nobis corrūpunt̄ pleraqʒ terre nascentia ⁊ aīalia: ⁊ debilitat̄ vis augmētatiua ⁊ nutritiua ꝓpter defectuʒ caloris vitalis: ⁊ supabundātiā frigiditatis destruētis. Experimētis igit̄ sensibilibꝰ scit̄ qm̄ sol est effectiue calidus ⁊ siccus. Ex h̄ sequit̄ qm̄ ipse sit igneus: ⁊ etiā ꝙ colericus. Jd eni est colera in hoīe qḋ ignis in mundo: ⁊ idē effector ⁊ significator vtriusqʒ. Cū caliditas etiā sit qualitas actiua: ⁊ maritas sit ꝑ actiuitatē: feminitas vero ꝑ passibilitatē: patet qm̄ sol est effectiue masculinus: sol quoqʒ virtute sua mouet fumū sulphureū mūdū: ⁊ cōmiscet cū argēto viuo mūdo ⁊ decoquit ea calore tēperato: ⁊ sic efficit aurū. Nihil enim est aurū nisi fumus sulphureus mūdus cōmixtus argēto viuo decoctus calore tēperato. Q., autē hec opatio fit a virtute solis: scit̄ ꝑ h̄ ꝙ in locis quibus prefuerit sol. ⁊ in annis in quibꝰ dominat̄ sol: magis abundāt minere auree. Q, affectus animi attribuūt̄ planetis: intelligēdū est de affectibus quos habet homo ꝑ naturā: ⁊ nō ex cōuictu aut ꝯsuetudine aut philosophia. Nā affectus naturales causant̄ ex planetis q̄ꝛ planete sunt affectores ⁊ motores spirituū mouētiū. Scḋm nanqʒ affectus animi mouent̄ spiritus: ⁊ sm̄ motus spirituū mouentur affectus: Verbi gratia. Cū irascitur homo accenditur sanguis: ⁊ spiritus qui sunt in corde ⁊ feruntur spiritus sese impellentes ⁊ supra seipsos impetuose inundantes: ⁊ cū talis fuerit motus in spiritibus causa aliqua extrinseca erit ira in affectu: nisi refrenet̄ ꝑ bonos mores: similiter in omni affectu animi est motus spirituum appropriatus illi affectui: quē motū efficit naturaliter: ⁊ significat planeta aliquis. Nā scit̄ de vnoquoqʒ planeta quoꝝ affectuū ⁊ cuius figure corporalis sit significator: ꝑ hoc ꝙ cōsiderauerūt ph̄i dn̄ium planetaꝝ in horis natiuitatū ⁊ inuenerūt semꝑ in nato sub dn̄io solis affectꝰ vniuersales: ⁊ figurā corpalē vniuersalē sm̄ ratiōes quas supra diximus: ⁊ simılit̄ in natis sub reliqs planetis inuenerūt affectus ⁊ figuras quos reliqs planetis assignauerunt.

De Proprijs effectibꝰ ceteroꝝ planetaꝝ. C. XLIX.

Reliquorū planetarū proprietates (vt vitē prolixitatē) absqʒ expositione narrabo. Quia perito in naturis ⁊ astronomijs sufficiunt que dixi in exponēdis ꝓprietatibꝰ solis: ad exponēdū proprietates reliquoꝝ. Est igit̄ saturnus essentialiter frigidus siccus: accidētaliter tn̄ humidus ⁊ terreus: melancolicus: plumbeus: obscurus amās vestes nigras: tenax: religiosus: agricultor. Juppiter est calidus humidus tēperatꝰ aereus: dulcis sanguineus stagneus sapiēs gaudēs liberalis eloquēs amās vestes pulchras rebeꝰ ⁊ pulcher faciei terrā ꝓspiciēs. Mars est calidus siccus vehemēter igneus ferreus iracūdus amans militiā ⁊ castra: pugnas ⁊ cedes turpes: maligni incōpositus. Venus est frigida humida tēperata habens de metallis latonem feminina: amans vestumenta ornata ⁊ redimicula aurea ⁊ argentea: ⁊ cantilenas: gaudia ⁊ iocos: ⁊ ipsa est lasciua dulcis loquele. pulchra ocılis ⁊ supcilijs: studēs cōpositioni forme corpus hn̄s leue. plenū carne: mediocris stature. Mercuriꝰ est calidus siccus: sed q̄ꝛ siccitas eiꝰ est multū passiua. ipse est frigidus cū frigidis. humidus cū hūidis: ⁊ cū omni planeta ꝯuersibilis in suas qualitates: hn̄s in metallis argētū viuū: eloqns ingeniosus. studēs amās scientias mathematicas ⁊ diuinatiōes. corpꝰ habens gracile labia subtilia. cōpletā staturā. Luna est frigida humida flegmatica feminina argentea. mediatrix mundi supioris ⁊ inferioris. amās geometriā ⁊ quicquid ei attinet: rotūda facie. mediocris stature.

De Cōparatiōe oīuʒ planetaꝝ ad rerū generationē. C. L.

Secundo quesitū est vtruʒ oēs planete sint sic vnū efficiens ad generationē vniuscuiusqʒ: vl' possit vnus illoꝝ ꝑ se aliqd efficere Ad qḋ rn̄deo ꝙ omne qḋ efficit̄ in mūdo inferiori ab oībus planetis efficit̄: ⁊ oēs ꝑticipāt in efficientia vniuscuiusqʒ effecti: ⁊ etiaʒ cōparticipat eis in efficiēdo singulare alicuiꝰ speciei imago aliqua celestis. planete nanqʒ sūt effectores ⁊ etiā significatores. Uniuersales vero cause nō efficiūt ꝑticulare aliqḋ nisi cū eis cōparticipet in efficiēdo aliqua de imaginibꝰ celestibꝰ que imagines sūt effectrices ⁊ etiā significatrices specieꝝ specialissimaꝝ mundi terrestris. Demonstratio aūt ꝙ oēs planete sūt sic vnū efficiens ⁊ nō possit aliquis illorū ꝑ se agere in hoc inferiori hec est: ꝙ vtus inferior nō agit nisi per virtutē supiorē: ⁊ duo q̄ distant aliquibꝰ medijs nāliter interpositi nō agūt vel patiunt̄ adinuicē absqʒ medio. Propter hoc nullus planeta inferior pōt agere in hec terrena nisi ꝑ vtutē sui supioris. Nec supior pōt agere in hec terrena nisi mediante suo inferiori. Unūqḋqʒ igit̄ in mundo inferiori effectū ab oībus planetis efficit̄. dicit̄ tn̄ ꝓprie effici ab illo planeta qui est in efficiendo maioris virtutis.

De Ordinatione motuum eorum. C. LI.

